



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



900000095837

Digitized by

GOOGLE



list 6432

FRAGMENTA
HISTORICORUM GRÆCORUM.

VOLUMEN QUARTUM.

PARISIIS. — EXCEDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

FRAGMENTA HISTORICORUM GRÆCORUM

COLLEGIT, DISPOSUIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

CAROLUS MULLERUS.

VOLUMEN QUARTUM.

INSUNT FRAGMENTA

PRAXAGORÆ ATHENIENSIS.
BEMARCHII CÆSARIENSIS.
EUSTATHII CAPPADOCIS.
EUTYCHIANI CAPPADOCIS.
MAGNI CARRHENI.
EUNAPII SARDIANI.
OLYMPIODORI THEBÆI.
PRISCI PANITÆ
MALCHI PHILADELPHENSIS.
CAPITONIS LYCH.

CANDIDI ISAURI.
EUSTATHII EPIPHANIENSIS.
HESYCHII MILESII.
NONNOSI.
PETRI PATRICII.
ANONYMI.
MENANDRI PROTECTORIS.
THEOPHANIS BYZANTII.
JOANNIS EPIPHANIENSIS
JOANNIS ANTHIOCHENI.

ALIORUM AUCTORUM SUPRA QUINGENTOS NUMERO QUORUM
ÆTAS EST INCERTA.

ACCEDUNT ADDENDA
ET INDICES LOCUPLETISSIMI AUCTORUM,
TITULORUM, RERUM NOMINUMQUE.

PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI FRANTIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC LI.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

FRAGMENTA HISTORICORUM GRÆCORUM

COLLEGIT, DISPOSUIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

CAROLUS MULLERUS.

VOLUMEN QUARTUM.

INSUNT FRAGMENTA

PRAXAGORÆ ATHENIENSIS.
BEMARCHII CÆSARIENSIS.
EUSTATHII CAPPADOCIS.
EUTYCHIANI CAPPADOCIS.
MAGNI CARRHENI.
EUNAPII SARDIANI.
OLYMPIODORI THEBÆI.
PRISCI PANITÆ
MALCHI PHILADELPHENSIS.
CAPITONIS LYCII.

CANDIDI ISAURI.
EUSTATHII EPIPHANIENSIS.
HESYCHII MILESII.
NONNOSI.
PETRI PATRICII.
ANONYMI.
MENANDRI PROTECTORIS.
THEOPHANIS BYZANTII.
JOANNIS EPIPHANIENSIS
JOANNIS ANTHIOCHENI.

ALIORUM AUCTORUM SUPRA QUINGENTOS NUMERO QUORUM
ÆTAS EST INCERTA.

ACCEDUNT ADDENDA
ET INDICES LOCUPLETISSIMI AUCTORUM,
TITULORUM, RERUM NOMINUMQUE.

PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI FRANTIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC LI.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

FRAGMENTA HISTORICORUM GRÆCORUM

COLLEGIT, DISPOSUIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

CAROLUS MULLERUS.

VOLUMEN QUARTUM.

INSUNT FRAGMENTA

PRAXAGORÆ ATHENIENSIS.
BEMARCHII CÆSARIENSIS.
EUSTATHII CAPPADOCIS.
EUTYCHIANI CAPPADOCIS.
MAGNI CARRHENI.
EUNAPII SARDIANI.
OLYMPIODORI THEBÆI.
PRISCI PANITÆ
MALCHI PHILADELPHENSIS.
CAPITONIS LYCII.


CANDIDI ISAURI.
EUSTATHII EPIPHANIENSIS.
HESYCHII MILESII.
NONNOSI.
PETRI PATRICII.
ANONYMI.
MENANDRI PROTECTORIS.
THEOPHANIS BYZANTII.
JOANNIS EPIPHANIENSIS
JOANNIS ANTHIOCHENI.

ALIORUM AUCTORUM SUPRA QUINGENTOS NUMERO QUORUM
ÆTAS EST INCERTA.

ACCEDUNT ADDENDA
ET INDICES LOCUPLETISSIMI AUCTORUM,
TITULORUM, RERUM NOMINUMQUE.

PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI FRANTIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC LI.



PRÆFATIO.

Rem lubricam sane et errori obnoxiam aggreditur, si quis itineris longitudinem definire suscepit, quod nemo unquam sit emensus. Sic mihi quoque accidit, ut sero intelligerem magnum istum fragmentorum acervum, qui in opus artificiose tessellatum expandendus erat, multo latius quam opinatus eram vindicare sibi spatium. Tanta enim in dies succrescebat historiarum copia, ut volumen tertium, quo absolvere operam meam decreveram, vix iis sufficeret scriptoribus, quos ordine chronologico ad Constantini Magni usque tempora recensere deberem. Itaque trecentorum et amplius agmen historicorum, quorum ætas est incertior, una cum Addendis et Indicibus locupletissimis in novum hocce volumen deduxi. Verum ne sic quidem requiem mihi fecit FIRMINUS DIDOT. Ego enim quum stans promissis longe majus mihi fecisse viderer, quam pro ævi nostri levitate exspectare prudentior quisque potuisset, Firminus Didot aliam prorsus sibi legem scripsit. Quem si audias, promissa præstitis non modo exæquanda sed etiam superanda sunt, atque favor publicus quo cœpta nostra excipiuntur, non præmium esse debet, quo fruentes quiescamus, verum stimulus et ἰσπὸς quasi ὀϊστος quo quis ad majora incalescat. Quemadmodum igitur nova illa Polybii et Dionysii et Diodori fragmenta ex pulvere Escorialensi in lucem protracta volumini secundo inseruit, in tertia autem parte reliquias Nicolai Damasceni et Dexippi et Eusebii e codice Hispanico et ex Atho montis thesauris literatis auxit maximopere : similiter quartum quoque volumen dote aliqua haud stipulata locupletari voluit. Videlicet colligendis et resarciendis fragmentis non

subsistendum in ætate Constantini Magni, sed ad ea usque tempora pergendum esse decrevit, quibus Constantinus ὁ τῆς πορφύρας ἀπόγονος scriptores veteres, nescio laudandone an exsecrando consilio, discerpere instituit. Itaque novum historicis illis librum dedicavimus, qui quanquam sermone labentem græcitatem coarguunt, fide tamen et auctoritate in suæ quisque ætatis historia principem facile locum merentur. Denique appendicis instar adjecta sunt Chronica Joannis Antiocheni, qui quum in historia imperatorum Romanorum auctores optimos ad verbum fere transcripserit, permulta præbet bonæ frugis plenissima. Reliquias horum Chronicorum sat amplas, quarum partem Valesius olim, partem majorem nuper in *Anecdotis Parisinis* Cramerus edidit, tum numero auximus e codice Parisiense, tum opera critica locis quam plurimis correximus.

Hæc fere præfanda mihi præfationum osori visa sunt. Ne tamen quod superest in hac pagina spatium illiteratum livore pereat, locum apponere liceat memorabilem, qui vol. III, pag. 343, ubi de vita Nicolai Damasceni agitur, inserendus est. Acceptum refero illustrissimo Cardinali ANGELO MAI, qui benigne eum communicare mecum voluit, quum Romæ versabar, ut quæ ad geographiam pertinerent, ibi colligerem. Jam diu scilicet in parando desudamus corpore geographorum, quo scripta geographica quæ vel integra perdurarunt, vel ex parte saltem in codicibus supersunt, vel quorum fragmenta per varios auctores sparsa occurrunt, sive græce sive latine sive arabice scripta sint, ad unum omnia comprehendantur ex ordine disposita, commentariis explanata, tabulis denique æri incisis illustrata. Quanquam si sortem perpendas quæ similia aliorum cœpta hucusque inanserit, verendum sane ne nostra quoque consilia ὁ φθόνος τῶν θεῶν discutiat, vel efflorescentem vix segetem flatus quidam Typhonii exurant. Quod Deus avertat. Sed illuc redeo. Etenim Sophronius in *Miraculis SS. Cyri et Cyrilli* (Spicileg. Rom., tom. III, p. 548), quo loco exponit quomodo Isidorus, Dionysii *Damasceni* filius, morbo epileptico laborans sanatus sit, primum nonnulla præmittit de Damasci urbis claritate, ex quibus pauca hæc exscribere juvat: Αὕτη γὰρ, αἰτ, τῆς Κοίτης Συρίας μητρόπολις, τῆς ὅλης Ἑφῶς ἀρχηγὸς ἐβασίλευε, Νίνον ἑαυτῇ βασιλεύοντα καὶ Σεμίραμιν τὴν περίφημον ἔχουσα· ἄμφω γὰρ ἐκεῖ βασιλεύσαντες καὶ τείχεσι τὴν πόλιν κυκλώσαντες, ἀπ' αὐτῆς τὰς

ἀποικίας ἐξήγαγον, εἷς τε τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Ἀραβίαν τὴν λεγομένην εὐδαί-
 μονα. **Deinde vero de Dionysii genere assert hæcce :** Δαμασκηνὸς ἦν
 καὶ τῶν ἐν τέλει λαμπρῶν Διονύσιος, ἐκ γένους βλαστήσας αἰεὶ διαλάμπαντος·
 οὐπερ ἀρχὴ καὶ ρίζα Νικόλαος ἦν ὁ φιλόσοφος, ὁ Ἡρώδου παιδευτὴς καὶ
 παίδων τῶν Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας διδάσκαλος· ἀφ' οὗ καὶ Νικόλαοι
 δώδεκα κατὰ διαδοχὴν ἐξανθήσαντες, φιλοσοφία γαυρούμενοι, τὸ γένος ἐφαί-
 δρυναν καὶ εἰς μέγα δόξης καὶ λαμπρότητος ἤγαγον· ἐκ τούτων ὁ λαμπρὸς
 γεννηθεὶς Διονύσιος, κτλ.

Parisiis, mense Januarii MDCCCLI.

CAROLUS MÜLLERUS.

LIBER NONUS.

A CONSTANTINO MAGNO USQUE AD PHOCAM IMPERATOREM.

306-602.

PRAXAGORAS ATHENIENSIS.
BEMARCHIUS CÆSARIENSIS.
EUSTATHIUS CAPPADOX.
EUTYCHIANUS CAPPADOX.
MAGNUS CARRHENUS.
EUNAPIUS SARDIANUS.
OLYMPIODORUS THEBÆUS.
PRISCUS PANITES.
MALCHUS PHILADELPHENSIS.

CAPITO LYCIUS.
CANDIDUS ISAUROS.
EUSTATHIUS EPIPHANIENSIS.
HESYCHIUS MILESIUS.
NONNOSUS.
PETRUS PATRICIUS.
MENANDER PROTECTOR.
THEOPHANES BYZANTIUS.
JOANNES EPIPHANIENSIS.

PRAXAGORAS ATHENIENSIS.

Praxagoras Atheniensis postremis Constantini M. temporibus vel sub Constantio imperatore, ut videtur, Vitam Constantini M. libris duobus, Res Alexandri Magni libris sex, denique De regibus Athenarum libros duos dialecto ionica conscripsit, testante Photio.

Photius cod. 62, p. 20 ed. Bekk. : Ἀνεγνώσθη Πραξαγόρου [τοῦ Πραξαγόρου addit cod. A.] τοῦ Ἀθηναίου τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἱστορίας βιβλία δύο. Ἐν οἷς λόγοις διέξεισιν, ὅτι ὁ πατὴρ Κωνσταντῖνου Κωνσταντίος Βρετανίας ἐβασίλευσε, Μαξιμιῖνος δὲ τῆς Ῥώμης καὶ τῆς ἄλλης Ἰταλίας καὶ Σικελίας, ὁ δὲ ἕτερος Μαξιμιῖνος τῆς τε Ἑλλάδος καὶ τῆς κάτω Ἀσίας καὶ Θράκης. Διοκλητιανὸς δὲ, ὁ καὶ τῶν ἄλλων πρεσβύτατος, τῆς τε Βιθυνίας ἤρχε καὶ τῆς Ἀραβίας καὶ τῆς Λιβύης καὶ τῆς Αἰγύπτου, ὅσῃν ὁ Νεῖλος ἐπερχόμενος ἄρδει. Τὸν οὖν Κωνσταντῖνον ὁ πατὴρ πέμπει παρὰ Διοκλητιανὸν εἰς Νικομήδειαν παιδευθεσόμενον. Παρὼν δὲ, φησὶ, Μαξιμιῖνος, ὁ τῆς κάτω Ἀσίας βασιλεύων, εἰς ἐπιβουλὰς ὤρμησε τοῦ νέου· καὶ πρὸς μάχην λέοντι ἀγρίῳ καθίστησι τὸν νεανίαν. Ὁ δὲ τὸ μὲν θηρίον κρατήσας ἀνέιλε, τῆς δὲ ἐπιβουλῆς αἰσθόμενος φεύγει πρὸς τὸν πατέρα· οὗ τὸν βίον λιπόντος, ὁ παῖς ἐκδέχεται τὴν βασιλείαν. Ταύτης δὲ ἐπιβὰς, Κελτοὺς καὶ Γερμανοὺς, ἔθνη πρόσοικα καὶ βάρβαρα, κατεστρέψατο. Ἀσελγῶς δὲ καὶ βαρέως τῶν ὑπηκόων ἄρχειν Μαζέντιον μαθὼν (οὗτος δ' ἄρ' ἦν μετὰ Μαξιμιῖνον τῶν ἐν Ῥώμῃ καταστάς κύριος), ἐστρά-

τευσεν ἐπ' αὐτὸν, δίκας τῆς εἰς τοὺς ἀρχομένους παρανομίας πραττόμενος. Καὶ μάχῃ νικήσας ἐς φυγὴν ἔτρεψε. Φευγὼν δὲ, ἦν τοῖς πολεμίοις αὐτὸς ἐδολορράξει μηχανὴν, ταύτην εὗρατο τοῦ βίου καταστροφὴν, τῇ παρ' αὐτοῦ κατασκευασθείσῃ διώρυγι περιπεσών. Τὴν μέντοι τούτου κεφαλὴν τινες τῶν Ῥωμαίων ἀποτεμόντες καὶ ξύλῳ ἀρτήσαντες τὴν πόλιν περιέπο-
 λευον. Κωνσταντῖνῳ δὲ καὶ ᾗδε ἡ βασιλεία προθύμως καὶ χαίρουσα προσεχώρησεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ Λικίνιον ὁμῶς καὶ ἀπανθρώπως τοῖς ὑπηκόοις ἀποκεχρημένον ἐπυνθάνετο (οὗτος δὲ τῆς μοίρας ἐκείνης ἐβασίλευσεν, ἥς Μαξιμιῖνος ὁ τὴν ἐπιβουλὴν Κωνσταντῖνῳ διὰ τοῦ λέοντος προσενεγκὼν ἐπεισάτει, αὐτοῦ τὸν βίον λιπόντος), οὐκ ἐνεγκῶν δημοφύλων ὕβριν ἀφόρητον, ἐστράτευεν ἐπ' αὐτὸν, τῆς τυραννίδος αὐτὸν εἰς τὸ βασιλικῶς ἄρχειν μεταστησόμενος. Λικίνιος δὲ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιστρατείαν ἀκούσας καὶ δέσας, ἐκρυπτε τὴν ὠμότητα φιλανθρωπίας προσχήματι, καὶ δροκοὺς ὑπέτεινεν, ἀγαθὸν τε ἑαυτὸν τοῖς ὑπὸ χεῖρα παρασχέσθαι, καὶ ἄς ἔθετο σπονδὰς συντηρεῖν ἀπαραβάτους. Διὸ τότε μὲν ὁ βασιλεὺς ἀπέστη τοῦ πολεμῆν· ὕστερον δὲ, ἐπεὶ κακία ἤρμεῖν οὐχ οἷα τέ ἐστι, καὶ τῶν δροκῶν ἡρεῖονχότα καὶ ἐς πᾶν κακότητος ἐληλακότα καταπολεμήσας μάχαις κρατεραῖς, καὶ ἐν τῇ Νικομηδείᾳ συγκλείσας ἐπολιόρκει. Κάκειθεν ἐν ἱκέτου πρὸς βασιλεῖα καταφυγόντα σχήματι κατέλιπεν ἡ βασιλεία. Καὶ συνέβη τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, τῆς μεγάλης ἀρχῆς τὸν ἄξιον ἐπικητούσης, εἰς ἑαυτὸν τῶν

Lecti sunt Praxagoræ Atheniensis *De gestis Constantini Magni historiarum libri duo*: quibus narrat Constantini patrem Britanniae imperasse, Maximum (*M. Aurelium Valerium Maximianum Herculum*) Romæ et ceteræ Italiae atque Siciliae regnum tenuisse; alterum vero Maximum (*C. Galerium Valer. Maximianum*) Græciam, minoremque Asiam ac Thraciam occupasse; Diocletianum autem, qui ceteros ætate anteibat, Bithyniam tenuisse; Arabiam item et Africam atque Aegypti omnem oram, quam Nilus alluit (*an.* 292). Igitur Constantinum pater ad Diocletianum Nicomediam erudiendum misit. Aderat tum forte Maximinus ille (*C. Galerius Valerius Maximianus*), qui inferiori Asiæ imperitabat. Is insidias adolescenti tendere animum inducens, ad pugnam cum fero leone ineundam eum composuit (*Idem narrat Zonaras II, p. 623 Bonn.*). Ille vero feram superans occidit, deprehensisque insidiis, ad patrem confugit; quo vita defuncto (*306 Juli. 25*), regnum filius excepit. Eo potitus Gallos et Germanos, gentes finitimas ac barbaras, in potestatem redegit. Cognito deinde impotenter ac tyrannice subditis imperare Maxentium (hic post Maximum Romæ imperio potitus erat), expeditionem adversus eum suscepit, penas tyrannidis quam in subditos exercebat, exacturus. Nox prælio superior in fugam tyrannum convertit.

Ille vero fugiens, quem hostibus per dolum interitum machinatus est, ipse reperit, in foveam, quam aliis paraverat, delatus (*312 Oct. V. Zos. II, 16*). Huius caput Romani a corpore resectum hastaque impositum per urbem gestarunt, et victori Constantino libentes se ac volentes etiam huius regni incolæ tradiderunt. Audito rursum Licinium quoque crudeliter et inhumane suis abuti (cui pars illa imperii obvenerat, quam Maximinus ille, qui Constantino per leonem insidias struxerat, usque ad mortem tenuerat), non ferens intolerandam civibus vim atque injuriam inferri, copias item contra hunc eduxit, quo tyrannidem legitimo commutaret imperio. Licinius vero intellecta in se expeditione, metu percussus immanitatem texit, humanitatisque speciem præferens iurejurando etiam se obstrinxit clementem deinceps subditis futurum, quæque fœdere icto promississet, integre servaturo. Quamobrem bello tunc imperator abstinuit. Postea tamen (ut conquescescere improbitas nequit) violati iurisjurandi reum atque in omne flagitiorum genus delapsus, magnis præliis victum in Nicomedia urbe inclusum obsedit. Hinc supplicis habitu ad Constantium fugienti ademptum imperium est, et Constantino Magno traditum. Sic, magno imperio dignum desiderante imperatorem, Constantinus tandem quæ diximus regna sibi vindicavit. Patrium enim regnum jure hereditatis adiit, Ro-

ειρημένως βασιλείας ἐπισπάσασθαι. Τῆς τε γὰρ πατρῴας κληρονόμος ἐγένετο καὶ τῆς Ῥωμαίων, καταλύσας Μαξιμίνον (1. Μαξέντιον), Ἑλλάδος τε καὶ Μακεδονίας καὶ τῆς κατὰ Ἀσίας, παραλύσας τῆς ἀρχῆς τὸν ῥηθέντα Λικίνιον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης μοίρας, ἥς ἔρχετο Διοκλητιανὸς, αὐτὸς ἀνεδέσαστο τὸ κράτος. Ὁ γὰρ Λικίνιος καὶ ταύτην εἶχεν ὑφ' ἑαυτὸν, Μαξιμίνου πολέμου νόμῳ ἀφελὼν, ὃς Διοκλητιανοῦ διάδοχος ἐγεγόνη. Κρατυνόμενος οὖν καὶ μίαν δεῖξας τὴν σύμπεσσαν βασιλείαν, κτίζει τὸ Βυζάντιον ἐπώνυμον ἑαυτοῦ. Φησὶν οὖν ὁ Πραξαγόρας, καίτοι τὴν θρησκείαν Ἑλλήνων ὦν, οἱ πάσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκἀγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχίᾳ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκρύψατο. Ἐν οἷς αὐτοῦ καὶ οἱ δύο συμπερινοῦνται λόγοι.

Ἔτος δὲ τῆς ἡλικίας ἦγε δεῦτερον καὶ εἰκοστὸν Πραξαγόρας, ὡς αὐτὸς φησιν, ὅτε ταῦτα συνέγραφε. Συνέγραψατο δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἕτερα βιβλία δύο Περὶ τῶν Ἀθήνησι βασιλευσάντων, ἔτος ἀνῶν ἐννεακαίδέκατον. Συνέταξε δὲ καὶ ἕτερα βιβλία ἐξ Εἰς τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλεῶν Ἀλέξανδρον, τριακοστὸν πῶτον ἐλαύνων ἑνι αὐτόν. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφῆς καὶ ἡδύς, ὀλίγον δὲ τοῦ δέοντος ἀτονώτερος. Κέχρηται δὲ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ.

BEMARCHIUS CÆSARIENSIS.

Suidas : Βημάρχιος, Καίσαρεὺς ἐκ Καππαδοκίας. Οὗτος ἔγραψε τὰς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως πράξεις ἐν βιβλίοις δέκα, Μελέτας τε καὶ λόγους διαφόρους. Eadem Zonaras p. 386. Ex opere historico nihil servatum. Scripserit sub Constantio, cuius laudes (orationibus) celebrasse dicitur a Libanio De vita sua, tom I, p. 24 et 30 sqq. ed. R.

Subjicere liceat mentionem PALLADII METHONII, qui iisdem fere temporibus florens, librum *De festis Romanorum* scripsisse perhibetur. Sui-

manum everso Maximino (Maxentio), Græciæ denique et Macedoniae Asiæque minoris exuto, ut diximus, regno Licinio; verum etiam ejus partis, cui Diocletianus præfuerat, imperium sibi adjunxit. Nam hanc quoque belli jure Maximino ademptam, qui Diocletianum successerat, tenebat Licinius. Victor itaque, et unum ex omnibus imperium confians, mox Byzantium cognominem sibi civitatem fecit. Refert autem Praxagoras, quamquam gentilis homo est, omni virtutum atque honestatis genere omniique felicitate cunctos qui antecesserint imperatores obscurasse Constantinum. In his duo ipsius Historiarum libri terminantur.

Ceterum annos natus erat duos et viginti Praxagoras, ut de se ipse testatur, quum hæc commentatus est. Scripsit etiam *De regibus Athenarum* libros duos, annum æges undevicesimum. Porro libros sex *De rebus gestis*

das : Παλλάδιος, Μεθωναῖος, σοφιστής. Γέγονε δὲ ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἱερῶν. Διαλέξεις. Λόγους διαφόρους, Ὀλυμπιακόν, Πανηγυρικόν, Δικανικόν. Cf. Eudocia p. 352. Ad hunc, ut videtur, Palladium Libanius scripsit Ep. 573 etc. Adde Phot. cod. 132 : Ἀνεγνώσθησαν Παλλαδίου σοφιστοῦ μελέται διάφοροι, καὶ Ἀφρονίου καὶ Εὐσεβίου σοφιστοῦ καὶ Μαξίμου σοφιστοῦ Ἀλεξανδρέως. Ἀλλὰ τῶν ἄλλων ὁ Παλλάδιος κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τὴν ἐν λόγοις ἐπὶ πλείστον διενήνοχεν. Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* 93, 14.

EUSTOCHIUS CAPPADOX.

Suidas : Εὐστόχιος, Καππαδόκης, σοφιστής. Ἐγραψε τὰ κατὰ Κωνσταντα τὸν βασιλέα, καὶ Ἀρχαιολογίαν Καππαδοκίας καὶ λοιπῶν (num ἄλλων?) ἐθνῶν.

Archæologiam hujus scriptoris ante oculos habuit Stephanus Byz. : Παντικάπαιον, πόλις μεγίστη, τῶν κατὰ Βόσπορον μητρόπολις. ᾤκισθη δὲ παρὰ Αἰήτου παιδὸς, λαβόντος τὸν τόπον παρὰ Ἀγαθίου τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, καὶ καλέσαντος τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ Παντικαποῦ (Παντικαπᾶ cod. Palat.). Ὁ πολίτης Παντικαπαεὺς. Λέγεται καὶ Παντικαπαίτης. Ἔστι δὲ Παντικαπαεὺς ὡς ἀπὸ τοῦ Παντικαπῆ, ὡς τοῦ Σινώπῃ τὸ Σινωπεύς. Τὸ δὲ Παντικαπαίτης (Παντικαπῆ codd. Rhedig. et Salmas.) κεῖται παρὰ Εὐστοχίῳ.

Alius Eustochius est medicus et Plotini discipulus, qui scripta magistri ordinavit, de quo v. Porphy. in Vit. Plotini c. 7. Eustochium Syrum e Palæstina rhetorem habes ap. Libanium Ep. 699 : Εὐστόχιον οἶσθ' αὖ ποῦ τὸν ἐκ Παλαιστίνης τὸν νόμων τε πλήρη καὶ τῇ τῶν λόγων ῥώμῃ βοηθοῦντα τοῖς νόμοις.

Alexandri Magni Macedonum regis composuit, ætatis anno primo et tricesimo. Stylus illi apertus est et jucundus, nonnihil tamen æquo languidior. Dialecto denique usus est Ionica.

Panticapæum, urbs maxima, earumque quæ in Bosporo sunt metropolis, condita est ab Æetæ filio, qui locum illum ab Agaete Scytharum rege acceperat, nomenque urbi indidit a Panticape fluvio præterfluente (cf. Herodot. 4, 18; Dion. 314; Mela, 2, 1, 5). Civis Panticapæensis (cf. Strabo 2, p. 74; 11, p. 494). Dicitur etiam Panticapæates. Formatur vero Panticapæensis, quasi ab urbis nomine Panticape; quemadmodum a Sinope fit Sinopensis. Forma Panticapæates vero reperitur apud Eustochium.

MAGNUS CARRHENUS.

EUTYCHIANUS CAPPADOX.

Magnus, ex Carrhis Mesopotamiæ urbe oriundus, et Eutychianus Cappadox Juliani imperatoris expeditionem Persicam, cui uterque interfuerat, literis tradiderunt. Et Eutychianus quidem in bello isto dux Armeniorum fuit, testante Joanne Malala. Magnus autem, ni fallor, idem est cum Magno tribuno, cujus Zosimus (III, 22, 8) et Ammianus Marcellinus (XXIV, 4, 24) de Ctesiphontis urbis oppugnatione agentes mentionem faciunt. De alio quodam Magno, Nisibeno ex Mesopotamia, iatrosophista, qui historici nostri fere æqualis fuit, vide Eunapium in Vit. Sophist. p. 103 ed. Boisson. et Theophilum De urin. procæm. Eutychianus, nescio num idem cum nostro an diversus ab eo, laudatur apud Codinum De orig. Constantinop. p. 18 ed. Bonn., ubi quæ de Byzantii muris Constantinianis et de encæniis urbis leguntur, ea ita se narrasse auctor dicit, καθὼς ἰστοροῦσι Εὐτυχιανὸς πρωτοσηκρήτης ὁ γραμματικὸς (*) καὶ Εὐτρόπιος ὁ σοφιστής, ὁ τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ συμπαρὼν ἐν Περσίδι, καὶ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου (sic cod. Vat.; ὁ ἐπ. Κωνσταντίνος vgo) Ἐλεῦσιος τε διάκονος ὁ φιλόσοφος, Τρωίλος ὁ ῥήτωρ, ὁ πολλὰς ἀρχὰς μετὰ δοξῆς ἀνύσας, καὶ Ἡσύχιος ὁ ταχυγράφος. Οὗτοι πάντες αὐτόπται γενόμενοι τῶν τῆνικαῦτα πραγμάτων ἀκριβῶς ταυτὶ συνεγράψαντο. — Qui hoc loco præter Eutychianum et Eutropium citantur Eleusius, Troilus et Hesychius notarius, num historias scripserint, parum liquet. Troilus, quem aliunde novimus, de Constantinopoli urbe a Constantino exornata in *Orationibus* disseruisse videtur. Suidas : Τρωίλος, σοφιστής, παιδεύσας ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Λόγους πολιτικούς, Ἐπιστολῶν

(*) Ab hoc Eutychio genus duxerit Εὐτυχιανὸς ὁ νέος, qui Agathiae auctor suasorque fuit scribendæ historiæ, ἀνὴρ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς τῶν βασιλέων ὑπογραφεύσι, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὸς καὶ ἀγγινοῦστατος, παιδείας τε ἀποχρῶντως ἔχων, καὶ τοῦ τῶν Φλωριδῶν γένους ἄριστον ἐγκαλλώπισμα γεγεννημένος (Agathias proem. p. 7, 18 ed. Bonn.).

Imperator Julianus contra Sabburarsacen (*Saporem Arsacen*), Persarum regem, exercitum ducens, Hierapolim venit, missis in Samosata Euphratis urbem, qui navigia fabricarent, partim lignea partim coriacea, uti tradit sapientissimus Magnus Carrhenus chronographus, qui hoc bello sub Juliano militavit. Hierapoli discedens imperator Carrhas venit; hinc via sese in duas partes findit, quarum

βιβλία ζ'. Troili Prolegomena in Hermogenem edidit Walz. in Rhett. Gr. tom. VI. Ceterum Troilus Sidetes (Socrat. H. Eccl. VII, 27) non Constantini Magni æqualis fuit, uti Georgius Codinus dicit, sed initio sæculi quinti, sub Theodosio II floruit. Nam amicus fuit Anthemii, qui pro Theodosio II puero Orientis regnum administravit (an. 408 sqq. Vide Socrates VII, 1 et 27; Synesius Epist. 73; Tillemont *Hist. des emp.* VI, p. 4. 9). Eandem rhetoris ætatem inde colligis quod Socrates VI, 6 (ex eoque Nicephorus Callist. XIII, 6) Eusebium, quo tempore carmen de rebus Gainæ Gothorum ducis (qui mortuus est post an. 400) scripserit, Troilum sophistam audisse refert. Jam quum de Troili ætate errasse Codinum pateat, fortasse etiam de Hesychio similiter lapsus est. Certe constat pleraque, quæ de Constantinopolitanis originibus Codinus tradit, ex Hesychii Milesii Illustris Chronicorum libro sexto esse descripta, adeo ut proclivis sit conjectura hunc ipsum Hesychium Milesium, qui Anastasii et Justiniani temporibus vixit, a Codino laudari. Ceterum si duos Hesychios, alterum notarium, alterum illustrem, distingui malueris, per me licebit.

(DE JULIANI BELLO PERSICO.)

Malalas Chron. p. 328, 20 ed. Bonn. : Καὶ κατὼν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς κατὰ Σαββουρarsάκου, βασιλέως Περσῶν, κατέφθασεν ἐν Ἰερσπόλει καὶ πέμψας κατεσκεύασε πλοῖα ἐν Σαμοσάτοις, πόλει τῆς Εὐφρατῆσις, τὰ μὲν διὰ ξύλων, τὰ δὲ διὰ βυσσῶν, ὡς ὁ σοφώτατος Μάγνος ὁ χρονογράφος ὁ Καρρηνὸς, ὁ συνὼν αὐτῷ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ, συνεγράψατο. Ἀπὸ δὲ Ἰερσπόλεως ἐξελεύων ἦλθεν ἐν Κάρραις τῇ πόλει κακείθεν εὗρε δύο ὁδοὺς, μίαν ἀπάγουσαν εἰς τὴν Νίσιβιν πόλιν, οὗσαν ποτε Ῥωμαίων, καὶ ἄλλην ἐπὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν κάστρον τὸ λεγόμενον Κιρκήσιον, κείμενον εἰς τὸ μέσον τῶν δύο ποταμῶν τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Ἀβόρρα· ἔπειτα ἐκτίσε Διοκλητιανὸς, βασιλεὺς Ῥω-

una in Nisibin duxit, urbem Romanis olim subjectam; altera in Cirsium tendit, castrum Romanum, quod Euphratem inter et Aborram fluvios medium, a Diocletiano exstructum est. Julianus itaque diviso exercitu, armatorum sedecim millia Nisibin versus expedit, sub Sebastiani et Procopii ductu; ipse autem ad Cirsium castrum ducit iter. Ubi militum stationariorum sex millibus, quos ibi

μαίων. Καὶ μερίσας τὸν στρατὸν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς πέμ-
πει ἐπὶ τὴν Νίσιβιν ὀπλίτας ἀνδρας μυρίους ἑξακισχι-
λίους μετὰ δύο ἑξάρχων Σεβαστιανοῦ καὶ Προκοπίου.
Καὶ κατέφθασεν ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς τὸ Κιρκήσιον κά-
στρον· καὶ ἐάσας καὶ ἐν τῷ Κιρκησίῳ κάστρῳ, ὅσους
εὗρεν ἔγκλητους στρατιώτας ἑξακισχιλίους, προσθεὶς
αὐτοῖς καὶ ἄλλους ὀπλίτας τετρακισχιλίους μετὰ
ἑξάρχων δύο Ἀκκαμέου καὶ Μαύρου. Καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖ-
θεν, καὶ παρῆλθε τὸν Ἀβορρὰν ποταμὸν διὰ τῆς γεφύ-
ρας, τῶν πλοίων φασάντων εἰς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν·
ὄντων πλοίων ὑπῆρχεν ὁ ἀριθμὸς διακοσίων πεντή-
κοντα. Καὶ συναθροίσας τὸν ἴδιον αὐτοῦ στρατὸν, ἔχων
μὲν ἑαυτοῦ Ἀνατολίον μάγιστρον καὶ Σαλούστιον ἑπαρ-
χὸν πραιτωρίων καὶ τοὺς στρατηλάτας αὐτοῦ, ἀνελθὼν
ἐν ὑψηλῷ βήματι δι' ἑαυτοῦ προσεφώνησε τῷ στρατῷ,
ἐπαίνων αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος προθύμως καὶ σω-
φρονῶς ἀγωνίσασθαι κατὰ Περσῶν. Καὶ εὐθέως ἐμβαι-
ναι εἰς τὰ πλοῖα ἐπέτρεψεν, εἰσελθὼν καὶ αὐτὸς ὁ βα-
σιλεὺς εἰς τὸ εὐτρεπισθὲν αὐτῷ πλοῖον, καὶ προηγεῖσθαι
αὐτῶν προσκυλακτόρας προσέταξεν ἀνδρας γενναίους
ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λαγκιριῶν καὶ ματτιαρίων χιλιούς
πεντακοσίους, κελεύσας βραστάζεσθαι καὶ τὰ σίγη αὐ-
τοῦ καὶ τὸν κόμητα Λουκιανὸν (sic etiam Zosim. III,
14, 3. Λουκιλλιανὸν sec. Ammian.), ἀνδρα πολεμι-
κωτάτον, εἶναι σὺν αὐτῷ, ὅστις καὶ πολλὰ κάστρα
Περσικὰ παρὰ τὸν Εὐφράτην κείμενα καὶ ἐν μέσῳ τῶν
ὕδατων ἐν νήσοις ὄντα ἐπόρθησε καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄν-
τας Πέρσας ἀνείλε. Βίκτορα δὲ καὶ Δαγαλαῖρον κατέ-
ταξεν ὀπίσθεν τῶν λοιπῶν πλοίων εἶναι καὶ φυλάττειν
τὰ πλῆθη. Καὶ κατῆλθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ στρατοῦ
παντὸς διὰ τῆς μεγάλης διώρυγος τοῦ Εὐφράτου τῆς
μισγούσης τῷ Ἰγίρητι ποταμῷ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν

αὐτὸν Ἰγίρητα ποταμὸν, ὅπου μίγνυνται οἱ δύο ποτα-
μοὶ καὶ ἀποτελοῦσι λίμνην μεγάλην. Καὶ παρέβαλεν εἰς
τὰ Περσικὰ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν λεγόμενων Μαυζωνιτῶν
πλησίον Κτησιφῶντος πόλεως, ἐνθα ὁπῆρχε τὸ Περσι-
κὸν βασιλεῖον· καὶ ἐπικρατὴς γενόμενος Ἰουλιανὸς
ὁ βασιλεὺς ἐσχήνωσεν ἐν τῇ πεδιάδι τῆς αὐτῆς πόλεως
Κτησιφῶντος, βουλόμενος μετὰ τῆς ἰδίας συγκλήτου
καὶ ἑως Βαβυλῶνος εἰσελθεῖν καὶ παραλαβεῖν τὰ ἐκεῖσε.
Ὁ δὲ βασιλεὺς Σαβδουραρσάκιος ὑπονοήσας ὅτι διὰ τῆς
Νισίβεως ἤρχετο ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἰουλιανὸς, ὀρ-
μησε κατ' αὐτοῦ μετὰ τοῦ πλῆθους αὐτοῦ παντός.
Ἀπαγγελλόμενος δὲ αὐτῷ ὅτι ὀπίσθεν αὐτοῦ ἐστὶν ὁ βα-
σιλεὺς Ῥωμαίων Ἰουλιανὸς παραλαβὼν τὰ Περσικὰ
μέρη, καὶ ὅτι ἐμπροσθεν αὐτῷ ἀπαντῶσιν οἱ στρατηγοὶ
τῶν Ῥωμαίων καὶ πλῆθη πολλὰ, καὶ γνοὺς ὅτι ἐμε-
σάσθη, φεύγει εἰς τὴν Περσαρμενίαν, ὁδῶν πέμψας δύο
συγκλητικούς αὐτοῦ καὶ αὐτοὺς κατὰ ἰδίαν βούλησιν
ῥινοτομήσας πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα Ῥωμαίων, ἵνα
πλανήσωσιν αὐτὸν, πρὸς τὸ μὴ καταδιωχθέντα αὐτὸν
φρασθῆναι. Οἱ δὲ ῥινοτομηθέντες Πέρσες (sic) ἤλθον
πρὸς τὴν βασιλέα Ῥωμαίων προδοῦναι, φασίν, θέλον-
τες τὸν βασιλέα Περσῶν, ὡς τιμωρησάμενον αὐτούς.
Ἀπατηθεὶς δὲ παρ' αὐτῶν ἐπομνημένῳ ὁ αὐτὸς βασι-
λεὺς Ἰουλιανὸς ἠκολούθησεν αὐτοῖς μετὰ τοῦ ἰδίου στρα-
τεύματος· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον καὶ ἀνυ-
δρον ἐπὶ μίλια ρν', πλανήσαντες αὐτοὺς, τῇ εἰκάδι
πέμπτη τοῦ Δαισίου τοῦ καὶ Ἰουνίου μηνός. Καὶ εὐρὼν
(εὐρὼν?) ἐκεῖ τεῖχῃ παλαιὰ πεπτωκότε πόλεως λεγο-
μένης Βουθίων, καὶ ἄλλο δὲ χωρίον, ἐστῶτων μὲν τῶν
οἰκημάτων, ἔρημον δὲ ἦν, ὅπερ ἐλέγετο Ἀσία· ἐνθα
ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς καὶ ὁ πᾶς στρατὸς τῶν
Ῥωμαίων ἐκεῖ ἐσχήνωσεν. Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς τόποις

invenit, ipse quattuor millia militum alia adjecit, Accameo
(Machamæo sec. Ammian. xxv, 1, 2) et Mauro ducibus
constitutis. Inde autem discedens, Aborræ fluminis ponte
trajecto, classem suam, 1250 naves numero habentem,
per Euphratem adventantem reperit. Tum vero in unum
coactis copiis cum Anatolio magistro et Salustio præfecto
prætorio, consensu alto suggestu, exercitum allocutus est,
et fortia ejus facta deprædicans, uti paratissimo optimoque
animo contra Persas in aciem descenderent hortatus est. Post
hæc statim navigia conscendere jussis omnibus, ipse quoque
in paralam sibi navem ingressus est; præmissis qui explora-
tores essent, quingentis ex numero lanceariorum et mattia-
riorum fortissimis viris; vexilla quoque sua sibi præferri
jussit, et Lucilianum comitem, virum bellicosissimum,
secum habere voluit. Hic plurima Persarum castra Eu-
phrati confinia, et quæ medias inter aquas in insulis sita
erant, vastavit, Persis custodibus eorum trucidatis. Ex-
tremæ vero classis curam Victori et Dagalaiphō demanda-
vit. Et descendit rex cum exercitu universo per magnum
canalem, quo Euphrates Tigridi miscetur, atque in Tigri-
dem, ubi mixti duo illi fluvii ingentem alveum efficiunt.
Et in Persidis regionem perrexit, quæ Mauzanitarum vo-
catur, a Ctesiphonte non procul, ubi reges Persarum sedes
suas habuerunt. Fugebat autem victor imperator Julia-

nus tentoria sua in ipsa Ctesiphontis plasmie, in animo
habens ad Babylonem usque cum primoribus suis pen-
trare eamque subjugare. Persarum vero rex Sabburarsa-
cius existimans imperatorem Romanum per Nisibim iter
instituisse, copiis suis omnibus instructis, adversus eum
proficiscitur. Certior autem factus Julianum sibi a tergo
esse regiones Persicas occupantem, a fronte autem Ro-
manos duces cum exercitu magno se adorturos instare:
mediis se hostibus inclusum sentiens in Persarmeniam fi-
git, cavensque sibi ne ab hostibus prehenderetur, ex primo-
ribus suos duos, naribus proprio illorum ex consensu abs-
cissis, dolose mittit, qui Julianum in avia abducerent.
Duo itaque hi imperatorem Romanorum adeuntes, Persa-
rum ei regem, ob illatas sibi iniurias, se prodituros esse
dicebant. Quumque juramento sese in hoc obstrinxissent,
imperator dolis eorum delusus, ipse cum exercitu hos iti-
neris duces secutus est. Et per errores duxerunt eum in
deserta et aquæ carentia ad millia centum quinquag-
inta, die vicesima quinta Dasii sive Junii mensis. In-
venerunt ibi moenia quædam antiqua et collapsa urbis,
quæ Bubia olim vocabatur, et aliud quoddam castellum,
Asiam nomine, quod domicilia quædam adhuc stantia
habebat, sed desertum erat. Ibi imperator cum exercitu
considens, castra posuit, sed nec nulli cibum, nec ju-

MAGNUS CARRHENUS. EUTYCHIANUS CAPPADOX.

Magnus, ex Carrhis Mesopotamiæ urbe oriundus, et Eutychianus Cappadox Juliani imperatoris expeditionem Persicam, cui uterque interfuerat, literis tradiderunt. Et Eutychianus quidem in bello isto dux Armeniorum fuit, testante Joanne Malala. Magnus autem, ni fallor, idem est cum Magno tribuno, cujus Zosimus (III, 22, 8) et Ammianus Marcellinus (XXIV, 4, 24) de Ctesiphontis urbis oppugnatione agentes mentionem faciunt. De alio quodam Magno, Nisibeno ex Mesopotamia, iatrosophista, qui historici nostri fere æqualis fuit, vide Eunapium in Vit. Sophist. p. 103 ed. Boisson. et Theophilum De urin. præem. Eutychianus, nescio num idem cum nostro an diversus ab eo, laudatur apud Codinum De orig. Constantinop. p. 18 ed. Bonn., ubi quæ de Byzantii muris Constantinianis et de encæniis urbis leguntur, ea ita se narrasse auctor dicit, καθὼς ἱστοροῦσι Εὐτυχιανὸς πρωτοσηκρήτης ὁ γραμματικὸς (*) καὶ Εὐτρόπιος ὁ σοφιστής, ὁ τῷ παραδότη Ἰουλιανῷ συμπαρὼν ἐν Περσίῃ, καὶ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου (sic cœd. Vat.; δ ἐπ. Κωνσταντίνος vgo) Ἐλεῦσιός τε διάκονος ὁ φιλόσοφος, Τρωίλος ὁ ῥήτωρ, ὁ πολλὰς ἀρχὰς μετὰ δοξῆς ἀνύσας, καὶ Ἡσύχιος ὁ ταχυγράφος. Οὗτοι πάντες αὐτόπται γεγόμενοι τῶν τῆς νικαῦτα πραγμάτων ἀκριβῶς ταυτὶ συνεγράψαντο. — Qui hoc loco præter Eutychianum et Eutropium citantur Eleusius, Troilus et Hesychius notarius, num historias scripserint, parum liquet. Troilus, quem aliunde novimus, de Constantinopoli urbe a Constantino exornata in *Orationibus* disseruisse videtur. Suidas : Τρωίλος, σοφιστής, παιδεύσας ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Λόγους πολιτικούς, Ἐπιστολῶν

(*) Ab hoc Eutychio genus duxerit Εὐτυχιανὸς ὁ νέος, qui Agathias auctor suasorque fuit scribendæ historiæ, ἀνὴρ τὰ πρῶτα τελὼν ἐν τοῖς τῶν βασιλέων ὑπογραφεῦσι, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὸς καὶ ἀγχινοῦστος, παιδεῖας τε ἀποκρώντως ἔχων, καὶ τοῦ τῶν Φλωριδῶν γένους ἄριστον ἐγκαλλώπισμα γεγενῆμενος (Agathias præem. p. 7, 18 ed. Bonn.).

Imperator Julianus contra Sabburarsacen (*Saporem Arsacen*), Persarum regem, exercitum ducens, Hierapolim venit, missis in Samosata Euphratesiæ urbem, qui navigia fabricarent, partim lignea partim coriacea, uti tradit sapientissimus Magnus Carrhenus chronographus, qui hoc bello sub Juliano militavit. Hierapoli discedens imperator Carrhas venit; hinc via sese in duas partes findit, quarum

βιβλία ζ'. Troili Prolegomena in Hermogenem edit Walz. in Rhett. Gr. tom. VI. Ceterum Troilus Sidetes (Socrat. H. Eccl. VII, 27) non Constantini Magni æqualis fuit, uti Georgius Codinus dicit, sed initio sæculi quinti, sub Theodosio II floruit. Nam amicus fuit Anthemii, qui pro Theodosio II puero Orientis regnum administravit (an. 408 sqq. Vide Socrates VII, 1 et 27; Synesius Epist. 73; Tillemont *Hist. des emp.* VI, p. 4. 9). Eandem rhetoris ætatem inde colligis quod Socrates VI, 6 (ex eoque Nicephorus Callist. XIII, 6) Eusebium, quo tempore carmen de rebus Gainæ Gothorum ducis (qui mortuus est post an. 400) scripserit, Troilum sophistam audiisse refert. Jam quum de Troili ætate errasse Codinum pateat, fortasse etiam de Hesychio similiter lapsus est. Certe constat pleraque, quæ de Constantinopolitanis originibus Codinus tradit, ex Hesychii Milesii Illustris Chronicorum libro sexto esse descripta, adeo ut proclivis sit conjectura hunc ipsum Hesychium Milesium, qui Anastasii et Justiniani temporibus vixit, a Codino laudari. Ceterum si duos Hesychios, alterum notarium, alterum illustrem, distingui malueris, per me licebit.

(DE JULIANI BELLO PERSICO.)

Malalas Chron. p. 328, 20 ed. Bonn. : Καὶ κατ'ὼν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς κατὰ Σαββουρarsάκου, βασιλέως Περσῶν, κατέφθασεν ἐν Ἱερὰπολει καὶ πέμψας κατεσκεύασε πλοῖα ἐν Σαμοσάτοις, πόλει τῆς Εὐφρατησίης, τὰ μὲν διὰ ξύλων, τὰ δὲ διὰ βυσσῶν, ὡς ὁ σοφώτατος Μάγνος ὁ χρονογράφος ὁ Καρρηνὸς, ὁ συνὼν αὐτῷ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ, συνεγράψατο. Ἀπὸ δὲ Ἱερὰπολεως ἐξελεύων ἦλθεν ἐν Κάρραις τῇ πόλει· καχεῖθεν εὔρε δύο δόδους, μίαν ἀπάγουσαν εἰς τὴν Νίστιν πόλιν, οὗσαν ποτε Ῥωμαίων, καὶ ἄλλην ἐπὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν κάστρον τὸ λεγόμενον Κιρκήσιον, κείμενον εἰς τὸ μέσον τῶν δύο ποταμῶν τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Ἀβορῶ· ὧπερ ἔκτισε Διοκλητιανὸς, βασιλεὺς Ῥω-

una in Nisibin duxit, urbem Romanis olim subjectam; altera in Circesium tendit, castrum Romanum, quod Euphratem inter et Aborram fluvios medium, a Diocletiano exstructum est. Julianus itaque diviso exercitu, armatorum sedecim millia Nisibin versus expedit, sub Sebastiani et Procopii ductu; ipse autem ad Circesium castrum ducit iter. Ubi militum stationariorum sex millibus, quos ibi

μαίων. Καὶ μερίσας τὸν στρατὸν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς πέμ-
πει ἐπὶ τὴν Νίσιβιν ὀπλίτας ἄνδρας μυρίους ἐξακισχι-
λίους μετὰ δύο ἐξάρχων Σεβαστιανοῦ καὶ Προκοπίου.
Καὶ κατέφθασεν ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς τὸ Κιρκήσιον κά-
στρον· καὶ ἐάσας καὶ ἐν τῷ Κιρκησίῳ κάστρῳ, ὅσους
εὗρεν ἐγκαθέτους στρατιώτας ἐξακισχιλίους, προσθεὶς
αὐτοῖς καὶ ἄλλους ὀπλίτας τετρακισχιλίους μετὰ
ἐξάρχων δύο Ἀκχαμέου καὶ Μαύρου. Καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖ-
θεν, καὶ παρῆλθε τὸν Ἀβορρὰν ποταμὸν διὰ τῆς γεφύ-
ρας, τῶν πλοίων φθασάντων εἰς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν·
ὧν τινων πλοίων ὑπῆρχεν ὁ ἀριθμὸς διακοσίων πεντή-
κοντα. Καὶ συναθροίσας τὸν ἴδιον αὐτοῦ στρατὸν, ἔχων
μετ' ἑαυτοῦ Ἀνατολίον μαγίστρον καὶ Σαλούστιον ἑπαρ-
χον πραιτωρίων καὶ τοὺς στρατηλάτας αὐτοῦ, ἀνελθὼν
ἐν ὑψηλῇ βῆματι δι' ἑαυτοῦ προσεφώνησε τῷ στρατῷ,
ἐπικίων αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος προθύμως καὶ σω-
φρονῶς ἀγωνίσασθαι κατὰ Περσῶν. Καὶ εὐθέως ἐμβαί-
νειν εἰς τὰ πλοῖα ἐπέτρεψεν, εἰσελθὼν καὶ αὐτὸς ὁ βα-
σιλεὺς εἰς τὸ εὐτρεπισθὲν αὐτῷ πλοῖον, καὶ προηγεῖσθαι
αὐτῶν προσκυλλάτορας προσέταξεν ἄνδρας γενναίους
ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λαγκιαρίων καὶ ματτιαρίων χιλίους
πεντακοσίους, κελεύσας ξαταῖζεσθαι καὶ τὰ σίγνα αὐ-
τοῦ καὶ τὸν κόμητα Λουκιανὸν (sic etiam Zosim. III,
14, 3. Λουκιλλιανὸν sec. Ammian.), ἄνδρα πολεμι-
κωτάτον, εἶναι σὺν αὐτῷ, ὅστις καὶ πολλὰ κάστρα
Περσικὰ παρὰ τὸν Εὐφράτην κείμενα καὶ ἐν μέσῳ τῶν
ὕδατων ἐν νήσοις ὄντα ἐπόρθησε καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄν-
τας Πέρσας ἀνείλε. Βίκτορα δὲ καὶ Δαγαλαῖτρον κατέ-
ταξεν ὀπίσθεν τῶν λοιπῶν πλοίων εἶναι καὶ φυλάττειν
τὰ πλῆθη. Καὶ κατῆλθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ στρατοῦ
παντὸς διὰ τῆς μεγάλης διώρυγος τοῦ Εὐφράτου τῆς
μισγώσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν

αὐτὸν Τίγρητα ποταμὸν, ὅπου μίγνυνται οἱ δύο ποτα-
μοὶ καὶ ἀποτελοῦσι λίμνην μεγάλην. Καὶ παρέβαλεν εἰς
τὰ Περσικὰ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν λεγομένων Μαυζανιτῶν
πλησίον Κτησιφῶντος πόλεως, ἐνθα ὑπῆρχε τὸ Περσι-
κὸν βασιλεῖον· καὶ ἐπικρατὴς γενόμενος Ἰουλιανὸς
ὁ βασιλεὺς ἐσχένωσεν ἐν τῇ πεδιάδι τῆς αὐτῆς πόλεως
Κτησιφῶντος, βουλούμενος μετὰ τῆς ἰδίας συγκλήτου
καὶ ἑως Βαβυλῶνος εἰσελθεῖν καὶ παραλαβεῖν τὰ ἐκεῖσε.
Ὁ δὲ βασιλεὺς Σαβδουραρσάκιος ὑπονόησας ὅτι διὰ τῆς
Νισίβεως ἤρχετο ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἰουλιανὸς, ὥρ-
μησε κατ' αὐτοῦ μετὰ τοῦ πλῆθους αὐτοῦ παντός.
Ἀπαγγελομένου δὲ αὐτῷ ὅτι ὀπίσθεν αὐτοῦ ἐστὶν ὁ βα-
σιλεὺς Ῥωμαίων Ἰουλιανὸς παραλαβὼν τὰ Περσικὰ
μέρη, καὶ ὅτι ἐμπροσθεν αὐτῷ ἀπαντῶσιν οἱ στρατηγοὶ
τῶν Ῥωμαίων καὶ πλῆθη πολλὰ, καὶ γνοὺς ὅτι ἐμε-
σάσθη, φεύγει εἰς τὴν Περσαρμενίαν, ὁδῷ πέμψας δύο
συγκλητικούς αὐτοῦ καὶ αὐτοὺς κατὰ ἰδίαν βούλησιν
ῥινοτομήσας πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα Ῥωμαίων, ἵνα
πλανήσωσιν αὐτὸν, πρὸς τὸ μὴ καταδιωχθέντα αὐτὸν
φθασθῆναι. Οἱ δὲ ῥινοτομηθέντες Πέρσες (sic) ᾗλλον
πρὸς τὴν βασιλέα Ῥωμαίων προδοῦναι, ψασίν, θέλον-
τες τὸν βασιλέα Περσῶν, ὡς τιμωρησάμενον αὐτούς.
Ἀπατηθεὶς δὲ παρ' αὐτῶν ἐπομνημένῳ ὁ αὐτὸς βασι-
λεὺς Ἰουλιανὸς ἠκολούθησεν αὐτοῖς μετὰ τοῦ ἰδίου στρα-
τεύματος· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν ἐρῆμον καὶ ἀνυ-
δρον ἐπὶ μίλια ρν', πλανήσαντες αὐτούς, τῇ εἰκάδι
πέμπτη τοῦ Δαισίου τοῦ καὶ Ἰουνίου μηνός. Καὶ εὐρὼν
(εὐρὼν?) ἐκεῖ τεῖχῃ παλαιὰ πεπτωκότα πόλεως λεγο-
μένης Βουθῶν, καὶ ἄλλο δὲ χωρίον, ἐστώτων μὲν τῶν
οἰκημάτων, ἐρῆμον δὲ ᾗν, ὅπερ ἐλέγετο Ἀσία· ἐνθα
ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς καὶ ὁ πᾶς στρατὸς τῶν
Ῥωμαίων ἐκεῖ ἐσχένωσεν. Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς τόποις

invenit, ipse quattuor millia militum alia adjecit, Accameo
(*Macchabeo* sec. *Ammian.* xxv, 1, 2) et Mauro ducibus
constitutis. Inde autem discedens, Aborræ fluminis ponte
trajecto, classem suam, 1250 naves numero habentem,
per Euphratem adventantem reperit. Tum vero in unum
coactis copiis cum Anatolio magistro et Salustio præfecto
prætorio, consensu alto suggestu, exercitum allocutus est,
et fortia ejus facta deprædicans, uti paratissimo optimoque
animo contra Persas in aciem descenderent hortatus est. Post
hæc statim navigia conscendere jussis omnibus, ipse quoque
in paratam sibi navem ingressus est; præmissis qui explora-
tores essent, quingentis ex numero lanceariorum et mattia-
riorum fortissimis viris; vexilla quoque sua sibi præferri
jussit, et Lucilianum comitem, virum bellicosissimum,
secum habere voluit. Hic plurima Persarum castra Eu-
phrati confinia, et quæ medias inter aquas in insulis sita
erant, vastavit, Persis custodibus eorum trucidatis. Ex-
tremæ vero classis curam Victori et Dagalaiphlo demanda-
vit. Et descendit rex cum exercitu universo per magnum
canalem, quo Euphrates Tigridi miscetur, atque in Tigri-
dem, ubi mixti duo illi fluvii ingentem alveum efficiunt.
Et in Persidis regionem perrexit, quæ Mauzanitarum vo-
catur, a Ctesiphonte non procul, ubi reges Persarum sedes
suas habuerunt. Fugebat autem victor imperator Julia-

nus tentoria sua in ipsa Ctesiphontis planitie, in animo
habens ad Babylonem usque cum primoribus suis pen-
trare eamque subjugare. Persarum vero rex Sabburarsa-
cius existimans imperatorem Romanum per Nisibim iter
instituisse, copiis suis omnibus instructis, adversus eum
proficiscitur. Certior autem factus Julianum sibi a tergo
esse regiones Persicas occupantem, a fronte autem Ro-
manos duces cum exercitu magno se adorturos instare:
mediis se hostibus inclusum sentiens in Persarmeniam fi-
git, cavensque sibi ne ab hostibus prehenderetur, ex primo-
ribus suos duos, naribus proprio illorum ex consensu abs-
cissis, dolose mittit, qui Julianum in avia abducerent.
Duo itaque hi imperatorem Romanorum adeuntes, Persa-
rum ei regem, ob illatas sibi injurias, ex proditoriis esse
dicebant. Quumque juramento sese in hoc obstrinxissent,
imperator doli eorum delusus, ipse cum exercitu hos iti-
neris duces secutus est. Et per errores duxerunt eum in
deserta et aquæ carentia ad millia centum quinquag-
inta, die vicesima quinta Dasi sive Junii mensis. In-
venerunt ibi mœnia quedam antiqua et collapsa urbis,
quæ Bubia olim vocabatur, et aliud quoddam castellum,
Asiam nomine, quod domicilia quedam adhuc stantia
habebat, sed desertum erat. Ibi imperator cum exercitu
considerans, castra posuit, sed nec militi cibum, nec ju-

γενόμενοι ἑλπίοντο τροφῶν, καὶ οὐδὲ τοῖς ἀλόγοις ὑπῆρχε βοτάνη· ἦν γὰρ ἐρημία· καὶ γνοὺς ὁ πᾶς στρατὸς Ῥωμαίων ὅτι ἀπατηθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐπλάνησεν αὐτοὺς καὶ εἰς ἐρήμους ἤγαγε τόπους, εἰς πολλὴν ἀταξίαν ἐτρέπτησαν. Τῇ δὲ ἐξῆς ἡμέρᾳ μηνὶ Ἰουνίου κς', ἀγαγὼν τοὺς πλανήσαντας αὐτὸν Πέρσας ἐξήτασεν αὐτούς· καὶ ὠμολόγησαν λέγοντες ὅτι « ὑπὲρ πατρίδος καὶ τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἵνα σωθῇ, ἐδώκαμεν ἡμᾶς ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, καὶ ἐπλανήσαμεν ὑμᾶς· ἰδοὺ οἱ δοῦλοί σου ἀπεθάνομεν. » Καὶ ἀπεδέξατο αὐτοὺς μὴ φονεύσας αὐτοὺς, ἀλλὰ δοὺς λόγον αὐτοῖς, ἵνα ἐκβάλωσι τὸν στρατὸν ἐκ τῆς ἐρήμου χώρας. Καὶ περὶ ὥραν δευτέραν τῆς αὐτῆς ἡμέρας ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς παριὼν τὸ στράτευμα καὶ θυσιάζων αὐτοὺς μὴ ἀτάκτως φέρεσθαι ἐτρώθη ἀδήλως· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν ἴδιον παπυλεῶνα διὰ τῆς νυκτὸς τελευτᾷ, ὡς ὁ προγεγραμμένος Μάγνος ἐξέθετο.

Εὐτυχιανὸς δὲ ὁ χρονογράφος ὁ Καππάδοξ, στρατιώτης ὢν καὶ βικάριος τοῦ ἰδίου ἀριθμοῦ τῶν Πριμοαρμενιακῶν, παρὼν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πολέμῳ, συγγράφατο ὅτι κατελθὼν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς μονὰς ἐ' ἐπὶ τὰ Περσικὰ μέρη διὰ τοῦ Εὐφράτου εἰσῆλθε

καὶ ἐπικρατὴς γενόμενος καὶ νικήσας πάντας παρέλαβεν ἕως πόλεως λεγομένης Κτησιφώντος, ἔνθα ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐκάθητο, ἐκείνου φυγόντος ἐπὶ τὰ μέρη τῶν Περσαρμενίων, καὶ βουλομένου μετὰ τῆς ἰδίας συγχλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ ἄχρι τῆς Βαβυλώνης τῇ ἐξῆς ὁρμηῆσαι καὶ ταύτην παραλαβεῖν διὰ τῆς νυκτός. Καὶ ὡς καθεύδει, εἶδεν ἐν ὁράματι τινα τέλειον ἄνδρα ἐνδεδυμένον ζάβαν καὶ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν εἰς τὸν παπυλεῶνα αὐτοῦ πλησίον τῆς πόλεως Κτησιφώντος ἐν πόλει λεγομένη Ἀσία, καὶ κρούσαντα αὐτὸν λόγχῃ· καὶ πτοηθεὶς ἐξυπνίσθη κράζας· καὶ ἐξανέστησαν οἱ κουβικουλάριοι εὐνοῦχοι καὶ σπαθάριοι καὶ ὁ στρατὸς ὁ φυλάττων τὸν παπυλεῶνα, καὶ εἰσελθόντες πρὸς αὐτὸν μετὰ λαμπάδων βασιλικῶν· καὶ προσεσχηκῶς Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς ἑαυτὸν σφαγέντα κατὰ τῆς μασχάλης ἐπηρώτησεν αὐτοῦ· « Πῶς λέγεται ἡ κώμη ὅπου ἐστὶν ὁ παπυλεῶν μου; » καὶ εἶπον αὐτῷ ὅτι Ἀσία λέγεται. Καὶ εὐθέως ἔκραξεν· « Ὡ Ἥλιε, ἀπώλεσας Ἰουλιανόν. » Καὶ ἐκχυθεὶς τὸ αἷμα παρέδωκε τὴν ψυχὴν ὥραν νυκτερινὴν πέμπτην (ἐτους κατὰ Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην χρηματίζοντος υἱά').

mentis pabulum in tam deserto loco invenire potuit. Exercitus itaque totus quum intelligeret ab imperatore transfugarum dolis deluso se in loca inculta abductum esse, tumultus statim ciebat maximos. Die autem sequente, nempe Junii vicesima sexta, imperator Persas illos, errorum auctores, coram adduci jussit. Interrogati « Nos, aiebant, pro rege ac patria morti nos addicentes fraudem vobis fecimus. Ecce servi tui ad necem parati sumus. » Imperator vero ita eos excepit, ut salvos fore fide data promitteret, modo exercitum suum ex deserto deducerent. Et circa horam secundam ejusdem diei Julianus imperator, dum exercitum lustrans militem ut ordinem servaret hortatur, ab incerta manu vulneratus est. Et in tentorium suum regressus eadem nocte vitam sinivit, uti *Magnus*, quem supra commemoravi, tradidit.

Eutychianus autem chronographus, Cappadox, et ipse expeditionis illius socius et vicarius cohortis suae Primoarmeniorum, scriptum reliquit Julianum imp., emenso quindecim dierum itinere, in regiones Persicas per Euphratem

penetrasse; ubi bello superior factus et ubique victor omnia subegit usque ad Ctesiphontem urbem, regni Persarum sedem regiam, rege ipso in Persarmeniam fuga elapso. Sequente autem die, primoribus et exercitu stipatus, Babylonem usque penetrare destinaverat, urbem cum de nocte aggressurus. Inter dormiendum vero per somnum vidit virum quendam adultum, lorica indutum, qui tentorium regium in Asia, urbe Ctesiphonti vicina, erectum ingressus, hasta eum percussit. Ipse autem horrore expergefactus exclamare: confestim igitur consurgentes cubicularii eunuchi et spatharii quique ad tentorium regis excubias agebant milites, cum lampadibus regis ad eum ingressi sunt. Julianus autem imp., quum animadvertisset se sub axilla letale vulnus accepisse, de vici nomine, ubi positum erat tentorium, sciscitatus est. Asiam vero vocari respondentibus illis, elata statim voce exclamavit: « O Sol, Julianum perdidisti! » Et effuso sanguine animam efflavit, hora noctis quinta anno aëre Antiochenæ 411.

EUNAPIUS SARDIANUS.

Eunapius Sardinus, rhetor et historicus, natus est circa annum 347 p. C. Cognatus fuisse videtur Eunapii ejus, qui ipse quoque haud infimi nominis rhetor, a Lydis missus ad Julianum imperatorem legatione non absque laude perfunctus est (360 p. C.). Vide Eunap. fr. 15 et 45. Nostrum in Asia puerum erudit Chrysanthius, sophista et theologus gentilis, qui Melitam, consobrinam Eunapii, in matrimonium duxerat, quemque Julianus, antequam ad expeditionem Persicam proficisceretur (362), summum Lydiæ pontificem constituit (*). Jam prima hac institutione Eunapio inculcata fuerit superstitiosa ista doctrina, miraculorum consecratrice, quam inter gentiles philosophos tum maxime vigentem, contra Christianos tueri, moderate tamen, Chrysanthius studebat. Ætatis anno decimo sexto (an. 362) ex Lydia juvenis in Græciam iter suscepit (**), ut Athenis se in disciplinam daret Proæresii, qui senex tunc octogenarius inter Athenienses sophistas principem locum obtinebat. In ipsa autem navigatione Eunapius febris correptus vehementi, adeoque vi morbi prostratus est, ut, appulsa nave, manibus popularium suorum, quos itineris socios habuerat, e Piræo in urbem ædesque Proæresii deportatus sit. Ibi morbo ingravescente quum de salute Eunapii

jam desperarent, Æschines Chius medicus os moribundo per vim aperuit eique medicamentum infudit, quo alvus descendit copiosius, levatusque Noster τὸν δέρα εἶδε καὶ ἐπέγνω τοὺς οἰκείους. Sanitati restitutus, balneoque, quo initiari novitii discipuli solebant, a Proæresii alumnis purgatus, collegio scholasticorum adscribitur. Paterno deinceps amore Sardinum juvenem magister amplexus est, meritaque ejus Eunapius grati animi pietate rependit (Vit. Soph. p. 74-76). Quadriennio post, sive ætatis anno vicesimo, arcana doctrinæ theurgicæ, quæ a Iamblichō est profecta, Eunapio reclusa sunt (*). Eodem fere tempore, opinor, mysteriis Eleusiniis initiatus est (**). Deinde, postquam per quinque jam annos Athenis commoratus erat, in Ægyptum (Alexandriam) se conferre statuit, verum a parentibus in Lydiam revocatus est, ubi, hortantibus amicis, rhetoricam profiteri cæpit (**). Magisterio huic horas impendebat matutinas; deinde ad meridiem usque et ultra ex ore pendebat Chrysanthii, qui quem literarum elementis olim imbuerat, nunc in adyta sublimioris philosophiæ suæ docendo introduxit (****). Præterea discendæ arti medicæ Eunapius operam navavit. Nam ægrotanti quondam Chrysanthio seni quum venam incidere medici vellent, obstitisse se, idque salutem Chrysanthio fuisse dicit, addens: Οὐδὲ γὰρ ἄπειρος ἰατρικῆς δὲ ταῦτα γράφων (Vit. Chrys. p. 119). Idem etiam ex Historiis colligas, in qua sæpius metaphoris utitur ab arte medica repetitis. Denique Nostrum

(*) Eunapius Vit. Chrysanth. init. p. 117 ed. Boiss.: Ταύτης τῆς γραφῆς αἰτίας ἐγένετο Χρυσάνθιος, τὸν τε γράφοντα ταῦτα παιδαγωγῶς ἐκ παιδός, καὶ διασεσωκῶς εἰς τέλος, ὥσπερ νόμον τινὰ, τὴν περὶ αὐτὸν εὐνοίαν.

Idem Vit. Maximi p. 56: ... Χρυσανθίῳ γυναῖκα εἶναι... Μελιτὴν ὄνομα ἔχουσαν καὶ ὑπ' αὐτοῦ θαυμαζομένην διαφερόντως, τοῦ δὲ ταῦτα γράφοντος ἀνεψιάν.

Idem ib. p. 57: Ἀρχιερέα δὲ ἀποδείξας (Ἰουλιανός) τὸν τε ἄνδρα (Χρυσάνθιον) καὶ τὴν γυναῖκα τῆς Λυδίας, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἐπιτρέψας εἶναι τῶν ἄλλων τὴν αἵρεσιν, αὐτὸς ἐπὶ τὸν Περσικὸν συνήγετο πόλεμον.

Idem Vit. Chrysanth. p. 111: 'Ο δὲ Χρυσάνθιος τὴν ἀρχιερωσύνην τοῦ παντὸς ἔθνους λαβὼν κτλ.

(**) Eunap. Vit. Proæres. p. 74: Διέβαλε μὲν γὰρ ὁ ταῦτα συντιθεὶς ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ Ἀθήνας, τελῶν εἰς ἔκτον καὶ δέκατον ἔτος. — Idem ib. p. 92: Ἰουλιανὸς δὲ βασιλεύσας, τόκου τοῦ παιδεύειν ἐξαιρούμενος (Προαιρέσιος, ap. 362) — ἐδόκει γὰρ εἶναι Χριστιανός — σοφίᾳ τινὶ περιήλθε τὴν πρόγνωσιν... 'Ο δὲ συγγραφεὺς κατὰ τούτῳ τὸν χρόνον εἰς ἔκτον πού καὶ δέκατον ἔτος τελῶν παρήλθε τε εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τοῖς ὁμιλήταις ἐγκατεμίγη. — Idem Vit. Maximi p. 58: Καὶ ὁ ταῦτα γράφων ἐπαιδεύετο κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους (quibus Julianus expeditionem Persicam suscepit), παῖς ὢν καὶ εἰς ἐπτάβητος ἄρτι τελῶν. — Eunap. Histor. fr. 8: Κομῶδῃ γὰρ ἦν ὁ γράφων τότε παῖς, ἥνικα ἔβασίλευσεν (Ἰουλιανός).

(*) Eunap. Vit. Soph. p. 20: 'Ο γοῦν ταῦτα γράφων, ἐκ παιδός ἀκροατῆς Χρυσανθίου γενόμενος, μολὶς εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἤξουτο τῶν ἀλθησετέρων, οὕτω μέγα τι χρῆμα εἰς ἡμᾶς τῆς Ἰαμβλίου φιλοσοφίας διετάρη καὶ συμπαρέτεινε τῷ χρόνῳ.

(**) Idem p. 52: Τοῦ δὲ ἱεροφάντου κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον (sc. Juliani temprr.) ὅστις ἦν τούνομα οὐ μοι θέμις λέγειν· ἐτέλει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα.

(***) Idem p. 92: 'Ο δὲ συγγραφεὺς... ἀγαπηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ (τοῦ Προαιρέσιου) καθάπερ παῖς γνήσιος, ἠπειγέτο μὲν μετὰ πέμπτῳ ἔτος εἰς τὴν Αἴγυπτον, οἱ δὲ πατέρες καλοῦντες ἐπὶ Λυδίας ἐξεβίσσαντο· κἀκείνῳ μὲν σοριστικῇ προὔσειτο.

(****) Idem p. 114: Τὸν δὲ ταῦτα γράφοντα ἐκπαιδεύσας νέον ἔτι ὄντα, ἥνικα ἐπανήλθεν Ἀθήνηθεν, οὐκ ἔλαττον ἡγάπα, ἀλλὰ καὶ προσετίθει καὶ ἡμέραν τῷ διαφέροντι τῆς εὐνοίας, ἐς τοῦτο ἐκκινήσας, ὥστε τὰ ἐωθινὰ μὲν ὁ συγγραφεὺς ἐπὶ ῥητορικοῖς λόγοις ἐτέροις συνῆν, καὶ τοὺς δεομένους ἐπαιδεύεν, μυχρὸν δὲ ὑπὲρ μεσημβρίας ἐπαιδεύετο, παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἰὼν διδάσκαλον, τοὺς θειοτέρους καὶ φιλοσόφους τῶν λόγων· ἥνικα οὔτε ὁ παιδεύων ἔκαμην ἐρώντι συνῶν, τῷ τε ἐκδεχομένῳ τὰ μαθήματα τὸ ἔργον ἦν πανήγυρις.

videbimus familiarem fuisse celeberrimi suæ ætatis medici, Oribasii, qui Chrysanthium morbo postremo laborantem tractavit (Eunap. Soph. p. 120). Nullusque dubito quin Noster sit Eunapius ille, cui τῶν Εὐπορίστων tetrabibulum Oribasius inscripsit. Præter allata de vita Eunapii nihil compertum habemus, nisi quod ad provectam satis ætatem pervenerit. Nam in historiis scribendis occupatum adhuc fuisse post annum 414, senem septuagenarium, ex fragm. 87 consequitur.

Opera Eunapii novimus duo, Βίους φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν et *Romanæ historiæ libros quattuordecim*. In illo sermonem instituit de viginti tribus philosophis et sophistis, quorum major pars vel æquales Eunapii fuerunt, vel proxime ætatem scriptoris attigerunt. De plurimis pauca verba jecisse satis habet; nobiliores prolixiore quidem stylo prosequitur, ita tamen ut βιογράφου munus prorsus eludat. Neque ordinem rerum neque delectum curans, incompositam farragine nebuloſa involvit narratione, quam dicendi genere deturpat scabroso isto et inepte picturato, quod tanquam nervosum simul et elegans ista ætas admirabatur.

Alterum opus, ἡ μετὰ Δέξιππον ἱστορία χρόνικῇ, historiam Romanam continebat inde a Claudii II decessu (270 p. C.), in quem Dexippi Chronica desierant, usque ad Arcadii annum decimum (404 p. C.), quo Arsacius, pulso Johanne Chrysostomo, episcopalem Constantinopoli sedem occupavit, uxorque Arcadii Eudocia ex abortu mortua est (Vid. testim. Photii). Hæc annorum 134 historia per quattuordecim libros ita erat distributa, ut libro primo compendiaria ratione percurreret (διὰ τῶν ἀναγκαίων ἐπιτρέχει, Eunapius ait) res annorum 85, qui a Claudio labuntur ad Julianum Cæsarem (271-355), dehinc ad argumentum, quod primo consilio sibi delegerat, accederet, et diducta narratione per reliquos libros tredecim historiam Juliani, Valentis, Theodosii et Arcadii usque ad annum 404 explicaret. Rursus in his quasi cardo exstitit beatum regnum Juliani. Hic lux est, reliqui umbra; hic candidus Græcorum Apollo; reliqui, τοῦ ἀνεσχολοπισμένου σοφιστοῦ sectatores, atrum et averruncandum vulgus monachorum. Καὶ σχεδόν τι, Photius ait, τὸ τῆς ἱστορίας αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκεῖνον (Ἰουλιανοῦ) ἐγκώμιον συνετέλεσεν ἐξεπληρώθη. Idque ipse etiam Dexippus fatetur (fr. 1) : Καὶ πάντα γε εἰς τὸν Ἰουλιανὸν ἀναφέρειν ἐδόκει, ὃς ἐβασίλευσε μὲν ἐφ' ἡμῶν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον αὐτὸν ὥσπερ τινὰ θεὸν προσεκύουν ἅπαντες. Et in proœmio libri secundi (fr. 8) : Φέρεται δὲ ἐντεῦθεν ὁ λόγος ἐφ' ὅνπερ ἐφέρετο ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἀναγκάζει γε ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδιατρίβειν ὥσπερ τι πρὸς αὐτὸν ἐρωτικὸν πεπονθότας. Ceterum ad Juliani res posteritati man-

dandas non suo tantum ipsius impetu ferebatur, sed quotquot tunc doctrinæ laude eminebant, omnes absque remissione Eunapium instantèr precabantur, ut hanc provinciam vellet suscipere : præ ceteris autem Oribasius ille Pergamenus medicus, qui Juliani comes perpetuus consiliorumque omnium socius fuerat. Is enim, Eunapius ait, ἀσεβεῖν ἐβόα περιφανῶς, εἰ μὴ συγγράφοιμι· καὶ τῶν γε πράξεων (πάσας γὰρ ἡπίστατο παρὼν ἀπάσαις) μάλα ἀκριβῶς ὑπόμνημα συνετέλει πρὸς τὴν γραφήν (fr. 8).

Desinit opus in annum 404, uti monui. Quem quidem terminum operi non auctoris consilium sed fati necessitas posuisse videtur. Certe non percipio ego cur Eunapius, quem post annum 414 in scribendo adhuc versatum esse scimus (fr. 47), in anno 404 subsistere, quam ad mortem usque Arcadii (408) narrationem, si licuisset, deducere maluerit. — Porro libros operis quattuordecim non uno tenore Eunapius perscripsit, neque simul in publicum edidit. Etenim quum Eunapius in Vitis sophistarum Historias suas de rebus quæ ad Juliani, Valentis et Theodosii tempora pertinent, ita laudet ut eas tunc jam editas esse appareat (v. fr. 14. 19. 22. 25. 45. 55) : in Vita Prisci (fr. 65), ubi de Hilario loquitur, qui a Gothis sub Alaricho Græciam vastantibus (an. 396 p. C. Arcadii anno 1) occisus sit, ita habet : Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς διεξοδικοῖς, ἐὰν τῷ δαίμονι δοῖται, γραφήσεται. Igitur primum composuit Historias usque ad mortem Theodosii (270-395), ut videtur; deinde scripsit Vitas sophistarum (circa ann. 405); denique post annum 414 Historias suas continuavit, Arcadiique regnum additurus erat; quod consilium quominus ad exitum perduceret morte prohibitus esse videtur. — Quæ quum ita sint, putari possit τὴν νέαν Ἱστορίαν ἐκδοσιν, cujus tituli Except. De sentent. atque Photius mentionem faciunt, de opere ab ipso Eunapio retractato continuatoque debere intelligi. At quæ Photius refert in eam potius ducunt sententiam, ut nova ista recensio a Christiano aliquo bibliopola profecta sit, qui resectis convitiis, quibus religioni nostræ Eunapius insultaverat, emendatum sic et castigatum opus iterum ediderit. Est hæc Niebuhrii sententia probabilissima. Ita habet vir clarissimus (Script. hist. Byz. tom. I, p. xix) : « Quum duplicem editionem Historiæ Photius vidisset, Constantinianæ eclogæ, ut inscriptio docet, e secunda sumptæ sunt, ubi loci plurimi, in quibus scriptor rabido adversus Christianos odio effrenate indulserat, ita recisi essent, ut, Photio iudice, liantes lacunæ apparerent, et sequentia plurima laborarent obscuritate. Cujus vitii culpam Photius in Eunapium ipsum confert : con-

jecturane ductus an testimonio, non constat. Scriptorem mutilatum opus ita reliquisse, ut in his quæ manebant sensus laboraret, sane non probabile est. Ac fieri certe potest ut non ipse scriptor, sed bibliopola, indocti amanuensis opera, libros ab iis locis qui vendentibus periculum crearent liberare animum induxerit: qualia sunt expurgata, quæ vocant, exemplaria, quæ in regionibus ubi decreta concilii Tridentini recepta fuerunt, non raro occurrunt. »

De auctoritate Eunapii non est cur multus sim. Quemadmodum ab usu rerum civilium alienus fuisse videtur, sic in historiam intulit, quæ sedulo arcenda erant, rhetoris professionem atque studia et iram mentis præoccupatæ. Hinc oratio ab limpida historiæ tranquillitate prorsus abhorrens; hinc tractationis genus epidicticum, quo spernitur ἡ ἀκριβὲς historica tanquam humilior quid (*); hinc denique, quod maximum est, judicia de rebus personisque perversa nullaue ad veri justique normam directa et ponderata. Ceterum quodsi Eunapius calamitates, quæ in Romanum imperium irruerunt, omnes ex spretis sacris majorum adscitataque Christianorum religione perperam sane repetendas esse censuit, ideoque Julianum in cælum evehit, Christianos imperatores insanis conviciis oneravit: meminisse juvat quantopere in contrariam partem peccaverint scriptores Ecclesiastici, qui Constantini, Juliani et Theodosii res literis consignarunt. Haud minimum igitur ad singula quæque recte trutinanda momentum afferret opus Eunapium, si integrum ad nos perdurasset. Nunc acquiescendum nobis est in Excerptorum Constantinianorum parte superstite et in Zosimo, quem in rebus ab Eunapio tractatis hunc ipsum sibi ducem selegisse et quodammodo in compendium redegisse tum diserte Photius testatur, tum ex reliquiis Sardiani nostri colligitur.

TESTIMONIA.

Photius Bibl. cod. 77: Ἀνεγνώσθη Εὐναπίου Ἱστορικῆς ἱστορίας τῆς μετὰ Δεξιππον, νέας ἐκδόσεις, ἐν βιβλίῳ τεσσαρεσκαίδεκα. Ἀρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἐς δὲ Δεξιππῶ ἡ ἱστορία καταλήγει, ἀποτελευτᾷ δὲ εἰς τὴν Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν Θεοδοσίου παίδων βασιλείαν, ἐκείνων τὸν χρόνον τέλος τῆς ἱστορίας ποιησάμενος, δὲ Ἀρσάκιος μὲν τοῦ χρυσοῦ τῆς ἐκκλησίας στόματος Ἰωάννου ἀπελαθέντος εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνηγμένος ἱεράτευεν, ἡ δὲ τοῦ βασιλεύοντος Ἀρκαδίου γυνὴ κατὰ γαστρός ἔχουσα καὶ ἀμβλώσασα τὸν βίον ἀπέλιπεν.

(*) Sic chronologiæ contemplorem se fatetur Eunapius (fr. 1)

Οὗτος δ' Εὐνάπιος Σαρδιανὸς μὲν γένος ἐστί (τὰς γὰρ ἐν Λυδία Σάρδεϊς ἔσχε πατρίδα)· δυσσεβὴς δὲ τὴν ὀρχασίαν ὦν (τὰ Ἑλλήνων γὰρ ἔτιμα) τοὺς μὲν εὐσεβεῖα τὴν βασιλείαν κοσμήσαντας παντὶ τρόπῳ καὶ ἀνέδῳ κακίζων διασύρει, καὶ μάλιστα γὰρ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, ἐξαίρει δὲ τοὺς δυσσεβεῖς, καὶ τῶν ἄλλων πλέον Ἰουλιανὸν τὸν παραβάτην, καὶ σφεδὸν τι τὸ τῆς ἱστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἐκείνου ἐγκώμιον συντελὲν ἐξεπονθή. Ἔστι δὲ καλλιπὴς τὴν φράσιν, εἰ περιέλοι τις αὐτῇ τῶν λόγων τὸ ἀλεκτρουνῶδες καὶ ἐλαφιδέστερον, καὶ συωδέστερον, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἱερακώδεις, καὶ κορακώδεις, καὶ πιθηκώδεις, καὶ τὸ ποταμῶδες δάκρυον, καὶ τὰ ὅμοια· τούτοις γὰρ καὶ τὴν ἄλλην τῶν ὀνομάτων περιλυμαίνεται καὶ διανοθεύει εὐγένειαν. Καὶ τροπαῖς μὲν κέχρηται παραβόλως, ὅπερ ὁ τῆς ἱστορίας οὐκ ἐθέλει νόμος, ἀφαιρεῖται δὲ τὸ λυποῦν ἢ τῆς λέξεως ἔμφρασις τὰ πολλὰ καὶ ἀστειότης. Τῇ συνθήκῃ δὲ καὶ τῷ σαφεῖ πρὸς ἱστορίαν καὶ ταῖς περιόδοις συμμέτρως καὶ οἰκείως ἔχει· πλὴν ἐνταυρὸς δικανικώτερον μάλλον ἢ ἱστορικώτερον μεστοὶ καὶ περιβάλλει τὸν λόγον. Νεωτερίζει δ' οὐκ ὀλίγα καὶ περὶ τὰς συντάξεις, πλὴν οὐκ εἰς τὸ ἄχαρι, οὐδ' εἰς τὸ ταῖς μεθόδοις λαθεῖν ἐπιδοῦναι.

Δύο δὲ πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας ἱστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν. Καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρχῆς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστει κατασπείρει βλασφημίαν, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαπτόμενος· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἣν καὶ νέαν ἐχθοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσελγίαν, ἣν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐσκέδαζεν, ὑποτέμνεται, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα συνείρας, νέαν ἐκδοσιν, ὡς ἔφημεν, ἐπιγράφει, ἐτι πολλὰ τῆς ἐκείσε λύσσης ὑποφαίνουσιν. Ἀμφοῖν δὲ ταῖς ἐκδόσεσιν ἐν παλαιαῖς ἐνετύχμεν βιβλίῳ, ἰδίως ἐκατέραν ἐν ἐτέρῳ τεύχει καὶ ἐτέρῳ συντεταγμένῃ· ἐξ ὧν αὐτῶν καὶ τὴν διαφορὰν ἀναλεξάμενοι ἐγνώμεν. Συμβαίνει οὖν ἐν τῇ νέᾳ ἐκδόσει πολλὰ τῶν χωρίων διὰ τὰς γεγεννημένας τῶν ῥητῶν περικοπὰς ἀσφαλῶς ἐκκεῖσθαι, καίτοι φροντιστὴς ἐστί τοῦ σαροῦς· ἀλλ' ὅτι τρόπῳ λέγειν οὐκ ἔχω, μὴ καλῶς κατὰ τὰς περικοπὰς ἀρμόσας τοὺς λόγους ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει τὸν νοῦν λυμαίνεται τῶν ἀναγινωσκομένων. Ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

Idem cod. 98, de Zosimo: Εἴποι δ' ἂν τις, οὐ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσιν, καὶ ὅτι οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος Στελίχωνα διασύρει. Τὰ δ' ἄλλα κατὰ τὴν ἱστορίαν σφεδὸν τι ὁ αὐτὸς καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν εὐσεβῶν βασιλέων διαβολαῖς. Δοκεῖ δέ μοι καὶ οὗτος δύο ἐκδόσεις, ὥσπερ καὶ ἐκεῖνος, πεποιημένα· ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν προτέραν οὐκ εἶδον· ἦν δὲ ἀνέγνωμεν, ἐπιγράφε νέας ἐκδόσεις, ἐξ ὧν συμβαλεῖν ἦν καὶ ἐτέραν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῷ Εὐνα-

πίω, ἐκδεδόσθαι. Σαφὴς δὲ μᾶλλον οὗτος καὶ συντομώτερος, ὥσπερ ἔφημεν, Εὐναπίου καὶ τοῖς τρόποις, εἰ μὴ σπάνιον, οὐ κεχρημένον.

ARGUMENTUM.

FR. 1. LIBRI PRIMI, qui usque ad Juliani Cæsaris tempora pertinet, proœmium. — 2. *Aurelianus*. Seleucis avis. — 3. *Probus* (Cremna in Lycia obsessa). — 4. *Carini* indoles. — 5. *Diocletianus* fines imperii R. muris copiisque firmat. — 6. Jovii et Herculii, legionum nomina. — 7. Ablabius, præfectus prætorio, a *Constantio* supplicio afficitur (337). — 8. LIBRI SECUNDI proœmium. — CONSTANTIUS ET JULIANUS CÆSAR : 8 a. Constantius in Galliam ablegans Julianum Cæsarem, legatos rerumque omnium administratores ei addit Marcellum et Salustium (355). — 9. Julianus Germanos ad Argentoratum prælio fundit (357). — 10. Julianus contra Chamavos proficiscens Saliis parcere jubet (358). — 11. Chariettonem, latronem Gallum, socium sibi adjungit contra Quados. — 12. Pacem Chamavis petentibus concedit, obside retento filio regis captivo (358). — 13. Badomarius, Germanorum princeps, captivos Romanos Juliano restituere recusat (359). — 14. Constantii in Julianum invidia et insidiæ. Cyllenius quidam, qui Juliani res contra Alemannos gestas scripserat, ut veritatis parum studiosus ab ipso Cæsare redarguitur. — JULIANUS IMPERATOR : 15. Eunapius rhetor, legatus Lydorum, benigne ab imperatore excipitur (361). — 16. Juliani in judiciis exercendis æquitas. — 17. Salustius aulæ præfectus. Julianus Marcellum in honore habuit, etsi filium ejus conjurationis reum supplicio affecerit (362). — 18. Heraclium cynicum scripta oratione Julianus refutavit. — 19-22. Juliani expeditio Persica. Julianus Scytharum incursiones animo præ sagit. Ctesiphontis obsidio. — 23. Post mortem Juliani super creando principe consultatio. (Subjungitur στυλιτευτικὸς κατὰ Εὐναπίου.) — 24. Loci e laudatione Juliani petiti : Juliani ad Oribasium medicum vox; Solis adoratio. — 25. Libanium in deliciis habebat Julianus; in Proæresium infestior erat. — 26. 27. Oracula Juliano data. — 28. *E novi libri proœmio*. Ad suæ ipsius res ætatis describendas accedens auctor se veritatis studiosissimum fore pollicetur. — JOVIANUS, VALENS ET VALENTINIANUS (363-378) : 29. Valentinianus Nicææ in Bithynia imperator proclamatur (364). — 30. Salustius, præfectus prætorio, homo integerrimus, a numere suo removetur. Valentinianus Rhodanum vel Chrysaphium archieunuchum judicio con-

demnatum cremari jubet. — 31. 32. Procopii rebellio (365). — 33. Arbitrio Valentem Procopii ceptis territum ac fluctuantem erigit ac confirmat (365). — 34. Parum absuit quin prælio ad Thyatira commisso imperatoris copiæ ab Hormisda, Procopii duce, cladem acciperent (366). — 35. Supplicia de consociis Procopii sumpta. — 36. Ælianus, Valentis dux; ejus indoles. — 37. Belli Gothici sub Valente initia (366). — 38. Theodori in Valentem conjuratio (374). — 39. Festus, in Asia proconsul, summa crudelitate sævit in eos qui Theodoreæ conjurationis participes fuisse, artesque magicas exercere videbantur. Periit Maximus philosophus et Cœranus (374). — 40. Perierunt item Simonides, Patricius et Hilarus. — 41. De origine Hunnorum, quorum impetu pulsi Gothi in Romanorum ditionem, trajecto Istro, confugerunt (376). — 42. 43. Gothi in fines Romanos admissi jussu Valentis, ruptis fœderibus Thraciam late vastant. — 44. Marciani virtus. — 45. Musonii, Asiæ proconsulis, qui in bello Isaurico cecidit (368), laudatio. — 46. Valens bellum contra Gothos parat (378). — 47. Sebastianum ex Italia advocat, virum probum strenuumque, cui bellum istud gerendum committat. — THEODOSIUS. 48 : Theodosii luxuria. — 49. Infelix rerum publicarum sub Theodosio status. — 50. Nicopolitani in Thracia, qui Gothis se dederant, irrident reliquas Thraciæ civitates spe auxilii resistentes. — 51. Modares, militum dux, strategemate usus Gothos in Thracia clade afficit (379). — 52. Julius, in Asia dux, senatum Constantinopolitanum de consiliis Gothorum, per Orientis urbes dispersorum, clanculum certiores facit (380). — 53. Arbogastis Franci, quem una cum Baudone Gratianus Theodosio contra Gothos auxilio misit (381), mores et ingenium. — 54. Morbus intestinorum per plures urbes homines corripuit. Quæ calamitas comparatur cum alia quæ, Neronis temporibus, urbis, nescio cujus, incolis accidit. — 55. Gothi in Romanorum imperium trajicientes Christianam fidem simulabant, ut fallerent imperatores Christianos. — 56. Magnum asinorum sub Theodosio pretium. — 57. De Gratiani indole (383). — 58. Maximi bellum cum Barbaris, qui in paludes Macedoniæ se receperant (388). De dissoluto imperii statu. — 59. Tatianus ejusque filius Proculus (præfectus ille prætorianus, hic urbanus) Rufini fraude circumventi (392). — 60. Conjuratio principum Gothorum à Fravitha suppressa (392). — 61. Theodosius paullo post mortem Gallæ uxoris in bellum contra Eugenium proficiscitur. — ARCADIVS ET HONORIUS : 62. Arcadius et Honorius Theodosio

patri succedunt (395); at rerum omnium potestas erat penes tutores eorum Rufinum et Stelichonem, mutuis illos se inimicitii lacessentes. — 63.64. Rufini indoles. — 65. Alarichus per Thermopylas in Græciam irrupit. Mors Prisci, Proterii, Hilarii (395. 396). — 66-69. De Eutropii eunuchi indole. — 70. De Timasii, militum præfecti, moribus. — 71. Bargus, homo nequam, in bene de ipso meritis ingratus, machinis Eutropii circumventus poenas dat (396). — 72. Eutropius Timasium et Abundantium, virum consularem, in exilium ejicit (396). — 73. De auctoris in scribenda historia studio veritatis. De malis quibusdam scriptoribus querelæ (E novi libri proœmio). — 74. Nuntios de rebus occidentalibus Eutropii temporibus valde incertos fuisse. — 75. Asiæ minoris provincias immanem in modum diripuit Tribigildus, in Phrygia militum dux; hunc clanculum adjuvat Gainas. Uterque hoc agebat, ut Eutropium, tamquam omnium istorum malorum auctorem, in invidiam inducerent, potestatemque ejus everterent (399). — 76. Leo, militum dux contra Tribigildum, in Asiam mittitur; homo brutus, at familiaris Eutropii. — 77. Subermachius dux Eutropio deditissimus; ejus origo moresque. — 78. Persæ cujusdam de victoriis Romanorum derisio. — 79. De rebellione Gainæ (400). — 80. Fravitha dux contra Gainam emittitur. Ejus indoles. — 81. Fravithæ naves Liburnicæ. — 82. Fravitha ad Chersonesum Gainam vincit; quod victum non sit persecutus a multis ei crimini vertitur. Constantinopolim reduci Arcadius dignitatem consularem defert (401). — 83. Hieracis Alexandrini mores. — 84. Arbasacii ducis, qui contra Isauros bellum gessit (404), mores dissoluti. — 85. Mors Fravithæ. Johannes dux creatur. — 86. Bellum Isauricum. Hieracis rapacitas. Hierax ab Herenniano correptus pecunia se redimit (404). — 87. His temporibus, sicuti etiam deinceps sub Pulcheriæ administratione,

præfecturæ gentesque venales erant. Quas qui emerat pro lubitu diripiebat. Sic Hierax, quem accipitrem quasi aquila oppressit Herennianus. — 88. Stelichonis rapacitas.

ΙΣΤΟΡΙΑ Η ΜΕΤΑ ΔΕΞΙΠΠΟΝ.

ΝΕΑ ΕΚΔΟΣΙΣ.

E LIBRO PRIMO.

1.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Exc. De sentent. p. 247-253 Mai. : Δεξιππῶ τῷ Ἀθηναίῳ κατὰ τοὺς Ἀθήνησιν ἄρχοντας, ἅρ' οὗ παρὰ Ἀθηναίους ἄρχοντες, ἱστορία συγγέγραπται, προσαριθμουμένων τῶν Ῥωμαϊκῶν ὑπάτων, καὶ πρό γε αὐτῶν τῶν ὑπάτων καὶ ἀρχόντων ἀρξαμένης τῆς γραφῆς. Τὸ δὲ ἐν κεφάλαιον τῆς ἱστορίας τὰ μὲν ἀνωτέρω καὶ ὅσα τὸ ποιητικὸν νέμεται γένος, ἐρεῖναι καὶ ἐπιτρέψαι τῷ πιθανῷ καὶ μᾶλλον ἀναπειθοντι τὸν ἐντυγχάνοντα, τὰ δὲ προϊόντα καὶ ἐπὶ πλεόν μαρτυρούμενα συνενεγκεῖν καὶ κατακλείσαι πρὸς ἱστορικὴν ἀκρίθειαν καὶ κρίσιν ἀληθεστέραν. Βιάζεται γοῦν καὶ συναριθμεῖται τὸν χρόνον εἰς τε τὰς Ὀλυμπιάδας περιγράφων καὶ τοὺς ἐντὸς ἐκάστης Ὀλυμπιάδος ἄρχοντας. Πρόθυρα δὲ κάλλους ἀνάμυστα προθεῖς τῆς συγγραφῆς καὶ προϊῶν, τὰ τε ἔνδον ἐπιδείξας σεμνότερα, τὸ μὲν μυθῶδες καὶ λίαν ἀρχαῖον ἀφαιρεῖ, καὶ ἀφίησιν ὥσπερ φάρμακον παλαιὸν καὶ ἀδόκιμον εἰς τοὺς συνθεθεικότας· Αἰγυπτίους δὲ χρόνους ἀναλεγόμενος καὶ συνωθούμενος ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ τελεώτερα (παλαιότερα? Bekk.) τῶν παρ' ἐκάστοις ἀρχῶν, τοὺς ἡγεμόνας καὶ πατέρας τῆς ἱστορίας ἐκτίθησιν, ἐνδύλους ὦν καὶ σχεδόν τι μαρτυρούμενος, ὅτι τῶν ἀπιστουμένων ἑκάστον ἕτερος προλαβὼν εἴρηκεν. Καὶ περιφέρει γε τὴν ἱστορίαν ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν τῶν ταῦτα

HISTORIA

QUA DEXIPPUM AUCTOR CONTINUAVIT.

EDITIO ALTERA.

1.

PROOEMIUM.

Dexippus Atheniensis juxta annuorum principum, qui Athenis fuerunt, fastos, inde a tempore, quo archontes apud Athenienses esse coeperunt, historiam composuit, Romanis quoque consulibus ex ordine adscriptis. Sed enim quoniam ante consules ipsos atque archontas scriptum exordiat, id sibi proposuit historicus, ut antiqua nimis et quæ a poetarum gente traduntur, ea singula probabilitati suæ

permittat, et prout cuique lectori videbitur, esse sinat: posteriora autem et quæ testimoniis magis abundant, ea conferat ad historicam severitatem, et sub verioris criticæ regulas redigat. Cogit igitur digeritque tempus, juxta Olympiadum seriem id scribens, juxtaque occurrentes in unaquaque Olympiade archontas. Jam pulcherrimo historiæ suæ proœmio præposito, pergit porro; et ipsum scripturæ corpus venustius adhuc ostendens, fabulosa quidem et prisca nimis resecat, atque apud horum auctores, tanquam pharmacum vietum et reprobatum, otiosa esse sinit: Ægyptiaca vero tempora supputans atque ad antiquiores purioresque, qui sunt apud quamque gentem, fontes revocans, principes patresque historiæ in medium profert; plane demonstrans ac propemodum testimoniis comprobans, unumquodque ex his incertioribus alium ex alio historico fuisse mutuatum.

εἰρηκτόων ὡσπερ βωπόν τι καὶ ποικίλον καὶ χρήσιμον εἰς ἐν μυροπόλιον τὴν ἰδίαν ἐξήγησιν κατακεκλεισμένην καὶ συνηγμένην. Πάντα δέ, ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν πάντων ἀνθρώπων ἀξιολόγα καὶ κατ' ἀνδρα δι' ἀρετὴν περιττοῦ τινος ὀνόματος τετυχηκότα, λάβρως ἐπιδραμῶν καὶ διαθέμενος τῷ λόγῳ, τελευτῶν εἰς Κλαύδιον καταλύει τὴν συγγραφὴν, καὶ Κλαυδίου τῆς βασιλείας ἔτος τὸ πρῶτον, ἐς δὲ καὶ τῆς βασιλείας ἤρχετο καὶ ἐτελεύτα, ἐνικυτὸν ἄρξας Ῥωμαίοις ἐναοὶ δὲ καὶ ἕτερον αὐτῷ χαρίζονται. Εἴτα Ὀλυμπιάδας καταλογίζεται τόσας καὶ τόσας καὶ ὑπάτους καὶ ἄρχοντας ἐπὶ ταύταις, τὴν χιλιάδα τῶν ἐτῶν ὑποβαλὼν, ὡσπερ ἀγωνιῶν, εἰ μὴ πολλῶν λίαν ἐτῶν ἀποδοίῃ λόγον τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ἐγὼ δὲ δ τοῦτο τὸ ἔργον εἰς νοῦν βαλόμενος, ὑπ' αὐτοῦ Δεξιππου ταῦτα ἔχων ἐκδιδάσκεισθαι καὶ συλλαμβάνειν, ὅσος καὶ ἡλικὸς ὁ κίνδυνος κατὰ τὸν ἐνικυτὸν ἕκαστον ἱστορίαν γράφειν, καὶ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὁμολογεῖν, ὅτι ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀληθὴ κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ τῷ μὲν οὕτως, τῷ δὲ ἐτέρως ἔδοξε, καὶ περιφανῶς ἑαυτοῦ κατηγορεῖν, ὡσπερ ἐκεῖνος, ὅτι χρονικὴν ἱστορίαν γράφων πλανωμένην τινὰ καὶ μεστὴν τῶν ἀντιλεγόντων, ὡσπερ ἀπρόεδρον ἐκκλησίαν, ἐκτίθησι τὴν γραφὴν, ὅξως δὲ καὶ τῆς Βοιωτίας ἀκούων παροιμίας, ὅτι οὕτως αὐλεῖν οὐκ ἐπρέπει, κακείνα προσελογιζομένην, ὅτι τέλος ἱστορίας καὶ σκοπὸς ἀριστος τὰ πραχθέντα ὅτι μάλιστα δῖχα τινὸς πάθος εἰς τὸ ἀληθὲς ἀναφέροντα γράφειν, οἱ δὲ ἀκριβεῖς λογισμοὶ τῶν χρόνων, ὡσπερ ἀλλητοὶ μάρτυρες, αὐτομάτως ἐπείσιόντες, ἐς ταῦτα ὠφελοῦσιν οὐδέν.

Τί γὰρ Σωκράτει πρὸς σοφίαν καὶ Θεμιστοκλεῖ πρὸς δεινότητα συντελεῖται παρὰ τῶν χρόνων; ποῦ δὲ ἐκεῖνοι καλοὶ κάγαθοι διὰ θέρος ἦσαν; ποῦ δὲ τὰς ἀρετὰς ἐφ' ἑαυτῶν, καθάπερ τὰ φύλλα, πρὸς τὴν ὥραν τοῦ ἔτους αὐξανόμενας καὶ ἀπορρεούσας παρείχοντο; Ἀλλ' ἴσως ἕκαστος αὐτῶν τὸ γοῦν ἐς φύσιν καὶ δύνανται ἀγαθὸν διαρκῶς καὶ συνεχῶς ἐν ταῖς ἐνεργείαις ἀπεδίδου καὶ διέσωζεν. Τίς οὖν λόγος πρὸς ἱστορίας τέλος εἰδέναι καὶ γινώσκειν, ὅτι τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν ἐνίκων οἱ Ἕλληνες κυνὸς ἐπιτελλόντος; τί δ' ὄφελος ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἰς ὠφέλειαν ἱστορικῆς χρείας, εἰ κατὰ ταύτην ἐτέχθη τὴν ἡμέραν ὁ δέσιν, καὶ μελοποιὸς ἀνέσχευεν ἡ τραγῳδὸς ἀριστος; Εἰ γὰρ ἔσχατος ὁρος τῶν περὶ τὴν ἱστορίαν καλῶν τὸ πολλῶν καὶ ἀπείρων πραγμάτων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ διὰ βραχείας ἀναγνώσεως πεῖραν λαβεῖν, καὶ γενέσθαι γέροντας ἐπὶ νέους ὄντας δι' ἐπιστήμην τῶν προγεγονότων, ὥστε, τίνα μὲν φευκτέον, τίνα δὲ αἰρετέον, εἰδέναι, τούναντιον ἐμοί γε δοκοῦσι πυνεῖν οἱ περιττοὶ καὶ ἀπηρητημένοι ἐπεισοδίοις ὡσπερ ξενικοῖς ἡδύσμασι τὸ τῆς ἱστορίας ἐδώδιμον καὶ χρήσιμον ἀνατρέποντες καὶ διαφθείροντες ἄλμυρῷ λόγῳ πότιμον ἀκοήν. Κωλύει μὲν γὰρ ἴσως οὐδὲν καὶ περιττόν τι μαθεῖν, ἄλλως τε, ὥς φησιν αὐτὸς Δεξιππος, τῶν μὲν χρονικῶν ἢ πάντων ἢ τῶν πλείστων διαπεφωνημένων, τῶν δὲ ὑπερῶν καὶ φανερῶν πράξεων συμπεφωνημένων. Τίς γὰρ οὕτω περιβόητος ἄπασιν ὅσοι λόγων ἔβαντο καὶ κατέλιπον λόγους, ὥς Λυκοῦργος Λακεδαιμόνιος; ἐς δὲ καὶ ἡ τοῦ θεοῦ μαρτυρία διὰ στόματος ἄπασι θεὸν ἄντικρυς ἀνα-

Ipsae autem e multis atque omnigenis, qui de his rebus scriperunt, historiae conficit; cinnum veluti varium et per bonum ad unicam pigmentarii officinam, ad suam videlicet narrationem, cogens atque cumulans. Omnia vero, quae sive generatim inter homines illustria, sive singillatim ob alicujus virtutem praestante fama inclaruerunt, celeriter percurrere atque in suam lucubrationem adsumens, finem historiae facit in Claudii anno primo, quo is regnum et auspatus est et finivit, anno uno Romanis imperitans; quamquam nonnulli duos huic imperii annos largiuntur. Deinde Olympiadas supputat planeque adnumerat cum consulibus et cum archontibus: atque ex Olympiadibus annorum miliarium conficit; quasi laboriose aestuans, nisi permultorum annorum lectoribus suis rationem reddiderit. Ego vero, qui de hoc opere lucubrando consilium cepi, ab ipso quidem Dexippo discere potui atque cognoscere, quale quantumque periculum sit per annos singulos historiam deducere, ac porro lectoribus confiteri, hoc et illud secundum temporum rationem non vere esse dictum, sed aliis aliter visum: atque ita se ipsum perspicue coarguere, ut reapse Dexippus acciderit, quod historiae chronicæ quivis auctor fallacem quandam et plenam repugnantiarum, seu chororum ex legem, edit scriptionem: Bæoticum quoque proverbium mox auditurus, quod sic tibi sonare non decet. Denique et illud mecum reputavi, finem historiae scopumque optimum esse, ut res gestæ, duce omnino veritate, absque ullo affectu scribantur: accuratos vero temporum calculos, si veluti testes

non invocati adsint, prædictæ rei nihil prodesse. Nam quid Socrati ad sapientiam vel Themistocli ad ingenii sollertiam conferunt tempora? num hi per æstatis tempestatem bonos se probosque viros præbebant? num suas virtutes, tanquam folia pro anni tempore, crescentes deluentesque exhibebant? Atqui horum, opinor, uterque quidquid vel naturæ conditione vel ingenii cultu exquisitum erat, id perseveranter atque perpetuo præ se ferebat actibus suis atque servabat. Quid igitur prodest historiae proposito scire ac cognoscere, Græcos navali prelio ad Salaminem vicisse ex oriente canicula? Quid rursus confert lectoribus ad utilitatem ex historia capiendam, quod ille tali die natus sit, qui deinde melicus vel tragicus poeta evasit optimus? Etenim si summum historiae bonum in eo vertitur, ut multarum ac pæne innumerabilium rerum præclare gestarum brevi tempore modicaque lectione peritiam nanciscamur, flamusque senes dum juventute floremus, ob præteritarum rerum scientiam, ita ut, quid fugiendum sit quidve appellendum, sciamus: contrarium mihi facere videntur qui supervacaneis et assutis episodiis, tanquam peregrinis condimentis, bonum historiae pabulum adulterant, delicatamque auditum amaro sermone violant. Nisi forte inania etiam discere animus fert. Præsertim quum chronici scriptores, ut ait ipse Dexippus, vel omnes vel certe plurimi invicem dissideant in rebus illustribus ac manifestis, quas per se ipsas in controversiam nemo revocat aut diffidetur. Nam quis apud historiae peritos vel conditores Lacedæmonio Lycurgo ce-

καλοῦντος ἐπὶ τῷ θεῖναι τοὺς νόμους. Τίς δὲ τῶν ταῦτα εἰργχότων ἐτέρῳ συμφέρεται περὶ τῶν ἡνίκα ἐτίθει τοὺς νόμους χρόνῳ; ἀλλὰ πάντες, ὥσπερ οἰκίαν ἢ σῦλον δοκιμάζοντες ἢ τι τῶν ὁμοίων, ὅτι μὲν ἔστι καὶ γέγονε, συντίθενται καὶ κατανεύουσι, περὶ δὲ τοῦ πότε [ἀπορία suppl. Nieb.] παντοδαπῇ ἐμπεπλήκασιν τὰ βιβλία. Ὅποτε καὶ Θουκυδίδης ὁ πάντων ἀκριβέστατος τὸν μέγαν καὶ πολυῦμνητον ἐκείνον πόλεμον ἀρχὴν τινα καὶ προφάσεις φησὶ λαβεῖν πρὸς δευτέραν κίνησιν ἐκ διαφορᾶς ἡμερῶν, ἣ περὶ πόλεων ἀλώσεως αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ οὐδὲ αὐτοὺς ἔχει διαιτᾶν σαφῶς καὶ ἀκριβῶς, τίνες ἐπεκάλουν δικαιοτέρον, ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἡμέρας ἐλθὼν ὑποδηλοῖ καὶ παραδείκνυσιν, ὅτι κενὴ τίς που καὶ ἀρχεῖος ἢ περὶ τοὺς χρόνους διατριβὴ καὶ σχολή.

Τοιαῦτά τινα καὶ πλείω ἕτερα πρὸς ἑαυτὸν ἐκκλησιάσας καὶ βουλευσάμενος, καὶ τοῖς ἐς τὰ χρονικά σπεύδουσιν καὶ ἀνεστηκόσιν ὁμοῖά τινα παρεγγυῶν, ὡς ἢ περὶ τὰς ὥρας καὶ ἡμέρας ἀκρίβεια πλουσίῳ οἰκονομῶν τισὶ καὶ λογισταῖς πρέπει, καὶ νῆ Δία γε τοῖς ἐς τὰ οὐράνια κεχρησίοι, καὶ ὅσοι πρὸς ἀριθμῷ φανερώς κάθηται, αὐτὸς δὲ προαγορεύων πόρρωθεν τοῖς ἐντυχάνουσιν, ὅτι πιστεύσας ἑμαυτῷ δύνασθαι γράφειν γεγονότα τε καὶ γινόμενα, πρὸς τὸδε τὸ ἔργον ὄρμησα, τὸ μὲν κατ' ἐνιαυτὸν καὶ καθ' ἡμέραν ὥσπερ ἀπροσδιόυσιν τινα βῆσιν παραιτησάμενος, τὸ δὲ κατὰ χρόνους, οἱ τοῖς βασιλεῦσι περιγράφονται, κρίνας ἀληθέστερον. Ἀναγνώσεται γοῦν τις, ὅτι ταῦτα ἐπὶ τοῦδε τοῦ βασιλέως ἢ τοῦδ' ἐπράττετο καθ' ὃν δὲ ἐνιαυτὸν καὶ ἡμέραν, ἕτερος ἐς τὴν ἀπάτην χορεύεται † τις. Ἐγὼ δὲ καὶ [χατὰ? Nieb.] τὸ πιστεύειν ἑμαυτῷ γράφω, ἀνδράσιν ἐπόμενος, οἱ τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου μακρῷ προεῖχον κατὰ παιδείαν, καὶ διατεταμένως ἐνήγον μὴ σιωπᾶν τὰ κοινὰ

τῶν ἔργων, καὶ ὅσα δ' καθ' ἡμᾶς ἔφερε χρόνος, καὶ τὰ πρὸ ἡμῶν μετὰ τὴν Δεξιπποῦ γραφὴν οὕτω λόγου τε καὶ ἱστορίας ἐμφανῶς τετυχηκότα. Ἐγίνετο δὲ ἐκείνοις τε καὶ μοι κοινὸν τὸ ἔργον τὸδε, καὶ πάντα γε ἐς τὸν Ἰουλιανὸν ἀναφέρειν ἐδόκει, ὃς ἐβασίλευσε μὲν ἐφ' ἡμῶν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον αὐτὸν ὥσπερ τινὰ θεὸν προσεκύνοιν ἅπαντες. Λόγου δὲ τῷ ἄξιον καὶ καλῶς ἔχειν ἐδόκει, καθάπερ τοῖς ἐνεκεν ἐρωμένης. νοῦσι ποιηταῖς οἱ γενομένοις ἀρίστοις· οὕτω καὶ ἡμῖν ἀρχὴν τινα καὶ γένεσιν προθεμενοῖς τὴν . . . παρόντα καὶ . . . τῶν προ . . . ἐδόκει . . . φῆν . . . κόντων χρόνων . . . μένον καὶ . . . ψυχῆς ἀναφέρουσι . . . τὸ εἰδῶλον . . . δεῖν . . . ἐν ἀλλοτρίοις.

Ὅτι ἐξουσία ἐστὶ . . . πονηρᾶς . . . ὑπὸ λόγου . . . παρακινεῖ καὶ . . . χρόνον . . . χρηματίζει . . . ἀρχὰς . . . γὰρ μήποτε . . . οὕτω δὲ τι . . .

[2. ΑΥΦΛΙΑΝΟΣ.]

[Suidas : Σελευκίς· ὀρνέον ἐστὶ εὐπεπτον καὶ ἀχόρεστον καὶ πανοῦργον καὶ τὰς ἀκρίδας χανδὸν λαφύσσον. « Hæc verba credo Suidam hausisse ex Eunapio, quod Zosimus I, 57, 6, in ea parte Historiæ quam e Nostro sumpsit, Σελευκιάδας memoret, αἱ ταῖς ἀκρίσι συμπερίπτανται καὶ τοῖς στόμασι ταύτας δέχονται. » Boissonadours. Zosimus ista intexit narrationi de Aureliani in Palmyrenos expeditione.]

3. (ΠΡΟΒΟΣ.)

Suidas : Κατακαίνειν· ἀναιρεῖν, φονεύειν. « Ὁ δὲ τοξότης ἡφίει βέλος, εὐστοχος ὢν τοσοῦτους κατακαίνειν, ὅσα ἡφίει βέλη. » Εὐνάπιος φησιν.

« Hoc fragmentum pertinet ad illam Historiæ

lebrior est? de quo dei testimonium in ore omnium versatur, diserte deum vocitantis ob ferendarum legum sapientiam. Quotusquisque vero ex his, qui de ea re scripserunt, consentit cum alio homine de temporibus quibus ille leges scripserit? Nimirum id omnes, tanquam de domo vel columna vel re simili agatur, quod quidem ille sit et exstiterit, concedunt et annuunt; de tempore autem quo exstiterit, variis dubitationibus implent volumina. Et quidem ipse Thucydides (IV, 122), quo nemo fuit diligentior, magnum illud et famigeratum bellum renovati ardoris initium occasionem cepisse ait ex dierum controversia, quæ de captis oppidis inter illos oriebatur. Neque tamen ipse satis aperte accurateque definit, utri justius questi sint: mox quum ad dierum supputationem ventum est, significat atque demonstrat, vanam esse propemodum atque inutilem istam circa temporum notationem sedulitatem.

Hæc et alia plura mecum ipse animo collegi ac reputavi; et ceteris etiam, qui ad annales scribendos studium impendunt, admonendi causa suggesti; quod videlicet circa anni tempestates diesque sedulitas villicis divitum ac rationarios deceat, atque eos hercle, qui clementia scrutantur, et calculi artem diserte profitentur. Ego vero hoc lectoribus meis affirmo, me non sine fiducia vires ad res præciteras

ac præsentis scribendas mihi suffecturas, hoc opus aggressum esse, ita quidem, ut minutam sive anni sive diei rationem, ceu quid importunum, negligam; verum tempora intra quæ reges singuli versati sint, expendam accuratius. Lector igitur apud me inveniet hæc vel illa sub hoc vel illo rege evenisse; verumtamen rei gestæ annum et diem alius quivis præstigator dicat. Ego vero pro hac mei fiducia scribere incipio exemplum secutus hominum, qui hanc nostram ætatem eruditione sua valde superaverunt: enixeque mihi proposui, quominus nihil publicarum rerum tacerem, sive quas nostra ætas vidit, sive superiores, quotquot post historiam Dexippi nondum litteris vel publicis commentariis commendatæ fuerunt. Quare commune cum illis historicis negotium suscepimus. — Et nobis quidem omnia ad Julianum referenda videbantur, qui memoria nostra regnavit et numinis instar ab universis hominibus cultus est...

2.

Seleucus avis, quæ cibos facile concoquit et insatiabilis et astuta, et locustas avide devorans.

3.

Eunapius : « Sagittarius autem sagittam emisit, quum esset jaculandi peritus, adeo ut tot homines interficeret, quot sagittas emitteret. »

partem qua Eunapius narrabat Palmyram ab Aureliano, vel Cremnam a Probi militibus obsessam. Rem illustrat Zosimus I, 54, 7 et 70, 1. Crediderim Eunapiana hæc esse referenda ad Cremnæ obsidionem; nam Zosimus, loco posterius citato, Nostri verba ante oculos habuisse videtur: Συνῆν τις ἀνὴρ αὐτῷ (Lydio in Cremna obsesso) μηχανάς τε κατασκευάζειν εἰδὺς, καὶ ἐκ μηχανῶν εὐστόχως ἀφίεναι βέλη δυνάμενος· ὅστε δσάκις ἐνεκελεύσατο ὁ Λύδιος αὐτῷ κατὰ τινος τῶν πολεμίων ἀφίεναι βέλος, μὴ διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ. » BOISSONADIUS.

4. ΚΑΡΙΝΟΣ.

Suidas: Καρίνος, Κάρου τοῦ βασιλέως υἱός, γένόμενος ἐν ἐξουσίᾳ καὶ βουλῆσεως κύριος, ἀνέδραμε τηλικούτον κακὸν ἐς τυραννίδα, [ὥστε ἀπέδειξε χρυσὸν τὴν τραγωδουμένην τυραννίδα·] οὕτω καὶ τούνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρήλθε. Παίδων μὲν γὰρ εἴ γεγονότων ὕβρεις, διὰ τὸ σύνθηες, οὐδὲ ὕβρεις ἐνομήσθησαν, ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ καὶ πρόχειρον τὸ τὰ τοιαῦτα ἀμαρτάνειν· ὁ δὲ ἐγκλήματά τε ἀνέπлатτε καὶ ἐδίκασε τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ τῶν δικαζομένων οὐδείς ἐσώζετο· ὅπου γε πολλῆς οὔσης καὶ ἀδιηγῆτου τῆς φθορᾶς, παραηλίσκοντό τινες τῶν εὐδαιμόνων, ὥσπερ ἐν κοινοῖς δαίπνοις ἀλεκτορίζες, ἐς τὴν Καρίνου τρυφήν. Μεμῆσθαι δὲ τῶν κατακοπτομένων ἔρασκε, τῶν μὲν ὡς οὐκ ἐπῆνεσαν αὐτοῦ τὸ κάλλος, τῶν δὲ ὅτι λέγοντα, ὅτε ἦν μεираκίον, οὐκ ἐθαύμασαν, ὡς ἐβούλετο· ἀπώλλυντο δὲ τινες καὶ γελᾶσαντες ἐναντίον αὐτοῦ ποτε. Καὶ πάντα ἦν αὐτοῦ βαρύτερα διοσημίας, καὶ ἐλύττα ἐν μέσοις τοῖς ὑπηκόοις.

Hæc esse Eunapii patet e Suida vv. Διοσημία, Ἐγκύκλιον, Μακρῷ, Ὑβρις, ubi particulæ hujus loci afferuntur, nominato auctore. Fortasse huc pertinet etiam Suidas v. Ἀτάσθαλα (vid. fr. 89). Ceterum quum ap. Suidam proxime antecedant hæc: Καρικὸν οὖμα· ἐπὶ τῶν ἄσαρα καὶ ἄβρωτα μέλη θυόντων· οἱ γὰρ Κᾶρες χύνα θυοῦσιν. Εὐνάπιος: probabiliter Küsterus statuit Eunapii mentionem non suo esse loco factam, sed ad ea quæ de Carino sequuntur pertinere. Inclusa e Suida v. Μα-

κρῷ suppleta sunt. De re cf. Vopiscus in Carino c. 16.

[5. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΣ.]

[Suidas v. Ἐσχατιά: « Ὁ Διοκλητιανὸς λόγον ποιούμενος τῶν πραγμάτων ᾤθη δεῖν καὶ δυνάμεσιν ἀρκούσαις ἐκάστην ἐσχατιὰν ὀχυρῶσαι, καὶ φρούρια ποιῆσαι. » Eunapio hæc vindicanda probabiliter censet Reitemeyer. ad Zosimum II, 34, 2, ubi: Τῆς γὰρ Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀπανταχοῦ τῶν ἐσχατιῶν τῇ Διοκλητιανοῦ προνοίᾳ, κατὰ τὸν εἰρημένον ἤδη μοι (sc. in libri I parte nunc deperdita) τρόπον, πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης, κτλ. Ex ipso Zosimo Suidiana fluxisse putavit Valesius ad Amnian. Marcell. XXIII, 5, 2, p. 256.]

[6.]

[Idem: Ἰόθειοι καὶ Ἐρκούλειοι, ὀνόματα τάξεων. Τάγματα γὰρ τινὰ δαίμοσιν (δαίμονος ed. Bernh.) ἐπώνυμα. Ἰόθεις γὰρ παρὰ Ἱταλοῖς ὁ Ζεὺς, Ἐρκούλιος δὲ ὁ Ἡρακλῆς. Eunapium de his narrasse ex eo quæ hausisse lexicographum suspicatur Boissonadius, collato Zosimo III, 30, 4: Ἐτετάχато δὲ ἐν τούτῳ Ἰοδιανοὶ καὶ Ἐρκουλιανοὶ. Ταγμάτων δὲ ταῦτα ὀνόματα, παρὰ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ καταστάνα, φερόντων τὰς τούτων ἐπωνυμίας· ὁ μὲν γὰρ Διὸς, ὁ δὲ Ἡρακλέους ἐπώνυμον εἶχε. Et lib. II, 42, 3: Ἰοδιανῶν καὶ Ἐρκουλιανῶν τάγματα δὲ ταῦτα (δαίμοσιν supplendum censet Boiss.) ἐπώνυμα. Ceterum cf. Valesius in Amnian. XXV, 6, 2, et Schwarzium in Mamertini Paneg. p. 93.]

7. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ.

Eunapius Vit. Aedesi p. 25 ed. Boiss.: Κωνσταντίνος μὲν οὖν καὶ Ἀβλαβίον τιμῶν ἐκολάζετο, καὶ ὅπως γε ἐτελεύτα ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται. Ἀβλαβίῳ δὲ τὸν παῖδα κατέλιπε Κωνσταντίνον, συμβασιλεύσαντα μὲν αὐτῷ, διαδεξάμενον δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ πατρὸς σὺν Κωνσταντίνῳ καὶ Κώνσταντι τοῖς

4.

Carinus, Cari regis filius, adeptus potestatem arbitratu suo quidvis agendi, tantus tyrannus evasit, ut tyrannorum sævitiam a tragicis poetis celebratam aurum esse ostenderet: adco vel nomen ipsum factis longe superavit. Nam pueris quidem nobilibus injuriæ per contumeliam illatæ, propter consuetudinem, ne injuriæ quidem existimabantur, sed hujusmodi peccata erant ipsi familiaria et quotidiana. Idem etiam crimina comminiscabatur, et jus dicebat illis, qui læsi essent, neque ullus eorum, qui in judicio litigabant, incolumis evadebat: quum præsertim inter multas et ineffabiles cædes quidam ex opulentioribus velut in communibus epulis gallinæ, animi et voluptatis gratia a Carino consumerentur. Horum alios ideo casos

dicebat, quod suam formam non laudassent, alios, quod se declamantem, dum adhuc esset adolescens, non admirati fuissent, ut voluisset; peribant etiam nonnulli, quod coram ipso risissent. Omnino cuncta ejus facta prodigiis et ostentis erant graviora, et in mediis populis, ejus imperio subiectis, rabie grassabatur.

[5.]

Diocletianus reipublicæ rationem diligenter iniens idoneo copiarum numero limites imperii tutandos et castella exstruenda curavit.

[6.]

[Jovii et Herculi, nomina legionum. Sunt enim quædam legiones a diis sic denominatæ. Jovis enim apud Italos est qui græce Zeus, et Hercules qui Heracles vocatur.]

ἀδελφοῖς. Ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὸν θειότατον Ἰουλιανὸν ἀκριβέστερον ταῦτα εἴρηται.

Ablabius, præfectus prætorio, invidia ductus in Sopatrum favore apud Constantinum maxime pollentem, machinis suis effecit, ut æmulus capitali crimine circumventus jussu Constantini trucidaretur. Fuse rem exponit Eunapius l. 1. p. 24. Ipse Ablabius deinde a Constantio (337 p. C.) supplicio affectus est. Zosimus II, 40 : Ἀνηρέθη δὲ τότε Ἀδλάβιος ὁ τῆς αὐλῆς ὑπαρχος, τῆς Δίκης ἀξίαν αὐτῷ ποιῶν ἐπιδείσης, ἀνθ' ὧν ἐβούλεuse θάνατον Σωπάτρῳ τῷ φιλοσόφῳ, φθόνῳ τῆς Κωνσταντίνου πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος. De mortis genere vide Eunapium l. 1. p. 25 sq.

7 a. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ.

Exc. De sent. p. 253 : ἀλλ' ἡ μὲν παροιμία φησὶ τὸ θέρος ἐπὶ τῇ καλᾷ μετρίᾳ εἶναι τότε δὲ ὁ Κωνσταντῖος ἐδίδεκεν τοῦ πατρὸς ὧν.

Ὅτι κατὰ τὸν Ἰουλιανὸν τὸν Καίσαρα δοκοῦν τῷ αὐτῷ Κωνσταντίῳ βεβουλεύεσθαι καλῶς, ὁ χρόνος τὴν πείραν ἐς τὸ ἐναντίον ἐστρεφεν, ταῖς τοῦ Καίσαρος ἀρεταῖς συνενδοσυστάς ἤδη τῆς τύχης, καὶ σχεδὸν ἐκείνης ἡμέρας ξένα καὶ ποικίλα φερούσης τῷ βασιλεῖ διηγήματα· ἐφ' οἷς ὁ Κωνσταντῖος δακνόμενος ἤδη καὶ δυσφορῶν ὑπὸ φθόνου, τοὺς ἡγουμένους τῶν φύσει πολέμιων ἐπετείχιζε τῷ Καίσαρι, καὶ τὴν αὐτοῦ προσεγγίζει τοῖς ἐχθροῖς δύναμιν, μόνᾳ δρῶν τὰ ἡδέα, καὶ τὸ οἰκεῖον ξένον ὑπολαμβάνων, εἰ σὺν τῷ Καίσαρι σῴζοιτο, καὶ τὸ ξένον οἰκεῖον, εἰ καταλύοι μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Καίσαρα· ὥστε ὁ πόλεμος εἰς τὸ ὑποῦλον μεταβαλὼν καὶ τὸ φύσει πολέμιον ἐποίει σύμμαχον.

7 a.

Alit vero proverbium : messem calamus ostendit. Tunc ergo Constantius, quoniam parente satus esset, palam fecit.

Quæ consilia Constantius contra Julianum Cæsarem adoravisse ex utilitate sua putabat, ea feliciter tempus in contrarium vertit : Cæsaris virtutibus favente jam studiosissime fortuna, et prope quotidie novis variisque nuntiis ad Augustum delatis : quibus morsus Constantius et jam ager invidia, in Cæsarem acerrimorum hostium duces incitavit, atque horum odiis vim ipsemet suam adjunxit. Et jam unice commodum suum respiciens, suos pro alienis habebat, si cum Cæsare salvi essent ; alienos pro suis, dummodo Cæsari secum insidiarentur. Quare hoc belli subdolum genus eos etiam, qui naturaliter hostes erant, socios esse effecit.

LIBRI SECUNDI PROOEMIUM.

8.

Res itaque post Dexippi historiam usque ad Juliani tempora gestæ satis in superioribus, quantum summa quæque altigent licuit, declaratæ fuerunt. Deinceps oratio fertur ad eum, quem jam ab initio spectabat, Cæsarem ; cogitque

8.

Exc. De sent. p. 254 et 255 :

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΟΥ Β' ΛΟΓΟΥ.

Τὰ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Δεξίππου συγγραφῆς ἐς τοὺς Ἰουλιανὸν καθήκοντα [καιροῦς], ὡς ἐνῆν μάλιστα διὰ τῶν ἀναγκαιῶν ἐπιτρέχουσιν, ἱκανῶς ἐν τοῖς ἐμπροσθεν δεδήλωται· φέρεται δὲ ἐντεῦθεν ὁ λόγος ἐφ' ὃν περ ἐφέρετο ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἀναγκάζει γὰρ τοῖς ἔργοις ἐνδιὰ τρίζειν ὥσπερ τι πρὸς αὐτὸν ἐρωτικὸν πεπονθότα. Οὐ τι μὴ Δία τεθεαμένους ἢ πεπειραμένους· κομιοῦν γὰρ ἦν ὁ γράφων τὰδε παῖς, ἤνικα ἐβασίλευσεν· ἀλλὰ δεινόν τι χρῆμα καὶ ἀπαραίτητον εἰς ἔρωτα τὸ κοινὸν ἀνθρώπων ἀπάντων πάθος καὶ τὸ τῆς ἐφ' αὐτῷ (ἐπ' αὐτῷ? B.) δόξης ἀστασίαστον. Πῶς γὰρ ἦν σιωπᾶν ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς ἔφερε σιωπᾶν (σιωπῆν? N.) ; πῶς δὲ μὴ λέγειν ὅσα καὶ οἱ μὴ δυνάμενοι λέγειν ἀπὸ στόματος ἔπραζον, ἐς γλυκεῖάν τινα καὶ χρυσῇν διατριβὴν τὴν ἐκείνου ἀναφέροντες (μνήμην suppl. N.) ; Καὶ ὁ μὲν πολὺς ἀνθρώπος ταῦτα πάσχοντες δμῶς ἔλαττον ἐς τὸ γράφειν ἐξεβιάζοντο· τὸ δὲ ἐξίρετον, καὶ ὅτι περ ἦν ἐν παιδείᾳ γνωριμώτατον, οὐδὲ ἀφιέντα ἤρρισαν, ἀλλ' ἐνέκειντο παραθαρσύνοντες ὡς ἐπιληψόμενοι (συνεπιλ.? B.) τοῦ πόνου. Ὁ δὲ ἐς τὰ μάλιστα γεγονὼς αὐτῷ γνώριμος, ὁ Περγαμηνὸς ἀνὴρ Ὀριδάσιος, ἐκ φυσικῆς φιλοσοφίας ἱατρικὴν ἐπιτάττειν ἀριστος καὶ ὄρᾳν ἔτι θεϊτερος, καὶ ἀσεβήσιν ἐβόα περιφανῶς, εἰ μὴ συγγράφοιμι· καὶ τῶν γὰρ πράξεων (πάσας δὲ ἡπίστατο παρὼν ἀπάσας) μᾶλα ἀκριβῶς ὑπόμνημα συντέλει πρὸς τὴν γραφὴν· ὥστε οὐκ ἦν ἀναβολὴ καὶ βουλομένῳ βαθυμείν.

Τοῦτο ἐγένετο τὸ εὐτύχημα, καὶ πάντα, ὥσπερ

nos in ejus gestis versari, amatorio veluti stimulo erga illum pellectos : non quod per Jovem nos eum viderimus, vel consuetudinem cum eo habuerimus : prorsus enim adolescentulus erat qui hæc scribit, dum ille regnabat : sed profecto magnum creat atque insuperabilem amorem concors hominum communisque sensus, et firmissima de illo principe existimatio. Nam quomodo nobis silere liceret, de quo nemo conticescere poterat? Cur ea non diceremus, quæ fandī etiam imperiti nihilominus loquebantur, laudem illius dulce quoddam et aureum officium ducentes? Et vulgus quidem quamquam ita esset affectum, minus me tamen ad scribendum compellebat ; sed enim spectati homines et quotquot erant doctrina illustrissimi, remissum me non remittebant, verum hortando instabant ac præ se ferendo laboris quandam communionem. Qui vero Julianum maxime noverat Pergamenus Oribasius, homo a naturali philosophia ad medicam artem docendam paratissimus, et ad exercendam adhuc diviniore, me etiam impium inclamabat aperte, nisi ad scribendum incumberem. Idem rerum quoque gestarum, quas omnes utpote præsens noverat, perquam accuratos commentarios mihi ad historiam scribendam suppeditavit. Quare non fuit morandi potestas, etiamsi otiari voluissem.

δστράχου μεταπεσόντος, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐχώρησε τοῖς Ῥωμαίοις.

Postrema ex Eunapio affert Suidas v. Ὀστράχου περιστροφῇ. Eadem locutione proverbiali Eunapius utitur in Vit. Proæresii p. 80, ubi v. Boiss. Sententia spectat Julianum Cæsarem, qui Galliæ præfectus profligatus ibi res Romanorum erexit.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

8 a.

[Suidas : Ἐξιστάμενος, ἀντὶ τοῦ παραχωρῶν. « Ὁ οὖν Μάρκελλος κύριος ἦν τῶν πραγμάτων, ὀνόματος μόνου καὶ σχήματος τῷ Ἰουλιανῷ ἐξιστάμενος, τὴν δὲ ἀληθεστέραν αὐτὸς ἀρχὴν μεταχειριζόμενος. » Eunapii hæc esse monet Valesius ad Ammian. Marcell. XVI, 4, 3. Constantius quum Julianum Cæsarem declarasset, τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἀλπεῖς ἔθνεσιν ἔπεμπεν (355 p. C.). Ἀπιστος δὲ ὢν φύσει, καὶ ὡς εὐνοῦς αὐτῷ καὶ πιστὸς ἐστὶ μάμπι θεοαρρηκῶς, συνεκπέμπει Μάρκελλον αὐτῷ καὶ Σαλλούστιον, αὐτοῖς, καὶ οὐ τῷ Καίσαρι, τὴν αὐτόθι καταπιστεύσας διοίκησιν. Verba sunt Zosimi III, 2, 4. Cf. Julianus in Ep. ad Athen., ubi in Galliam missum dicit οὐκ ἄρχοντα μᾶλλον τῶν ἐκείσε στρατοπέδων, ἢ τοῖς ἐκείσε στρατηγοῖς ὑπακούσαντα.

9.

Exc. De sent. p. 255 : Ὅτι φησὶν Εὐνάπιος περὶ τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ. Τῆς δὲ στρατείας ταύτης σφοδρότατης τε ἅμα καὶ κλεινοτάτης τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων τὴν διήγησιν ἐς τὴνδε τὴν γραφὴν ἐντείνοντες, οὐ πεισόμεθα ταῦτον τοῖς ἐν ἡμέρᾳ δῆδας ἀνασχῶσιν, ἵνα τι κρυπτόμενον ἀνεύρωσιν· οὐδὲ ὑπὲρ ὧν ἱκανῶς ἅμα καὶ συνενθουσιῶν τοῖς ἑαυτοῦ καλοῖς βιβλίδιον ὅλον τῆδε ἀναθείς τῇ μάχῃ διῆλθεν ὁ βασιλικώτατος καὶ ἐν λόγοις Ἰουλιανός, αὐτοὶ παραβαλούμεθα καὶ συνεκοθήσομεν ἐτέραν γραφὴν τὰ αὐτὰ σημαίνουσιν· ἀλλὰ τοῖς μὲν βουλομένοις τὸ μέγεθος τῶν ἐκείνου λόγων τε

Hæc felicitas contigit, atque omnia, tanquam testa conversa, meliora Romanis fluere cœperunt.

8 a.

Penes Marcellum omnium rerum potestas erat, qui solum nomen et habitum Juliano concedebat, interiorem autem ipse imperii vim administrabat.

9.

De Juliano Apostata sic ait Eunapius : Hujus maximæ et quotquot antea fuerunt clarissimæ expeditionis narrationem scribere aggrediens, haud imitator eos qui meridie faces attollunt, ut latens aliquid vestigent. Nam quia ipse Julianus, in scriptorum quoque numero princeps, suorum facinororum admiratione captus, libellum integrum super hoc prelio conscripsit, equidem haud illi me contendam, neque aliam historiam eadem de re instruum : sed eos qui orationis pariter et operum magnitudinem contemplari volunt, ad prædictum libellum ablegabo, atque ad illius scripturæ

καὶ ἔργων ἀνασκοπεῖν τὸ περὶ τούτων βιβλίον ἐπιτάξομεν, καὶ πρὸς ἐκείνην φέρεσθαι τὴν ἀκτῖνα τῆς συγγραφῆς, ἐκ τῆς ἐνεργείας τῶν τότε ὑπ' αὐτοῦ πραγθέντων ἐπὶ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν ἀπορρυσίαν καὶ διαλάμψασαν· αὐτοὶ δὲ θεοὺς οὐ πρὸς ἀμιλλαν μειρακιώδη καὶ σοφιστικὴν, ἀλλ' εἰς ἱστορικὴν ἀκριβείαν ἀναστῆσαι καὶ διαπλάσαι τὸν λόγον, ἐπιδραμούμεθα τὰ γεγεννημένα, συνάπτοντες τοῖς εἰρημένοις τὰ ἐχόμενα.

« Juliani libellum, quo bella a se in Gallia gesta complexus fuerat, commemorat atque æque commendat etiam Libanius Or. XIII, tom. I, p. 412 Reisk. » Mai. Prælium quod l. l. indicatur, est celeberrimum illud, quo Germanos fudit ad Argentoraturn (357 p. C.). Zosimus III, 3, 6 : Συμμιζας δὲ τοῖς πολεμίοις, πάσης υπερβολῆς ἐπέκεινα τὸ τρόπαιον ἔστησεν, ἐξ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ μυριάδων (χιλιάδων) sex millia sec. Ammian. XV, 22 : ὀκτακισχίλιοι νεκροὶ fuere sec. Liban. Or. ad. Jul.) ἀπολομένοι, ἐτέρων δὲ τοσούτων ἀλομένων κατὰ τοῦ Ῥήνου καὶ διαφθαρείσων ἐν τῷ βρύματι. Ὡστε εἴ τις ἐθέλοι τῇ πρὸς Δαρείον Ἀλεξάνδρου μάχῃ ταύτῃ παραβαλεῖν τὴν νίκην, οὐκ ἂν εὖροι ταύτῃ ἐκείνης ἐλάττωνα.

10.

Ibid. p. 256 : Ὅτι Ἰουλιανὸς τοὺς ἀρχομένους καὶ τοὺς πολεμίους ἐδίδασκεν ἅμα τίσι δοκεῖ (δεῖ? B.) τὸν ὄντως βασιλέα κρατεῖν, καὶ ὡς ἀνδρεία μὲν καὶ βῶμη καὶ χειρῶν κράτος πρὸς τοὺς ἀνθεστηκότας μόνον τῶν πολεμίων χρήσιμα, δικαιοσύνη δὲ μετ' ἐξουσίας ὥσπερ πηγὴ τις οὖσα τῶν ἀρετῶν καὶ τοὺς μὴ παρόντας χειροθῆεις ἐμποιεῖ (τε ποιεῖν? B.) καὶ δουλοῦσθαι πέφυκε. Τοιαύτας ὑποτείνων ἀρετὰς καὶ σπέρματα φιλοσοφίας εἰς τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας ἀπὸ βήματος ἐπέταττε Ῥωμαίους μηδὲν Σαλίων ἀδικεῖν, μηδὲ δεῖν ἢ σίνεσθαι τὴν ἰδίαν χώραν. Ἰδίαν δ' ἀπέφρανε πᾶσαν αὐτοὺς δεῖν ὑπολαμβάνειν, ἣν ἀνευ μάχης καὶ πόνων ἔχουσιν· ὡς ἀναγκαῖον εἶναι πολεμίαν τὴν τῶν πολε-

splendorem, qui nimirum ex operum ejus virtute in ipsius orationis facundiam radios projicit. Ego vero, haud puerilis vel sophisticæ æmulationis studiosus, sed ad historicam veritatem orationem meam conformans et dirigens, res gestas percurram, et ante dictis consequentia nectam.

10.

Julianus subjectos æque suos atque hostes edocuit, quam ratione verus rex vincere debeat : et quod fortitudo ac robur manuumque vis contra hostes tantummodo in acie valeant ; verum justitia cum imperio juncta fons quidam virtutum sit, eaque absentes quoque subditos sibi servosque faciat. Atque has Julianus virtutes philosophicæque semina de tribunali suo palam subditis cunctis ostentans, Romanos inhibuit, quominus quemquam Saliorum læderent, vel popularentur regionem propriam atque vastarent : propriam vero dicebat debere eos existimare regionem, quam sine pugna et labore tenerent. Quare opus esse, ut illam utique

μούντων ἡγεῖσθαι καὶ νομίζειν, οἰκείαν δὲ τὴν τῶν πα-
ρακεκλησάμενων.

Ὅτι εἰσθῆι Ἰουλιανὸς ἀρχὴν νίκης, οὐ πολέμου τί-
θεσθαι.

De expeditione Juliani contra Chamavos et Sa-
lios (358 p. C.) vide Zosimum III, 6, ubi inter
alia : Ἀντεπῆει μὲν τοῖς Κυάδοις (deb. Χαμάδοις)·
παρεγγυᾷ δὲ τῷ στρατῷ, τούτοις μὲν κατὰ τὸ κρατε-
ρὸν διαμάχεσθαι, Σαλίῳ δὲ μηδὲνα κτείνειν ἢ κω-
λύειν ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων θρία διαβαίνειν κτλ. Paucis
hæc absolvit Ammian. XVII, 8. Cf. Julian.
Orat. I.

1.

Ibid. p. 257 : Τοῦτον δεῖξάμενος ἐταῖρον ἐφ' ἑαυτῷ
συνιστάμενον εἶπεν· εἴτ' ἄλλος προσῆει, καὶ πλῆθος ἦν·
καθάπερ οἱ Ἰουθαγόρειοι φασί, μονάδος ἐπὶ δυάδα
κινηθείσης οὐκέτι τὴν τῶν ἀριθμῶν ἡρεμεῖν φύσιν, ἀλλὰ
διαχεῖσθαι καὶ βεῖν ἐς πολλὴν, οὕτως, Χαριέττονος Κερ-
κίωνα προσλαβόντος, αἱ τε πράξεις ἐπὶ πολλὴν προήε-
σαν, καὶ ὁ τῶν συνισταμένων ὄχλος ἀνάλογον ἡχο-
λοῦναι ταῖς πράξεσιν.

« Abruptam ponit Constantinianus eclogarius
narrationem de Charietone, quam Zosimus III,
7, integram scribit, Eunapium sine dubio sectans,
sed tamen aliis verbis utens. Summa rei est hæc :
Charietto Gallus, magna vir præditus audacia et
viribus, quum ante Juliani in Galliam adventum
adfectas Quadorum incursionibus urbes videret,
adsumpto sibi latronum comitatu, nocturnis insidi-
is trucidare Quados cœpit; quam rem postea
supervenienti Julianus ratam habuit, et Chariet-
tonem auctoritate sua atque auxiliis confirmavit. »
Μαι. — Κερκίωνα] « Tropo quodam utens, loco la-
tronum gallicanorum ponit Cercionem [Cercyonem],
famosum illum Atticæ grassatorem, quem
Theseus interfecit. Atque hæc est Eunapii, quam

Photius cod. 77 admirabatur, ἀστεϊότης. » Μαι.
Dubito an tam insulse vel Eunapius luserit.

Suidas : Ἀνεῖχεν, ἐκώλυε. « Χαριέττων μὲν οὖν
καὶ πρὸ τούτου φανερός τις ὦν καὶ ἀνυπόστατος τῷ
τε πλεονάζοντι τοῦ δραστηρίου φοβῶν, ἀνεῖχεν ἀπὸ
λυστείας ἅπαντας. » Eunapio hæc vindicavit
Valesius ad Ammian. XXII, 11. Cf. Zosimus III,
7, 4.

Idem v. Γιγαντώδης : « Ἐδόκει γὰρ τὸ σῶμα γι-
γαντώδης εἶναι καὶ τὸν θυμὸν θηριώδης, καὶ ἐς ἀγγί-
νοιαν τῶν συλληστευόντων ἁπάντων πολυπλοκώτε-
ρος. » Hæc ex eodem fonte ducta esse censet Majus,
collato Zosimo III, 7, 1, qui de Charietone :
Ἀνὴρ τις ἦν, μέγεθος σώματος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἅπαν-
τας ἔχων, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἀνάλογον τῷ σώματι.

12.

Exc. De legat. p. 15 P. (11 V.) : Ὅτι τοῦ Ἰου-
λιανοῦ ἐς τὴν πολεμίαν χωροῦντος, καὶ τῶν Χαμάδων
ἱκετευόντων φεῖδεσθαι καὶ ταύτης ὡς οἰκείας, ὁ Ἰου-
λιανὸς συνεχώρει, καὶ τὸν βασιλέα σφῶν προελθεῖν
κελεύσας, ἐπειδὴ προῆλθε καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ εἶδεν
ἐστηκότα, ἐπιβὰς πλοῖον (τὸ πλοῖον οὐκ ἔχων (ἦν ἐκτός;)
τοξεύματος), ἐρμηνεύει εἶναι αἰχμαλώτους λεγόντων.
Ἐκεῖνων δὲ πάντα ποιεῖν ὄντων ἐτοίμων, ὁρῶν εὐπρόσ-
ωπὸν τε ἅμα καὶ ἀναγκαίαν αὐτῷ τὴν εἰρήνην (Χα-
μάδων γὰρ μὴ βουλομένων ἀδύνατον ἐστὶ τὴν τῆς
Βρεττανικῆς νήσου σιτοπομπίαν ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ φρού-
ρια διαπέμπεσθαι), καμπτόμενος ὑπὸ τῆς χρείας χαρί-
ζεται τὴν εἰρήνην, καὶ θυμῶν ἡττει λαθεῖν πίστει εὐε-
χεν. Τῶν δὲ ἱκανοὺς εἶναι αἰχμαλώτους λεγόντων,
ἐκείνους ἔφη τὸν πολεμὸν αὐτῷ δεδωκέναι, καθ' ὁμο-
Ὅτι τὰ σαρδάλια, φησί, νυνὶ λεγόμενα ἀρβύλας
ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, καὶ τὸ φακίολιον φασώλιν.

ὅτι τῶν Σαρακηνῶν οἱ πλείστοι, οἳ τε ἐν τῷ Φοινικῶνι καὶ οἱ τοῦ Φοινικῆος καὶ τῶν ὀνομαζομένων Ταυρηγῶν ὄρων ἐπέκεινα, ἱερὸν τε χωρίον νομίζουσιν ἀποτρεχθῆναι ἀνεμιμένον, καὶ ἐνταῦθα συλλέγονται κατ' ἐνιαυτὸν ἑκατὸν δις· ὧν τὴν μὲν τῶν πανηγύρεων αὐτῶν μὴ ὅλος μετρεῖ παρτείνων, σχεδὸν που τοῦ

Lecta est Nonnosi historia, qua legationem suam com-
plectitur ad Æthiopas et Homeritas atque Saracenos sus-
ceptam, populos tum potentissimos, et ad alias item
Orientis gentes. Justinianus Romanum tum imperium te-
nebat. Præfectus vero Saracenorum Caius erat, Arethæ
(Al-Hareth) nepos : qui et ipse præfectus fuerat, ad
quem Nonnosi avus ab Anastasio imperatore legatus fuerat
et pacis fœdera sanxerat. Quin et Nonnosi pater, cui Abramæ
nomen, ad Alamundarum, præfectum Saracenorum, orator
aliquando profectus, duos Romanos, Timotheum et Timo-
stratum et Joannem, belli jure captivos adduxit, Justino
imperatorī in ducibus his liberos reddens. Porro
Caius, ad quem Nonnosus noster legatus fuerat, præerat gen-
tibus apud Saracenos in Arabia habitantibus, quos non
et Maadenitis, sed Arabibus appellare solent. Nonnosus
pater, et Nonnosus filius, ut patet ex inscriptione, non
nisi in Arabia vixerunt.

genti Elesbaas tunc praeerat, itemque ad Homeritas proficisceretur. Auxumis permagna est civitas, et quasi Aethiopiae totius metropolis, magis ad meridiem et orientem vergens quam Romanum imperium. Nonnosus vero, multis gentium superatis insidiis ferarumque periculis praeter viam incommoda multaque discrimina, in qua saepenumero incidit, tamen quae voluit perfecit, et salvus est patriae redditus.

refert, misso iterum Abramo ad illum legato,
sectam esse, suamque praefecturam Andro-
dis dirivisse; ipsum vero Palaestinae pro-
prietate administrandam suscepisse, Indi-
arum secum multitudinem ducere
dicta, ἀπελθὼν; appellasse videtur alii.

e
D-
e,
um
po-

: P. C.

ὡς ἡμίστετα

γών τῶν γνωρίμων, ἔφη· « Κλεάνθης μὲν καὶ ἄλλον Κλεάνθην δύναιτ' ἂν τρέφειν, εἰ βούλοιο· οἱ δὲ ἔχοντες ὅθεν τρέφονται, παρ' ἑτέρων ἐπιζητοῦσι τὰ ἐπιτήδεια, καὶ περ ἀνειμένως φιλοσοφοῦντες. » Εἰπόντος τινός, Ἀρκεσίλαον μὴ ποιεῖν τὰ δέοντα, « Παῦσαι, ἔφη, καὶ μὴ ψέγε, εἰ γὰρ καὶ λόγῳ τὸ καθήκον ἀναιρεῖ, τοῖς γούν ἔργοις αὐτὸ τιθεῖ. » Καὶ ὁ Ἀρκεσίλαος, « Οὐ κολακεύομαι, » φησί· πρὸς δὲ Κλεάνθης, « Ναί [σε] κολακεύω, φησί, φάμενος ἄλλα μὲν λέγειν, ἕτερα δὲ ποιεῖν. » Ἐρωτῶντός τινος, τί ὑποθήσεται τῷ υἱῷ, ἔφη· « Τὸ τῆς Ἥλέτρας,

Σίγα, σίγα, λευκὸν (1. λεπτὸν) ἵχνος... »

Σωσῖθεον τὸν ποιητὴν ὑβρίσαντα αὐτὸν, καὶ μετανοήσαντα προσήκατο, εἰπὼν ἄτοπον εἶναι, τὸν μὲν Διόνυσον καὶ τὸν Ἡρακλέα φλυαροῦμένους ὑπὸ τῶν ποιητῶν μὴ ὀργίζεσθαι, αὐτὸν δ' ἐπὶ τῇ τυχούσῃ βλασφημίᾳ δυσχεραίνειν.

A.

41. Λεύκιππος δ' Ἐλεάτης ἔλεγεν ἄπειρα εἶναι τὰ πάντα, καὶ εἰς ἄλλα μεταβάλλειν· τὸ τε πᾶν εἶναι κενόν, καὶ πλήρες σωματίων· τοὺς τε κόσμους γίνεσθαι, σωματίων εἰς τὸ κενὸν ἐμπίπτόντων καὶ ἀλλήλοις περιπλεκόμενων. Ἐκ τε τῆς κινήσεως κατὰ αὔξησιν γίνεσθαι τὴν τῶν ἀστέρων φύσιν. Φέρεσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἐν μείζονι κύκλῳ παρὰ τὴν σελήνην· τὴν γῆν ὀρεῖσθαι περὶ τὸ μέσον δινουμένην· σχῆμά τε αὐτῆς τυμπανοειδὲς εἶναι. Πρῶτος τε ἀτόμους ἀρχὰς ὑπεστήσατο. Τὸ πᾶν ἀπειρόν φησι, τοῦτου δὲ τὸ μὲν πλήρες εἶναι, τὸ δὲ κενόν. Καὶ στοιχεῖά φησι κόσμους τε [ἐκ τούτων] ἀπείρους εἶναι, καὶ διαλύεσθαι εἰς ταῦτα. Γίνεσθαι δὲ τοὺς κόσμους οὕτως· φέρεσθαι κατ' ἀποτομὴν ἐκ τῆς ἀπείρου πολλὰ σώματα παντοῖα τοῖς σχήμασιν εἰς μέγα κενόν, ἅπερ ἀθροισθέντα μίαν ἀπεργάζεσθαι δίνην, καθ' ἣν προσκρούοντα καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα διακρίνεσθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια· ἰσορρόπων δὲ διὰ τὸ πλῆθος μηκέτι δυναμένων περιφέρεισθαι, τὰ μὲν λεπτὰ χωρεῖν εἰς τὸ ἔξω κενόν, ὥσπερ διαττόμενα· τὰ δὲ λοιπὰ συμμένειν, καὶ περιπλεκόμενα συγκατατρέχειν ἀλλήλοις, καὶ ποιεῖν πρῶτόν τι σύστημα σφαιροειδές. Τοῦτο δὲ οἷον ὑμένα ὑρίστασθαι, περιέχοντα ἐν ἑαυτῷ παντοῖα σώματα, ὧν κατὰ τὴν τοῦ μέσου ἀντήρεισιν περιδινουμένων, λεπτὸν γίνεσθαι τὸν περίξ ὑμένα, συρρεόντων αἱ τῶν συνεχῶν κατ' ἐπίψαυσιν τῆς δίνης. Καὶ οὕτω γενέσθαι τὴν γῆν, συμμενόντων τῶν ἐνεχθέντων ἐπὶ τὸ μέσον. Αὐτόν τε πάλιν τὸν περιέχοντα οἷον ὑμένα αὔξεσθαι, κατὰ τὴν ἐπικράτησιν (ἐπέκρυσιν D.) τῶν ἔξωθεν σωματίων· ὁ γὰρ τε φερόμενον αὐτὸν ὧν ἂν ἐπιψάυῃ, ταῦτα ἐπικτᾶσθαι· Τούτων δὲ τινα συμπλεκόμενα ποιεῖν σύστημα, τὸ μὲν πρῶτον καθύγον καὶ πληῶδες, ξηρανθέντα δὲ καὶ περὶφερόμενα σὺν τῇ τοῦ θλου δίνῃ, εἴτ' ἐκπυρωθέντα τὴν τῶν ἀστέρων ἀποτελέσσαι φύσιν. Εἶναι δὲ τὸν τοῦ ἡλίου

rium cœtum pecunia, quam labore coegerat, « Cleanthes, inquit, si velit, etiam alteri Cleanthi victum ministrare queat, quum hi, quibus abunde est unde alantur, ab aliis adversus vitæ necessaria expetant, quamvis remisse philosophantes. » Quum quidam dixisset, Arcesilaum ab officio discedere, respondit : « Desine maledicere : etsi namque contra officium loquitur, re tamen ipsa illud stabilit. » Tum Arcesilas : « Adulationem, inquit, non recipio. » Subjicit Cleanthes : « Scilicet adulor tibi, qui aliud loqui te, aliud præstare dixi. » Interroganti cuidam, quid potissimum filio inculcaret atque præciperet, illud inquit Electræ :

Sile, sile, tenue vestigium...

Sositheum poetam convicium ipsi ingerentem et prenitentia ductum recepit in gratiam, dictitans absurdum fore, si, quum Liber pater et Hercules a poetis ludibrio habiti non incandescant, ipse ob levem offensam et maledictum succenseret (D. VII, 168. 170-173).

L.

41. *Leucippus* Eleates dicebat, cuncta esse infinita, et in se ipsa invicem commutari : item universum inane esse plenumque corporibus. Mundosque fieri corporibus in hoc inane incidentibus et invicem implicatis, atque ex motu secundum illorum incrementa naturam siderum fieri. Solem juxta lunam majorem in orbem ferri : terram vehi ac circa medium verti ; figuramque illius tympano similem esse. Primus hic atomos principia esse statuit. Universum quidem infinitum ait : hujus partem plenam esse, partem inanem. Etiam elementa statuit, mundosque ex eis infinitos esse et in illa dilabi atque dissolvi. Gigni vero mundos in hunc modum : ferri per abscissionem ex infinito multa corpora figuris omnigena in magnum vacuum, eaque in unum coacta unam vertiginem efficere, cujus impetu impacta modisque omnibus circumvoluta ita discerni, ut seorsum similia quæ sunt sui similia petant. Ceterum æquilibra quum ob multitudinem minime jam circumferri possint, exilia quidem ad exterius vacuum contendere, quasi cribro excussa ; cetera considerare et innexa atque in se implicata invicem concurrere, atque ea concursione primum quandam concretionem efficere rotundam. Hanc autem veluti membranam subsistere, continentem in se omnigena corpora : quæ dum secundum mediū reluctationem circumvolvuntur, tenuem quæ circa est membranam fieri, confluentibus semper corporibus perpetuis secundum vertiginis attactum : atque ita ortam esse terram, commanentibus quæ semel in medium injecta erant. Ipsumque rursus continentem membranæ instar augeri secundum externorum influentiam corporum : et quum vertigine fertur, quæcumque attigerit ea acquirere. Ex his quædam complicata concretionem facere, primo quidem humidam ac luteam, exsiccata vero et circumacta cum totius vertigine, deinde incensa et ignita siderum efficere naturam. Esse autem solis

κύκλον ἐξώτατον, τὸν δὲ τῆς σελήνης προσγειότατον, τῶν ἄλλων μεταξὺ τούτων ὄντων. Καὶ πάντα μὲν τὰ ἄστρα πυρρῶσθαι διὰ τὸ τάχος τῆς φορᾶς, τὸν δὲ ἥλιον καὶ ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκπυρρῶσθαι, τὴν δὲ σελήνην ὀλίγον τοῦ πυρὸς μεταλαμβάνειν. Ἐκλείπειν δὲ ἥλιον καὶ σελήνην *, τῷ κακλίσθαι τὴν γῆν πρὸς μεσημβρίαν. Τὰ δὲ πρὸς ἄρκτῳ αἰεὶ τε νίφεσθαι καὶ κατὰψυχρα εἶναι καὶ πῆγνυσθαι. Τὸν [μὲν] ἥλιον ἐκλείπειν σπανίως, τὴν δὲ σελήνην συνεχῶς, διὰ τὸ ἀνίσους εἶναι τοὺς κύκλους αὐτῶν. Εἶναι δὲ, ὥσπερ γενέσεις κόσμου, οὕτω καὶ αὐξήσεις καὶ φθίσεις [καὶ φθοράς] κατὰ τινα ἀνάγκην, ἣν ὁποία ἐστὶν [οὐ] διασφαεῖ.

M.

43. Μενέδημος δ' Ἐρετριεὺς ἀρχιτέκτονος υἱὸς ἦν, [adde e Diog. οἱ δὲ καὶ σκηνογράφον αὐτὸν εἶναι φασιν, καὶ μαθεῖν ἐκάτερα τὸν Μενέδημον]· ὅθεν γράψαντος αὐτοῦ ψήφισμά τι καθύψατό τις Ἀλεξίνιος, εἰπὼν, ὡς οὔτε σκηνὴν οὔτε ψήφισματα προσήκει τῷ σοφῷ γράφειν. Περμθεὶς δὲ φρουρὸς ὑπὸ τῶν Ἐρετρίων εἰς Μέγαρα, ἀνῆλθεν εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Πλάτωνα, καὶ θηραθεὶς κατέλιπε τὴν στρατείαν. Ἦν δὲ σεμνὸς ἱκανῶς, ὅθεν αὐτὸν Κράτης παρωδῶν φησὶ

Φλιάσιόν τ' Ἀσκληπιάδην, καὶ ταῦρον Ἐρέττην.

Ὁ δὲ Τίμων οὕτω·

Λίρον ἀναστήσας ὀφρυωμένους ἀπροσιδόμβαζ.

Οὕτω δ' ἦν σεμνὸς, ὡς Εὐρύλοχον τὸν Κασσανδρέα μετὰ Κλεϊππίδου Κυζικηνοῦ μεираκίου κληθέντα ὑπ' Ἀντιγόνου, ἀντειπεῖν· φοβεῖσθαι γάρ, μὴ Μενέδημος αἰσθοίτο· ἦν γὰρ ἐπικόπτης καὶ παρρησιαστής. Ἀντιγόνου συμβουλευομένου, (τί εἰποι,) εἰ ἐπὶ κώμον ἀφίκετο, σιωπήσας τὰ ἄλλα, μόνον ἐκέλευσεν ἀπαγγεῖλαι, ὅτι βασιλέως υἱὸς ἐστί. Πρὸς τὸν ἀναίσθητον ἀναφέροντά τι αὐτῷ εἰκαίως, ἠρώτησεν, εἰ ἀγρὸν ἔχει· φησάντος δὲ καὶ πᾶμπλειστα κτήματα, « Πορεύου τοίνυν, ἔφη, κάκεινων ἐπιμελοῦ, μὴ συμβῇ σοι καὶ ταῦτα διαφθεῖραι, καὶ κομψὸν ἰδιώτην ἀποβαλεῖν. » Πρὸς τὸν εἰπόντα πολλὰ τὰ ἀγαθὰ, ἐπύθετο πόσα τὸν ἀριθμὸν, καὶ εἰ νομίζει πλείω τῶν ἑκατόν. Ἦν δὲ καὶ ἐκκλητῆς καὶ τὰ τῆς σχολῆς ἀδιάφορος· οὔτε γὰρ τάξιν τινα ἦν παρ' αὐτῷ βλέπειν, οὔτε βάρβα ἀκύκλῳ δέκετο, ἀλλ' οὐ ἂν ἕκαστος ἔτυχε περιπατῶν ἢ καθήμενος ἤκουε, καὶ αὐτοῦ τούτου τὸν τρόπον διαχειμένου. Κράττης δὲ ποτε περισταμένου αὐτὸν, καὶ καθαπτομένου εἰς τὸ ὅτι πολιτεύεται, ἐκέλευσέ τισιν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν αὐτόν· τὸν δὲ μηδὲν ᾔττον τηρεῖν παριόντα καὶ υπερκύπτοντα Ἀγαμειμόνοιον τε καὶ Ἥγησιπολιν ἀποκαλεῖν. Ἦν δὲ πῶς ἡρέμα καὶ δεισιδαιμονέστερος. Σὺν Ἀσκληπιάδῃ γοῦν ποτὲ κατὰ ἀγνοίαν ἐν πανδοκείῳ κρεάτων ριπτομένων φαγὼν, ἐπεὶ μάθοι, ἐναντία τε καὶ ὠχρία, ἕως Ἀσκληπιάδης ἐπετίμησεν αὐτῷ ὡς οὐδὲν, εἰπὼν, ἠνώχλησεν αὐτῷ τὰ

circulum extimum, lunæ vero terræ proximum, ceteris in medio horum positis. Ac sidera quidem omnia ob celeritatem motus ignescere, solem vero inflammari a sideribus; lunam autem exiguum ignis partem capere. Solem lunamque deficere * quod terra ad meridiem vergat; quæ ad septentrionem sunt nivibus semper urgeri et pruinis algere in glaciemque concreescere. Ac solem quidem raro deficere, lunam vero frequenter, quod sint impares eorum orbes. Porro ut generationes mundi, ita et incrementa esse et diminutiones et corruptiones secundum quandam necessitatem, quæ cujusmodi sit non declarat (*Diog.* IX, 30-33).

M.

42. *Menedemus* Eretriensis architecti filius fuit. Alii tabernas pinxisse referunt, et utrumque didicisse Menedemum. Quocirca quum decretum quoddam tulisset, reprehensus est a quodam de schola Alexini, qui negabat oportere sapientem tabernam pingere (γράφειν) aut plebiscitum. Missus ab Eretriensibus in præsidium Megara, itabat ad Platonem in Academiam, a quo captus a militia destitit (*D.* II, 125). Menedemus insigni gravitate fuit; unde eum Crates parodia ridens ait:

Philasiumque Asclepiadem taurumque Eretresem.

Timon autem sic:

Fastoso vultu nugas exorsus inanes.

Erat autem ea severitate, ut Eurylochus Cassandreus ab Antigono ad cœnam vocatus cum Cleippide Cyziceno adolescente recusaverit: metuere enim ne id Menedemus resciret. Erat enim acer in reprehendendo ac liberi oris (II, 126). Consultanti Antigono an comessatum lret, hoc illi solum renuntiari jussit, eum esse regis filium. Stupidum quendam nescio quid nihil ad rem dicentem interrogavit an villam haberet; et quum ille multa se habere prædia dixisset, « Abi igitur, inquit, atque ea cura, ne accidas ut et agri corruptantur et homo scitus futurus modo a philosophiæ studio abstineat (II, 128). » Dicente quodam multa esse bona, rogat quot numero, et an putet plura esse quam centum (II, 129). Erat deflectens a more parumque satagens rerum quæ ad scholam pertinerent: neque ullum apud illum, ut fieri solet, ordinem vidisses; neque subellia erant per gyrum disposita, sed quo quisque loco forte deambulabat aut stabat, ibi audiebat, atque idem ipse faciebat (II, 130). Quum ei aliquando Crates convicium faceret et quod ad rempublicam accessisset increparet, eum in carcerem conjici jussit: at ille nihilo minus observabat prætereuntem, et fenestra prospectans Agamemnonis æmulum et Hegesipolim (*civium dominum*) appellabat. Erat idem paulo religiosior ac pronior in superstitionem. Comederat aliquando cum Asclepiade in caupona carnes projectas imprudens: id quum animadvertisset, nausea palloreque turbabatur, donec illum Asclepiades objurgans non carnes di-

κρέα [ἀλλ' ἢ περὶ τούτων ὑπόνοια]. Ἦν δὲ φιλυπόδοχος, καὶ διὰ τὸ νοσῶδες τῆς Ἑρετρίας πλείω συνάγων συμπόσια. Προσεῖχε δὲ Ὀμήρῳ καὶ τοῖς μελικοῖς, εἴτα Σοφοκλεῖ καὶ Ἀχαιοῖ, ὧ καὶ τὸ δευτερεῖον ἐν τοῖς Σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου. Πρὸς γοῦν τοὺς ἀντιπολιτευομένους ταῦτα προεφέρετο.

Ἠλίσκετ' ἄρα καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχύς,
καὶ πρὸς χελώνης ἀετὸς βραχεὶ χρόνῳ.

Ταῦτα δὲ ἔστιν Ἀχαιοῦ ἐκ τῆς σατυρικῆς Ὀμφάλης· ὥστε προσπαίουσιν οἱ λέγοντες, αὐτὸν μὴδὲν ἀνεγνωκέναι πλὴν τῆς Εὐριπίδου Μηδείας. Στίλπωνα ἐπαινοῦν ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπε, πλὴν ὅτι ἐλευθέριος. Ἐν δὲ ταῖς ζητήσεσιν ὦδε μάχιμος ἦν, ὡς ὑπόπια φέρων ἀπῆει. Οὕτω δὲ ἦσαν οὗτος καὶ Ἀσκληπιάδης φίλοι, ὥστε Ἀρχεπολίδος τρισχιλίας αὐτοῖς διαγράψαντος, στηριζομένους περὶ τοῦ τίς δεύτερος ἄρῃ, μηδέτερον λαβεῖν. Ἐγῆμαν δὲ γυναῖκας, Ἀσκληπιάδης μὲν τὴν θυγατέρα, τὴν δὲ μητέρα Μηνέδημος· καπεῖδῃ ἐτελεύτησε τῇ Ἀσκληπιάδῃ τὸ γύναιον, ἔλαβε τὸ τοῦ Μενεδήμου· ἐκείνους τε αὖ, ἐπειδὴ προὔστη τῆς πολιτείας, πλουσίαν ἐγῆμεν· ἐπέτρεψε μέντοι τὴν τῆς οἰκίας διοίκησιν τῇ προτέρᾳ γυναικί. Τὰ δὲ συμπόσια οὕτως ἐποιεῖτο· προηρίστα μετὰ οὖοιν ἢ τριῶν ἐς δὲ βραδείως ἦν τῆς ἡμέρας, ἔπειτά τις ἐκάλει τοὺς παραγενομένους, καὶ αὐτοὺς ἡδὴ δεδειπνηκότας· ὥστε, εἰ τις ἔλθοι θάπτον, ἀνακάμπτων ἐπυθάνετο τῶν ἐξόντων, τί εἴη παρακείμενον, καὶ πῶς ἔχοι τὸν χρόνον. Εἰ μὲν οὖν λάχανον ἦν ἢ τάριχον, ἀνεχώρουν, εἰ δὲ κρεάδιον, εἰσῆσαν. Ἦν δὲ τοῦ μὲν θέρους ψίαθος ἐπὶ τῶν κλινῶν, τοῦ δὲ χειμῶνος κώδιον, προσκεφάλαιον δ' αὐτῷ φέρειν εἴει. Τό τε περιγόμενον ποτήριον οὐ μείζον κοτυλίου· τράχημα θέρμος ἢ κύαμος, ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν ὠρίων ἄπιος ἢ ροιὰ ἢ ὄχραι (1. ὠχροί) ἢ νῆ Δί' ἰσχάδες. Λυκόφρων δὲ γράψας αὐτοῦ ἐγκώμιον, περὶ τούτου φησίν·

Ὡς ἐκ βραχείας δαιτὸς ἢ βαῖα κύλιξ
αὐτοῖς κυκλεῖται πρὸς μέτρον, τράχημα δὲ
ὁ σωφρονιστὴς τοῖς φιληκόοις λόγος.

Τοῦτόν φασι τυράννων πολλὰκις ἐλευθερῶσαι τὴν πατρίδα· φοιτᾶν γοῦν καὶ πρὸς Ἀντίγονον, καὶ βούλεσθαι ἐλευθερῶσαι πάλιν αὐτήν· τοῦ δὲ μὴ εἰκόντος, ἐπ' ἀθυμίας ἀσιτήσαντα ἑπτὰ ἡμερῶν τὸν βίον μεταλλάξαι.

43. Μέλισσος ἔλεγε τὸ πᾶν ἄπειρον εἶναι, καὶ ἀναλλοίωτον καὶ ἀκίνητον καὶ ἐν ὁμοίον ἑαυτῷ καὶ πλήρες, κίνησίν τε μὴ εἶναι, δοκεῖν δὲ εἶναι. Καὶ περὶ θῶν ἔλεγε μὴ δεῖν ἀποφαίνεσθαι, μὴ γὰρ εἶναι γινώσιν αὐτῶν.

ceret ejusce mutationis causam esse, sed praesumptam de illis fatuam opinionem (II, 131 sq.). Amabat praeterea hospites apud se accipere : et quia parum salubris erat Eretria, convivia saepe cogebat. Plurimum Homero tribuit et melicis, deinde Sophocli et Achæo, cui in Satyris secundum, ut Æschylo principem locum dedit ; unde in adversantes sibi regenda republica hæc jactabat :

Quandoque pernicem capit tardus pede,
aquilamque testudo brevi præverterit.

Sunt autem ex Omphale satyrica Achæi. Quapropter falluntur, qui nihil illum legisse præter unam Euripidis Medeam dicunt (II, 133 sq.). Quum Stilponem laudaret, aliud non dixit, quam quod liberalis esset. In quaestionibus adeo vehementer fuit et pugnax, ut cum sugillationibus in facie discederet (II, 136). Tam arcta vero amicitia devincti erant ipse et Asclepiades, ut, quum Archepolis perscripsisset illis tria drachmarum millia, obfirmatis animis, uter secundo loco tolleretur, neuter acceperit. Uxores autem duxerant Menedemus matrem, filiam Asclepiades ; qua extincta, Menedemi conjugem hic sibi adjunxit ; ille vero, jam reipublicæ præfectus, opulentam duxit, permissa priori uxori rei familiaris administratione. Porro convivia in hunc modum faciebat. Prius ipse cum duobus aut tribus prandebat, dum dies in vesperam vergeret : tum vero vocabat quispiam eos qui advenerant, et ipsos jam cœnatos. Itaque si quis citius venisset, percontabatur exeuntes quid esset appositum et quæ esset diei hora. Et si quidem vel olusculum vel salsamentum quippiam audissent, recedebant ; sin vero carnes, ingrediebantur. Lectulis æstate storeas, hieme vervecum pelles superponebat ; sed pulvinar sibi quemque afferre oportebat. Poculum quod circumagebatur, cotyla majus non erat. In secunda mensa lupinus sive faba, nonnunquam ex fructibus pira, mala punica, cicera, sive mehercle ficus passæ apponebantur. Lycophron, qui illius encomium conscripsit, de eo sic ait :

Cœna in brevi pusillus admodum calix
in orbem obambulat, tragematum efficit
vicem eruditus sermo cum sodalibus (139. 140).

Aiunt illum patriam a tyrannide semel liberasse, et ad Antigonom se contulisse, voluisseque illam iterum reddere liberam ; sed quum ille flecti non posset, præ animi mœrore, postquam septem dies inedia tolerasset, vita excessisse (143).

43. *Melissus* dicebat universitatis corpus esse infinitum ac mutationis motusque expers, et unum sibi ipsi simile ac plenum : motum non esse, sed videri. De deo nihil esse certo statuendum et asseverandum censebat ; nullam enim ejus esse cognitionem (D. IX, 24).

N.

44. Νικόλαος φιλόσοφος, ὁ Δαμασκηνὸς, τοσοῦτον ἠγαπήθη παρὰ τοῦ Αὐγούστου Καίσαρος, ὥστε τοὺς ὑπ' ἐκείνου πεμπομένους πλακούντας τῷ Καίσαρι Νικολάους αὐτὸν καλεῖν. Καὶ διαμένει τοῦτο ἄχρι τῆς σήμερον.

45. Νουμήνιος Πυθαγορικὸς φιλόσοφος, ὁ Ἀπαμεύς, τὴν Πλάτωνος διάνοιαν ἠλεγξεν, ὡς ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν βιβλίων τὰ περὶ θεοῦ καὶ κόσμου ἀποσυλήσασάν· διὸ καὶ φησί· «Τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων;»

46. Νέστωρ ἑποποιὸς, ὁ ἐκ Λυκίας, ἔγραψεν Ἰλιάδα λειπογράμματον. Ἔστι γὰρ ἐν τῷ α' μὴ εὐρίσκεισθαι α, καὶ κατὰ βραψωδίαν οὕτω τὸ ἐκάστης ἐκλιμπάνειν στοιχείον. Ἐποίησε δὲ καὶ Τρυφιδώωρος Ὀδύσειαν ὁμοίως αὐτῇ.

Ξ.

47. Ξάνθος, Λυδὸς ἱστορικὸς, ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Λυδιακῶν ἱστοριῶν φησὶν ὅτι πρῶτος Γύγης ὁ Λυδῶν βασιλεὺς γυναῖκας εὐνούχισεν, ὅπως αὐταῖς χρῶτο αἰε νεαζούσας.

48. Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος, πέμψαντος αὐτῷ τοῦ Μακεδόνα Ἀλεξάνδρου χρυσοῦ τριάκοντα τάλαντα, ἀπέπεμψεν, εἰπὼν βασιλεῖα δεῖσθαι χρημάτων, οὐ φιλόσοφον. Ἀντιπάτρου ποτὲ ἐλθόντος εἰς Ἀθήνας, καὶ ἀσπασαμένου τοῦτον, οὐ πρότερον ἀντιπροσηγόρευσε, πρὶν ἢ τὸν λόγον, ὃν ἔλεγε, διαπεράνασθαι. Ἀτυφότητος δὲ ὢν, πολλάκις ἐαυτῷ τῆς ἡμέρας ἐμελέτα, καὶ ὥραν μίαν, φασὶν, ἀπένεμε σιωπῇ. Ἀθηναῖον δ' ὅμως αὐτὸν τοιοῦτον ὄντα ἐπίπρασχόν ποτε, τὸ μετοίκιον ἀπονοῦντα θεῖναι· καὶ αὐτὸν ὀνειται Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, καὶ ἐκάτερον ἀποκατέστησε, Ξενοκράτει μὲν τὴν ἑλευθερίαν, Ἀθηναίοις δὲ τὸ μετοίκιον.

49. Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἔλεγε τέσσαρα εἶναι τῶν ὄντων στοιχεῖα, κόσμους δ' ἀπειρούς, (οὐ) παραλλάκτους δέ· τὰ νέφη συνίστασθαι, τῆς ἀφ' ἡλίου ἀτμίδος ἀναφερομένης καὶ αἰρούσης αὐτὰ εἰς τὸ περιέχον. Οὐσίαν θεοῦ σφαιροειδῆ, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσαν ἀνθρώπων· ὅλον δὲ ὄρᾶν καὶ ὅλον ἀκούειν, μὴ μέντοι ἀναπνεῖν. Σύμπαντά τε εἶναι νοῦν καὶ φρόνησιν καὶ αἰδῖον. Πρῶτός τε ἀπεφάνητο, ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον φθαρτὸν ἐστί, καὶ ἡ ψυχὴ πνεῦμα. Ἐφη τε καὶ τὰ πολλὰ ἤσσω νοῦ εἶναι. Καὶ τοῖς τυράννοις ἐντυχάνειν

N.

44. *Nicolaum* philosophum *Damascenum* tanto amore complexus fuit *Augustus Caesar*, ut missas ab eo ad se placentas *Nicolaos* vocaret : quæ in hunc usque diem durat appellatio.

45. *Numenius* Pythagoricus philosophus, *Apamea oriundus*, *Platonis ingenium* perstrinxit, quod veluti plagio subripuerit e *Mosaicis* libris, quæ de deo et mundo prodidit : eo spectat quod dicit : « Quid enim aliud est *Plato*, quam *Moses atticissans*? »

46. *Nestor* Lycius, carminum scriptor, composuit *Iliadem* certis literis carentem. Nam in primo libro nullum α invenias, atque ita in omnibus libris alphabeti græci ordine distinctis deest sua cuique litera. Similiter *Odysseam* scripsit *Tryphiodorus*.

X.

47. *Xanthus*, *Lydius* historicus, in *Lydiacæ* historiæ secundo memoriæ prodidit, *Gygen*, *Lydorum* regem, primum feminas castrasse, quo illis semper ætate florentibus uteretur.

48. *Xenocrates* philosophus, quum *Alexander Macedo* misisset illi dono triginta auri talenta, remisit, dictitans regem pecuniis, non autem philosophum opus habere. *Antipatro* Athenas venienti, ipsumque complexo, non prius sermonis vicem reddidit, quam ille inceptam orationem finivisset. Ipse vero a fastu alienissimus, secum frequenter interdiu meditabatur, horamque unam silentio destinavit (*D* IV, 11). Tantum tamen virum Athenienses aliquando venumdedere, quum non posset inquilinarium tributum appendere : eum emit *Demetrius Phalereus*, utrique subveniens, nam *Xenocrati* reddidit libertatem et *Atheniensibus* tributum inquilinarium solvit (*IV*, 14).

49. *Xenophanes* *Colophonius* quattuor esse rerum elementa dixit, infinitos autem mundos eosdemque mutabiles. Nubes consistere quum vapores a sole excitati sursum feruntur easque in aerem elevant. Dei substantiam rotundam esse et globosam nihilque cum homine habere commune; totum cernere totumque audire, non tamen respirare; denique omnibus suis partibus et mentem esse et prudentiam atque æternitatem. Primusque pronuntiavit quidquid nascatur, idem interire debere; item animam esse spiritum : aiebat etiam pleraque inferiora mente esse. Item tyrannis congregiendum aut minime esse aut suavissime. *Empedocle*

§ 44. Eadem *Suidas*. V. *Nicolai* fr. tom. III, p. 313.

§ 45. *Suidas* : Νουμήνιος, Ἀπαμεὺς ἀπὸ Συρίας, φιλόσοφος Πυθαγόρειος. Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν τοῦ Πλάτωνος ἐξελέγξας διάνοιαν, ὡς κτλ. ut apud Nostrum.

§ 46. *Suidas* : Νέστωρ, Λαρυνδεὺς ἐκ Λυκίας, ἑποποιὸς, πατὴρ Πεισάνδρου τοῦ ποιητοῦ, γεγονώς ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως. Ἰλιάδα λειπογράμματον ἦτοι ἀστοιχείωτον (ὁμοίως δὲ αὐτῷ ὁ Τρυφιδώωρος ἔγραψεν Ὀδύσειαν)· ἐστὶ γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ μὴ εὐρίσκεισθαι α, καὶ κατὰ βραψωδίαν οὕτως τὸ ἐκάστης ἐκλιμπάνει στοιχείον. Μεταμορφώσεις, ὥσπερ καὶ Παρθένιος ὁ Νικαίεως, καὶ ἄλλα.

§ 47. Eadem plenius *Suidas*. V. *Xanthi* fr. 19, tom. I, p. 40.

§ 48. Quæ in primo segmine leguntur paullo aliter narrat *Diogenes* IV, 8 ; *Suidas* vero s. v. Ξενοκράτης iisdem verbis, quibus Noster utitur.

ἡ ὥς ἤκιστα ἢ ὥς ἥδιστα. Ἐμπεδοκλέους εἰπόντος αὐτῷ, ὅτι ἀνεύρετός ἐστιν ὁ σοφός, « Εἰκότως, ἔφη· σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἐπιγνωσόμενον τὸν σοφόν. » Πρώτος δὲ εἶπεν, ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα.

O.

50. Ὁ μὴ ρος ἱστορεῖται γενέσθαι τυφλός, ὡς μὴ ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας, ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται.

Π.

51. Παλαμήδης εὗρε τὸ ζ καὶ π καὶ φ καὶ χ στοιχεῖα.

52. Πίνδαρος δ' λυρικός αἰτήσας τὸ κάλλιστον αὐτῷ δοθῆναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἀθρόον ἀπέθανεν ἐν θεάτρῳ, ἀνακεκλημένος εἰς τὰ τοῦ ἑρωμένου αὐτοῦ Θεοξένου γόνата.

53. Πλάτων δ' φιλόσοφος λέγεται μὴ γάμον τινὰ μὴδὲ δμιλίαν σώματος καθάπαξ ἀνέχεσθαι. Φασὶ δὲ, ὡς ἐκ τινος θείας ὀψεως ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔγκυος γέγονεν, ἐπιφανέντος αὐτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος. Καὶ ἡνίκα ἔτεκε τὸν Πλάτωνα, τότε αὐτῇ ὁ ἀνὴρ συνεγένετο. Πλάτης δὲ ὢν τὰ στέρνα ἢ τὸ μέτωπον Πλάτων προσηγορεύθη. Οἱ δὲ ὡς πλατὺν ἐν λόγοις οὕτω φασὶ κληθῆναι. Τίμων δὲ κωμικῶν αὐτὸν ἐν Σίλλοις φησί·

Τῶν πάντων ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητῆς
ἡδυσπὴς τέττιξιν ἰσογράφος, οἱ δ' Ἐκαδήμου
δένδρει ἐρεζόμενοι ὅπα λειριόεσαν ἰαῖσιν.

Πρότερον γὰρ ἡ Ἀκαδημία τὸ χωρίον Ἐκαδημία ἐκαλεῖτο. Οὗτος μῆξιν ἐποίησατο τῶν τε Ἑρακλειταίων λόγων, Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. Τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καθ' Ἑρακλείτον, τὰ δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν, τὰ δὲ πολιτικά κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. Ὀφείλεται δὲ πολλὰ παρ' Ἐπιγάρμου. Φησὶ γὰρ ὁ Ἐπίχαρμος (1. ὁ Ἀλκιμος)· « Λέγουσιν οἱ σοφοὶ τὴν ψυχὴν τὰ μὲν διὰ τοῦ σώματος αἰσθάνεσθαι, ὅον ἀκούουσιν, βλέπουσαν, τὰ δ' αὐτὴν καθ' αὐτὴν ἐνθυμεῖσθαι μὴδὲν τῷ σώματι χρωμένην· διὸ καὶ τῶν ὄντων τὰ μὲν αἰσθητὰ εἶναι, τὰ δὲ νοητὰ. Ὡν ἕνεκα καὶ Πλάτων ἔλεγεν, ὅτι δεῖ τοὺς συνιδεῖν τὴν τοῦ παντός ἀρχὴν ἐπιθυμοῦντας πρῶτον μὲν αὐτὰς καθ' αὐτὰς διελέσθαι τὰς ἰδέας, ὅον ὁμοιότητα καὶ μονάδα καὶ πλῆθος καὶ μέγεθος καὶ στάσιν καὶ κίνησιν· δεύτερον αὐτὸ καθ' αὐτὸ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ δίκαιον καὶ

dicente ipsi sapientem inveniri non posse, « Recte, inquit : nam sapiens sit necesse est, qui norit explorare sapientem. » Idem primus dixit omnia incomprehensibilia esse (D. IX, 19).

HO.

50. *Homerum* tradunt captum oculis fuisse, quia cupiditati quæ per oculos irrepit, non cesserit.

P.

51. *Palamedes* literaria elementa quattuor invenit, ζ, π, φ et χ.

52. *Pindarus* lyricus precatus deos, ut, quod in vita maxime optandum sit, sibi darent, in theatro repentina morte exstinctus est, reclinvi capite super amasii Theoxeni genua.

53. *Plato* philosophus dicitur et connubium et venereum congressum in universum respuisse. Ferunt matrem ejus e numine gravidam uterum tulisse, objecto illi Apollinis viso, ac post editum Platonem, tum demum Aristonem maritum cum ea consuetudinem habuisse (Cf. *Diog.* III, 2). Platonis nomen accepit, quod πλατὺς, id est lato vel pectore vel fronte esset : alii inditum nomen rentur ab ubertate sermonis. Timon comice illum traducens in Sillis ait :

Hos inter dux ille Plato celatissimus ibat,
cujus ab ore melos manabat, quale Hecademī
de arbutis lepida modulantur voce cicadæ.

Initio enim Academia locus Hecademia dicebatur (III, 7). Hic Heracliti, Pythagoræ et Socratis rationes commiscuit ; nam quæ sensibus obvia sunt, ex Heracliti sententia tractavit : quæ mente comprehenduntur, secundum Pythagoram explicuit : in politicis et civilibus rebus a Socrate non discessit. Multa ab Epicharmo mutuatus est, ut testatur *Alcimus* (III, 9), qui etiam hæc dicit : « Rerum periti dicunt, animam partim per corpus persentiscere, nimirum videndo audiendoque ; partim per se ipsam concipere atque intelligere, nunquam corporis ope usam : ac proinde rerum alias sensibus percipi, alias animo cognosci. Quamobrem Plato dixit, eos, qui universalitatis primordia animo complecti desiderant, primum oportere seorsum per se rerum formas, ideas appellant, disjungere atque dispartire, exempli gratia, similitudinem et unitatem, multitudinem et magnitudinem, statum et motum : secundo loco ipsum per se honestum, bonum et æquum, quæque

§ 50. Suidas v. Ὁμηρος p. 1097 ed. Bernh. : Ἐν τῇ νήσῳ τῇ Ἰῳ τέθναπται, τυφλὸς ἐκ παίδων γεγονώς· τὸ δὲ ἀληθές, ὅτι οὐχ ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας, ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται (ἐρχεται Davis. ex Hes.).

§ 51. Suidas : Παλαμήδης, Ναυπλίου καὶ Κλυμένης, Ἀργεῖος, ἐποποιός. Ἦν δὲ οὗτος ἀνεψιὸς τοῦ βασιλέως Ἀγαμέμνονος πρὸς μητρός. Ἔσχε δὲ εὐρυκὴς πρὸς τε φιλοσοφίαν καὶ ποιητικὴν, καὶ εὐρετῆς γέγονε τοῦ Ζ στοιχείου καὶ τοῦ Π (Θ Küster.) καὶ τοῦ Φ καὶ τοῦ Χ, ψήφων τε καὶ πεσσῶν καὶ κύβων καὶ μέτρων καὶ σταθμῶν. Τὰ δὲ ποιήματα αὐτοῦ ἠφανίσθη ὑπὸ τῶν Ἀγαμέμνονος ἀπογόνων διὰ βασκανίαν. Ἰπολαμβάων δὲ καὶ τὸν ποιητὴν Ὀμηρον αὐτὸ τοῦτο πεπονθέναι, καὶ μηδεμίαν τοῦ ἀνδρός· τούτου μνήμην ποιήσασθαι.

§ 52. Suidas : Πίνδαρος, Θηβῶν, Σκοπελίνου υἱός, κατὰ δὲ τινὰς Δαιφάντου· ὁ καὶ μάλλον ἀληθής. Ὁ γὰρ Σκοπελίνος ἐστὶν ἀρανέστερος καὶ προσγενὴς Πινδάρου. Τινὲς δὲ καὶ Παγωνίδου ἱστοροῦσαν αὐτόν. Μαθητῆς δὲ Μύρτιδος γυναικός, γεγονώς κατὰ τὴν ἐξ Ὀλυμπιάδα, κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν ὢν ἐτῶν μ'. Καὶ ἀδελφός μὲν ἦν αὐτῷ ὄνομα Ἐρωτίων, καὶ υἱός Διοφάντος (1. Δαίφαντος)· θυγατέρες δὲ Εὐμητῆς καὶ Πρωτομάχης. Καὶ συνέβη αὐτῷ τοῦ βίου τελευτῇ κατ' εὐχάς· αἰτήσαντι γὰρ τὸ κάλλιστον etc. ut ap. Nostrum. Post v. γόνата Suidas addit : ἐτῶν νε'. Sequitur scriptorum catalogus.

τὰ τοιαῦτα ὑποθέσθαι· τρίτον δὲ τῶν ἰδεῶν συνιδεῖν ὅσαι πρὸς ἀλλήλας εἰσιν, ὅσων ἐπιστήμην ἢ μέγεθος ἢ δεσποτείαν, ἐνθυμουμένους ὅτι τὰ παρ' ἡμῖν, διὰ τὸ μετέχειν ἐκείνων, ὁμώνυμα ἐκείναις ὑπάρχει· λέγω δὲ, ὅσων δίκαια μὲν ὅσα τοῦ δικαίου, καλὰ δὲ ὅσα τοῦ καλοῦ. Ἔστι δὲ τῶν ἰδεῶν ἐν ἑκαστῷ αἰδιόν τε καὶ νόημα καὶ πρὸς τούτοις ἀπαθείς. Διὸ καὶ φησιν ἐν τῇ φύσει τὰς ἰδέας ἐστάναι καθάπερ παραδείγματα, τὰ δ' ἄλλα ταύταις εἰκέναι, τούτων ὁμοιώματα καθεστῶτα. Ὁ τοίνυν Ἐπίχαρμος περὶ τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν οὕτω λέγει·

Α. Ἄρ' ἐστὶν αὐλήσις τι πρᾶγμα; Β. Πάνυ μὲν ὦν.
Α. Ἀνθρώπος ὦν αὐλήσις ἐστίν; Β. Οὐδαμῶς.
Α. Φέρ' ἴδω; τίς αὐλήτάς; τίς εἰμὲν τοι δοκεῖ;
ἄνθρωπος. Οὐ γάρ; Β. Πάνυ μὲν ὦν. Α. Οὐκ ὦν δοκεῖ
οὕτως ἔχειν τοι καὶ περὶ τῶναθῶ; τὸ μὲν
ἀγαθὸν τί πρᾶγμα· εἴμην καθ' αὐθ'· ὅστις δὲ κα
εἰδῆ μαθὼν τὴν, ἀγαθὸς ἔδει γίγνεται.

Οὗτος ὁ Πλάτων Χαβρία συνεῖπετο τῷ στρατηγῷ φεύγοντι θανάτου, μηδενὸς τῶν πολιτῶν τούτο πρᾶξαι βουλευθέντος. Ὅτε καὶ ἀνιόντι αὐτῷ εἰς τὴν ἀκρόπολιν σὺν τῷ Χαβρία Κρωθύλος ὁ συκοφάντης ἀπαντήσας φησὶν· « Ἄλλω συναγορεύσων ἥξεις, ἀγνοῶν ὅτι καὶ σὲ τὸ Σωκράτους κώνειον ἀναμένει; » Ὁ δ' ἔφη· « Καὶ δεῖ ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐστρατευομένην, ὑπέμενον τοὺς κινδύνους, καὶ νῦν ὑπὲρ τοῦ καθήκοντος διὰ φίλον ὑπομενῶ. » Τοιοῦτος δὲ ὦν ὁμοῦ ἐσκώφη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν κωμικῶν. Θεόπομπος γοῦν φησὶν·

Ἐν γὰρ ἐστὶν οὐδὲ ἐν,
τὰ δὲ δύο μόλις ἐν ἐστί, ὡς φησι Πλάτων.

Ἀλλὰ καὶ Ἀναξανδρίδης·

Ὅτε τὰς μορίας ἔτρωγεν ὥσπερ [καὶ] Πλάτων.

Καὶ Τίμων παραγραμματίζων αὐτόν·

Ὅς ἀνέπλαττε Πλάτων πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.

Ἀλεξίς·

Εἰς καιρὸν ἥξεις, ὡς ἔγωγ' ἀπορουμένη
ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ', ὥσπερ Πλάτων,
σφὸν οὐδέν' εὗρηκ', ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη.

Καὶ Ἰάλιν·

Λέγεις περὶ ὧν οὐκ οἶσθα συγγενῶς τρέχων
Πλάτωνι, καὶ γνώσει λίτρον καὶ κρίμμον.

Ἄμφις Ἀμφικράτει·

Τὸ δ' ἀγαθόν, ὃ τί ποτ' ἐστίν, οὐ σὺ τυγχάνεις
μέλλεις διὰ ταύτην, ἥττον οἶδα τοῦτ' ἐγώ,
ὡ δέσποτ', ἢ τὸ Πλάτωνος ἀγαθόν.

Ὁ Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατεῖληφεν, ἀποφαίνεται, τὰ δὲ ψεύδη διελέγχει, περὶ δὲ τῶν ἀδῶλων ἐπέχει. Καὶ περὶ μὲν τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται διὰ τεσσάρων προσώπων, Σωκράτους, Τιμαίου, [τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου]· περὶ δὲ τῶν ψευδῶν ἐλεγχομένους εἰσάγει Θρασύμαχον, Καλλιχλέα, Πώλον, Γοργίαν. Ἐλεγε δὲ, τὴν μὲν ψυχὴν ἀρχὴν ἔχειν ἀριθμητικὴν, τὸ δὲ σῶμα γεωμετρικὴν· ὥριζετο δὲ αὐ-

ejus generis sunt alia, constituere : tertio cernere, quæ ideæ sub eandem rationem cadant, ut scientiam, aut proceritatem, aut principatum; idque animo reputare, ea quæ sunt apud nos ex illorum participatione eis æquivoca fieri : verbi gratia, æqua esse, quæ cum æquo, honesta, quæ cum honesto communicent. Est autem unaquæque species æterna et intelligentia omniumque affectionum vacua : propterea dicit ideæ exsistere tanquam exemplaria, cetera iis similia esse, velut earum simulacra. De bono igitur et ideis sic Epicharmus loquitur :

Α. Tibicinalis ars, resne aliqua est? Β. Quippeni?
Α. Tibicinalis hæc ars, an homo est? Β. Neutquam.
Α. Videamus : ipsum quid putas tibicinem?
hominem, annon? Β. Hominem haud dubie. Α. Nonne extremæ scese habere pariter etiam de bono? (stimas
nempe ut bonum ipsum res sit : at si quis bonum istud didicerit, is jam dicatur bonus? (Diog. III, 12-14.))

Plato Chabrium ducem capitis accusatum comitabatur, nullo id civium tentare auso. Quo tempore inter ascendendum una cum illo in arcem Athenarum, quum Crobylus quadruplator illi obviam factus istud ingessisset : « Alteri auxiliaturus venis, at necis, te quoque manere Socratis cicutam : » ipse respondit : « Quum pro patria militarem, pericula sustinui, et quidem nunc in amici gratiam, ne officium deseram, sustinere non verebor » (III, 24). Ejusmodi tamen vir non effugit maledicta et scommata comicorum, inter quos Theopompus :

Unum enim vero ne unum quidem est;
Imo duo vix sunt unum, quod sentit Plato.

Præterea Anaxandrides :

Quum devorabat oleas, ut solet Plato.

Et Timon ad nomen alludens :

Ut conflictâ Plato astutus miracula finxit.

Item Alexis :

in tempore ipso venisti : ego nam consili inops sursum deorsum spatians, ut Plato, nil docti inveni, sed laboro cruribus.

Et iterum :

Loqueris de quibus nil nosti, plane cursitans
Platonis instar : cæpam nosces et nitrum.

Amphis in Amphicrate :

Atqui bonum illud quod nancisci cogitas
te posse propter hanc, id ego, here, minui scio
Platonis istud quam bonum (III, 27).

Plato quæ assecutus et animo complexus fuit, asserit, falsa refutat, de incertis definire supersedet. De iis quæ approbat, per quattuor personas sententiam suam prodit, nempe Socratem, Timæum, Atheniensem hospitem et exterum Eleatem (D. III, 52). Mendacio vero convictos inducit Thrasy Machum, Calliclem, Polum et Gorgiam. Animum dicebat principium sui habere arithmeticam, corpus

τὴν ἰδέαν τοῦ πάντῃ διεστώτος πνεύματος, αὐτοκίνητόν τε εἶναι.

54. Πύρρων δ' Ἡλείος Ἀναξάρχῳ συνακολουθῶν, καὶ τοῖς γυμνοσοφισταῖς καὶ τοῖς μάγοις συνμίξεν. Οὗτος τὸ τῆς ἀκαταληψίας καὶ ἐποχῆς εἶδος εἰσήγαγεν· οὐδὲν γὰρ ἔφασκεν οὔτε καλὸν οὔτε αἰσχρὸν οὔτε δίκαιον οὔτε ἀδίκον. Καὶ ὁμοίως ἐπὶ πάντων, μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, νόμῳ δὲ καὶ ἔθει πάντα τοὺς ἀνθρώπους πράττειν· οὐ γὰρ μᾶλλον τότε ἢ τότε εἶναι ἕκαστον. Φασὶ δὲ αὐτὸν ἐκπατεῖν καὶ ἐρημάζειν, σπανίως ἐπιφαινόμενον τοῖς οἴκοι. Τοῦτο δὲ ποιεῖν ἀκούσαντα Ἰνδοῦ τινὸς ὀνειδίζοντος Ἀναξάρχῳ, ὥς οὐκ ἂν ἑτερόν τινα διδάξαι οὗτος ἀγαθόν, αὐτὸς αὐλὰς βασιλικὰς θεωραπέων. Αἰεὶ τε εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ καταστήματι· ὥστε, εἰ καὶ τις αὐτὸν καταλίποι μεταξὺ λέγοντα, αὐτῷ διαπεραίνειν τὸν λόγον. Πολλὰκις τε καὶ ἀπεδήμει μηδενὶ προειπὼν, καὶ συνερέμβετο οἷστιν ἤθελε. Καταληφθεὶς δὲ ποτε αὐτῷ λαλῶν, καὶ ἐρωτηθεὶς τὴν αἰτίαν, ἔφη, μελετᾶν χρηστὸς εἶναι. Ἐν ταῖς ζητήσεσιν ὑπ' οὐδενὸς κατεφρονεῖτο, διὰ τὸ [δι]εξοδικῶς λέγειν, καὶ πρὸς ἐρώτησιν. Οὕτω δ' ὑπὸ τῆς πατρίδος ἐτιμῆθη, ὥστε καὶ ἀρχιερεὺς κατέστη, καὶ δι' ἐκείνων πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις ἀτέλεια ἐψηφίσθη. Εὐσεβῶς καὶ τῇ ἀδελφῇ συνεβίω μαιευοῦση. Καὶ φέρονται εἰς τὴν ἀγορὰν, ἐπὶ πρασινὲν ὀρνίθια, εἰ τύχοι, καὶ χοιρίδια. Καὶ τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐκθάειν ἀδιαφόρως. Καὶ χολήσας τι περὶ τῆς ἀδελφῆς (Φιλίστα ἑκαλεῖτο), πρὸς δὴ τὸν λαβόμενον εἶπεν, ὥς οὐκ ἐν γυναικί ἐπίδειξις τῆς ἀδιαφορίας. Καὶ κυνὸς ποτε ἐπενεχθέντος διασοβηθεὶς εἶπε πρὸς τὸν αἰτιασάμενον, ὥς χαλεπὸν εἶη [ὀλοσχερῶς] ἐκδύναι τὸν ἀνθρωπιν· διαγωνίζεσθαι δὲ πρῶτον μὲν ὥς οἶόν τε τοῖς ἔργοις πρὸς τὰ πράγματα, εἰ γε μὴ, τῷ γε λόγῳ.

55. Ποτάμωνα τὸν Μιτυληναῖον ῥήτορα εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντα ποτὲ δ' Καῖσαρ Τιβερίος τοιοῦτος ἐφωδίαζε γράμμασι· « Ποτάμωνα τὸν Λεσβώνακτος εἰ τις ἀδικεῖν τολμήσει, σκεψάσθω, εἰ μοι δυνήσεται πολεμεῖν. »

Σ.

56. Σίβυλλα Ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστίν, ἐρμηνευομένη προφητις. Ὅθεν αἱ θῆλειαί μάντιδες ἐν ὀνόματι σίβυλλαι ὀνομαζόντο. Γεγόνασι δὲ Σίβυλλαι δέκα, ὧν πρώτη ἡ Χαλδαία ἡ περὶ Χριστοῦ προφητεύσασα. Εἰ δὲ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς εὐρίσκονται, καὶ ἄμετροι, οὐκ αὐτῆς ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ταχυγράφων, ἀσυμφασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου· ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεγομένων μνήμη.

57. Στήσιχος ὁ λυρικὸς γράψας ψόγον Ἑλένης ἐτυφλώθη· πάλιν δὲ γράψας Ἑλένης ἐγκώμιον, ἀνέβλεψεν. Ἐκλήθη δὲ Στήσιχος, ὥς πρῶτος ἐν κιθαρωδία στήσας χορόν· πρότερον γὰρ Τισίας ἐλέγετο.

vero geometriam; definiebatque animam esse formam spiritalis quoquo versum distracti, et se suapte vi moventem.

54. *Pyrrho* Eleus *Anaxarchi* comes cum *Gymnosophistis* Indis et *Magis* consuetudinem habuit. Hic legem quandam et formulam invexit incomprehensibilitatis et in dijudicando suspensionis. Negabat quidquam revera esse honestum vel flagitiosum, justum vel injustum: et consimiliter de ceteris: homines tantummodo cuncta agere aut ex legis instituto aut ex consuetudine, disserebat: nihilo enim magis hoc quam illud esse. Prædicant illum solere solitudines et secessus captare, raro domesticis videndum se præbendo, idque fecisse ab eo tempore, quo *Indum* audierat *Anaxarcho* exprobrantem objicientemque, quod alium neminem virtutem et bonum doceret, ipse aulas regum colens atque frequentans. Præterea eodem in statu habituque persistere solitum memorant, ut, etiamsi dicentem quis desereret, secum nihilominus inceptum sermonem perageret. Non raro peregrinationem suscipiebat, nemini sui instituti indicium faciens, et quibuscum vellet una vagabatur. Deprehensus quandoque secum loqui, causamque interrogatus, respondit meditari secum, qua ratione vir bonus fiat et aliis utilis. In quaestionibus nemo despectui illum habuit, eo quod oratione pressa, et ad interrogationem accommodata responderet. In patria tanti est habitus, ut pontifex maximus designatus fuerit: atque in ejus gratiam omnibus philosophis immunitas a vectigalibus plebiscito promulgata est. Pie vixit et cum sorore obstetricante. Idem in forum deferbat aviculas, si ita reserebat, et porcellos. Utensilia domus promiscue tergebat et mundabat. Commotior in sororem, cui *Philistæ* nomen erat, et ob id reprehensus ab alio dixit: « In muliercula non edendum specimen indifferentiæ. » Irruente olim in eum cane exterritus, ad culpantem dixisse memoratur: « Quam difficile est hominem penitus exuere: contendendum tamen est primum, quam fieri potest, maxime operibus, si id fieri nequeat, saltem ratione. » (*Diog.* IX, 61 sqq.).

55. *Potamonem* *Mytilenæum* rhetorem, patrum solum repellentem, *Tiberius Cæsar* hujusmodi literis viatici loco instructum dimisit: « *Potamonem* *Lesbonactis* filium si quis offendere audebit, consideret secum ille, an mecum suscipere bellum valeat. »

S.

56. *Sibylla* romana vox est, fatidicam mulierem significans, unde vaticinæ feminæ uno nomine *Sibyllæ* vocantur. Decem autem numero fuere, quarum prima *Chaldæa* de Christo vaticinata est; cujus si versus aliquot imperfecti et metricis legibus parum constantes inveniuntur, non ipsius id culpa, sed scribarum, qui orationis celeritatem scribendo assequi nequiverunt, quod simul cum cessante inspiratione dictorum memoria intercederet.

57. *Stesichorus* lyricus, quum scripsisset *Helenæ* vituperium, luminibus orbatus fuit; recepto visu, postquam recantasset, edito *Helenæ* encomio. Nomen autem *Stesichori* accepit, quod primus chororum statuerit in cantu ad tibia, dictus antea *Tisias*.

§ 55. Eadem plenius *Suidas*. V. fragm. *Potam.* tom. III, p. 505.

§ 56. Eadem alio ordine *Suidas* s. v. Cf. *Cramer* *Anecd.* Paris. I, p. 332 sq.

§ 57. Eadem *Suidas* s. v.

58. Σαπφὼ ἡ Λεσβία δι' ἔρωτα Φάωνος τοῦ Μιτυληναίου ἐκ τοῦ Λευκάτου κατεπόντισεν ἑαυτήν.

59. Σοφοκλῆς δ' τραγικός μέλιττα ἐκαλείτο διὰ τὸ ἡδύ.

60. Σώφρων Συρακούσιος, Ἀγαθοκλέους, ἔγραψε καταλογάδην Δωρίδι διαλέκτῳ μίμους ἀνδρείους καὶ γυναικείους. Καὶ φασὶ Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον αἰεὶ ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, ὥς καὶ καθύδκειν ἐπ' αὐτῶν ἔσθ' ὅτε.

61. Στίλπιων ὁ Μεγαρεὺς τοιοῦτον εὐρησιλογίᾳ καὶ σοριστείᾳ προῆγε τοὺς ἄλλους, ὥστε μικροῦ δεῆσαι πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἀφορῶσαν εἰς αὐτὸν μεγαρίσαι. Ἀπέσπασε μὲν οὖν καὶ ἄλλους πολλοὺς, Δίφιλον δὲ τὸν Βοσποριανὸν καὶ Μύρμηκα τὸν Ἑξαινέτου, παραγενομένους ὡς ἐλέγχοντας, ζηλωτὰς ἔσχε. Τοῦτον ἀπέδεχετο καὶ Πτολεμαῖος ὁ Σωτήρ· καὶ ἐγκρατὴς Μεγάρων γενόμενος, εἰδίδου τε ἀργύριον αὐτῷ, καὶ παρεκάλει εἰς Αἴγυπτον συμπλεῖν. Ὁ δὲ μέτριον μὲν τι τάργυριδίου προσήκατο, ἀρνησάμενος δὲ τὴν ὑδὸν, μετῆλθεν εἰς Αἴγιναν, ἕως ἐκεῖνος ἀπέπλευσεν. Ἀλλὰ καὶ Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου καταλαβὼν τὰ Μέγαρα, τὴν τε οἰκίαν αὐτοῦ φυλαχθῆναι, καὶ πάντα τὰ ἀρπασθέντα προῦνόησεν ἀποδοῦναι. Ὅτε καὶ βουλομένῳ παρ' αὐτοῦ τῶν ἀπολωλότων ἀναγραφὴν λαβεῖν, ἔφη μηδὲν τῶν ἰδίων ἀπολωλέκεναι· παιδείαν γὰρ μηδένα ἐξεννοχέειν, τὸν τε λόγον ἔχειν καὶ τὴν ἐπιστήμην. Καὶ αὐτῷ διαλεχθεὶς περὶ ἀνθρώπων εὐεργεσίας, οὕτως εἶλεν ὥστε προσέχειν αὐτῷ. Ἦν δὲ ἀληθῶς κομψότατος καὶ ἀφελὴς καὶ ἀνεπίπλαστος πρὸς τε τὸν ἰδιώτην εὐθετος. Οὗτος ἰδὼν τὸν Κράτητα χειμῶνος συγκεκαυμένον· « ὦ Κράτης, εἶπε, δοκεῖς μοι χρεῖαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ », ἦτοι νοῦ καὶ ἱματίου. Καὶ δὲ παρωδῆσας εἶπεν εἰς αὐτὸν οὕτω·

Καὶ μὴν Στίλπων· εἰσεῖδον χαλὲπ' ἄλγε' ἔχοντα
ἐν Μεγάρῳ, ὅθι φασὶ Τυφώος ἔμμεναι εὐνάς.
Ἐνθάδ' ἐρίεσκεν, πολλοὶ δ' ἄμρ' αὐτὸν ἑταῖροι·
τὴν δ' ἀρετὴν παρὰ γράμμα διώκοντες κατέτριβον.

Οὗτος δ' Στίλπιων γηράσας καὶ νοσήσας οἶνον προσήκατο, ὥς τάχιον ἀποθάνη· δ' καὶ γέγονεν. Οὗτος ἀνῆρει τὰ εἶδη· καὶ ἔλεγε τὸν λέγοντα ἀνθρώπον εἶναι μηδένα· οὔτε γὰρ τόνδε εἶναι οὔτε τόνδε· τί γὰρ μάλλον τόνδε ἢ τόνδε; οὐδ' ἄρα τόνδε. Καὶ πάλιν· τὸ λάχανον οὐκ ἔστι τὸ δεκνύμενον· λάχανον γὰρ ἦν πρὸ μυρίων ἐτῶν· οὐκ ἄρα ἔστι τοῦτο λάχανον.

T.

62. Τίμαιος Ταυρομενίτης γρασουλλέκτρια ἐλέγετο, διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν.

58. *Sappho* Lesbica amore Phaonis Mytilenaei ardens de Leucate promontorio in mare praecipitem se dedit.

59. *Sophocles* tragicus apud cognominatus fuit ob carminis suavitatem.

60. *Sophron* Syracusius Agathoclis filius scripsit oratione soluta et Dorica dialecto Mimns masculos et muliebres, quos Platonem semper in manibus habuisse ferunt, illisque interdum etiam indormivisse.

61. *Stilpon* Megarensis inventionis gratia et argutiis in tantum superavit ceteros, ut tantum non omnis Graecia coniectis in eum oculis intenta megarissare coeperit. Avellit itaque ab illis multos discipulos: praeterea Diphilum Bosporianum et Myrmecem Exaeneti filium ad se venientes arguendi gratia sectatores habuit. Magni eum faciebat etiam Ptolemaeus Soter; qui captis Megaris et pecuniam illi misit, et invitavit ut secum in Aegyptum veniret. Ille pecuniae paucillum accepit, sed in Aegyptum ire recusans migravit Aeginam, donec ille abiisset. Demetrius quoque Antigoni filius quum cepisset Megaram, domum illi servari et quae direpta essent cuncta restitui curavit. Ubi quum ea quae amisit ut scripto sibi traderet moneret, nihil rerum suarum se perdidisse respondit: quippe doctrinam et eruditionem sibi ademisse neminem, reliquamque sibi esse et eloquentiam et disciplinam. Atque illum erga homines beneficentiae admonuit tanta orationis vi, ut rex illius jam studiosus prorsus auditor fieret. Erat revera festivus, simplex, simulationis nescius, et rudibus accommodatus. Quum vidisset hieme Cratetem frigore adustum, « O Crates, inquit, videris mihi indigere pallio novo (καινῷ, id est καινοῦ, « pallio et mente »). Unde Crates illum tali parodia lusit:

Atqui ego Stilponem Megaris mala multa ferentem
vidi, ubi monstrosi esse ferunt habitacula Typhæi.
Hic contendebat juvenum comitante caterva,
virtutem absumentem verbo tenus assectando.

Porro Stilpon senio confectus morboque implicitus vinum poposcit, quo mors acceleraretur: quod et evenit. Illic tollebat species: et hominem, qui secum disputabat, esse negabat: neque enim qui disputaret hunc esse vel hunc: qui enim hunc magis quam hunc? non igitur, hunc. Rursusque, « Olus quod ostenditur non est: olus enim ante mille annos fuit: non est igitur hoc olus. »

T.

62. *Timæus* Tauromenita dictus fuit convicio Anus collectrix, eo quod trivialia conscriberet.

§ 58. Suidas: Σαπφὼ, Λεσβία ἐκ Μιτυλήνης, ψάλτρια. Αὕτη δι' ἔρωτα ... ἑαυτήν. Τινὲς δὲ καὶ ταύτης εἶναι λυρικὴν ἀνέγραψαν ποιήσιν.

§ 59. Eadem Suidas s. v., ubi vide reliqua.

§ 60. Eadem Suidas, post voc. Ἀγαθοκλέους addens: καὶ Δαμνασυλλίδος. Τοῖς δὲ χρόνοις ἦν κατὰ Ξέρξην καὶ Εὐριπίδην.

§ 62. Eadem Suidas s. v.

63. Τιμόλαος ὁ Λαρισαῖος ῥήτωρ ἐδιπλασίασε τὴν Ἰλιάδα, παρεμβαλὼν στίχον πρὸς στίχον. Ἐχει δὲ οὕτως·

Μῆνιν αἶεide, θεά, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
 ἦν ἔθετο Χρῦσου κεχολωμένους εἵνεκα κούρης,
 οὐλομένην, ἥ μυρὶ Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
 μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιον ἄνακτος.
 Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαφεν
 Ἑκτορος ἐν παλάμῃσι δαΐδονμένον ὑπὸ δουρὶ.

64. Τριβωνιανὸς κολακεύων Ἰουστινιανὸν βασιλέα, ἔπειθεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀποθάνεται, ἀλλὰ μετὰ σαρκὸς εἰς οὐρανὸν ἀρπαγῆσεται. Ἦν δὲ ὁ Τριβωνιανὸς Ἕλλην καὶ ἄθεος.

65. Τυρταῖόν φασι τὸν ἐλεγειοποιὸν τοῖς μέλεσι χρυσάμενον, ὅτε Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίοις ἐπολέμουν, παροτρύναι Λακεδαιμονίους, καὶ ταύτῃ ἐπικρατεστέρους ποιῆσαι.

66. Τυραννίων δ' Ἐμισσηνός (Ἰ. Ἀμισσηνός), Θεόφραστος πρὶν καλούμενος, μετεκλήθη Τυραννίων, ὡς κατατρέχων τῶν ὁμοσχόλων. Οὗτος αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου ληφθεὶς, καὶ πλούσιος ἐν Ρώμῃ γενόμενος, ἐκτίσαστο βιβλίων ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας.

Υ.

67. Ὑπατία, ἡ Θέωνος θυγάτηρ τοῦ Ἀλεξανδρείου φιλοσόφου, καὶ αὐτὴ φιλόσοφος, διεσπάρθη ὑπὸ Ἀλεξανδρέων, καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐνυδρίσθην καθ' ὅλης τῆς πόλεως διεσπάρη. Τοῦτο δὲ πέπονθε διὰ τὴν ὑπερβάλουσαν σοφίαν, καὶ μάλιστα εἰς τὰ περὶ ἀστρονομίας.

Φ.

68. Φαίδων Ἡλείος, ὁ Σωκράτους μαθητῆς, αἰχμάλωτος ὑπὸ Ἰνδῶν ληφθεὶς, εἶτα πραθεὶς πορνοβοσκῷ τινι, προέστη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἐταίρησιν ἐν Ἀθήναις. Ἐντυχὼν δὲ Σωκράτει ἐξηγουμένῳ, ἤρασθαι τῶν λόγων αὐτοῦ, καὶ αἰτεῖ λύσασθαι. Ὁ δὲ πείθει Ἀλκιβιάδην πρῆσθαι αὐτόν· καὶ ἦν τὸ ἐντεῦθεν φιλόσοφος. Οὗτος ἦρξε τῆς ἀπ' αὐτοῦ κληθείσης Ἡλειακῆς αἱρέσεως, ἥτις ὑστερον ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετρίως Ἐρετριακῇ προσηγορεύθη.

69. Φερεκύδην τὸν Σύριον (ἔστι δὲ μία τῶν Κυκλάδων νήσων ἡ Σύρα) φασὶν οὐ σχεῖν διδάσκαλον, ἀλλ' ἐαυτὸν ἀσκήσαι κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀποκρυφα βιβλία. Οὗτος πρῶτος τὸν περὶ μετεμψυχώσεως λόγον εἰσήνεγκε. Γέγονε δὲ φθειρόδωτος.

63. *Timolaus Larissæus, rhetor, congeminauit Iliadem, versum semper versui subjiciens, hoc modo :*

Iram, Diva, mihi Pelidæ suggere Achillis,
 quam Chryse ob natam sumpsit (cui injuria facta),
 letalem, quæ mille malis involvit Achivos,
 pugnant dum bella cient ductore carentes,
 heroumque animas fortes demisit ad Orcum
 Hectoris manibus, quos hausit missile ferrum.

64. *Tribonianus Justiniano imperatori adulans persuasit non moriturum ipsum, sed una cum corpore raptum cælo immigraturum. Erat autem paganus et impius.*

65. *Tyrtæum, elegiacum poetam, carminibus Lacedæmonios, quo tempore cum Messeniis bellum gerebant, animasse, eaque ratione victoriam illis peperisse proditum est.*

66. *Tyrannion Amisenus, prius Theophrastus (ab eloqui divinitate), posterius Tyrannion mutato nomine dictus est, quod condiscipulos exagitaret. Captus fuit a Lucullo, Romæque in magnis divitiis vivens possedit supra tres librorum myriades.*

ΗΥ.

67. *Hypatia Theonis Alexandrini philosophi filia et ipsa philosopha, ab Alexandrinis discerpta est, et cadaver ejus contumeliis affectum per totam urbem frustatim sparsum est : quod illi accidit ex invidia orta ob eximiam peritiam, rerum præsertim astronomicarum.*

PH.

68. *Phædon Eleus, Socratis auditor, ab Indis captus, ac lenoni venundatus, ab eo prostitutus Athenis fuit ad stuprum. Is forte in Socratem incidens publice profitentem, disputationibus illis mire affici cœpit, petiitque obnixæ, ut redimeretur. Itaque Alcibiadem flexit Socrates, qui enim mercaretur : quo facto jam inde philosophari cœpit. Auspicatus est Eliacam sectam ab ipso nomen adeptam, quæ postea a Menedemo Eretriensi Eretriana appellata est.*

69. *Pherecydes Syrius (est autem Syra e Cycladibus insulis una) nullo usus fuisse magistro, suoque Marte profecisse dicitur, postquam arcana Phœnicum commentaria nactus fuerat. Hic primus opinionem de animorum transmigratione invexit. Absumptus autem est a pediculis.*

§ 63. Suidas : Τιμόλαος, Λαρισαῖος ἐκ Μακεδονίας, ῥήτωρ, Ἀναξιμένης τοῦ Λαμψακηνοῦ μαθητῆς. Ὁς καὶ ποιητικῶς ἔχων παρενέβαλε τῇ Ἰλιάδι στίχον πρὸς στίχον, καὶ ἐπέγραψε τὸ σύνταγμα Τρωικόν. Μῆνιν αἶεide κτλ.

§ 64. Suidas : Τριβωνιανός, Μακεδονιανός, ἀπὸ δικηγόρων τῶν ὑπάρχων. Οὗτος ὁ Τριβωνιανός Ἕλλην ὑπῆρχε καὶ ἄθεος καὶ ἄλλότριος κατὰ πάντα τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· κόλαξ δὲ καὶ ἀπατεὼν καὶ πείθων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα, ὡς ὅτι οὐκ ἀποθάνεται, ἀλλ' εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ σαρκὸς ἀναληφθήσεται. Ἦν δὲ κοινάιστωρ Ἰουστινιανοῦ.

§ 65—69. Eadem Suidas.

70. Φιλήμων δ' Συρακούσιος ὑπὸ σφοδροῦ γέλωτος ἐτελεύτησεν, ὡς δὴ καὶ Φιλιστίων δ' Νικαεύς, εἰς δὲ καὶ ἔστι τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα·

Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον
γέλωτι μίσας Νικαίεὺς Φιλιστίων.

Οὗτος ἐγραψε τὸν Φιλόγελων.

71. Φιλίσκον τὸν Μιλήσιον ῥήτορα, πρότερον αὐλητὴν ὄντα παραδοξότατον, Ἰσοκράτης δ' ῥήτωρ αὐλοτρύπην ἐκάλεσεν.

72. Φιλετᾶς δ' Κῶος ἰσχνωθεὶς ἐκ τοῦ ζητεῖν τὸν καλούμενον ψευδόμενον λόγον ἀπέθανε.

73. Φίλων δ' Ἑβραῖος τοσαύτην πρὸς Πλάτωνα ὁμοιότητα ἔσχε κατὰ τε φράσιν καὶ διάνοιαν, ὡς εἰς παροιμίαν παρ' Ἑλλήσι τοῦτο χωρῆσαι· ἡ Πλάτων φιλωνίζει ἢ Φίλων πλατωνίζει.

74. Φιλόστρατος δ' Ἀθήνιος, δ' τὰς Εἰκόνας γράψας, υἱὸς ἦν τοῦ πρώτου σοφιστοῦ Φιλοστράτου Ἀθημίου. Οὗτος δ' δευτέρως ἐσοφίστευσεν ἐν Ἀθήναις, εἴτα ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Σεβήρῳ τοῦ βασιλέως.

X.

75. Χαρτίλος Σάμιος, ποιητὴς, ἐγραψε τὴν Ἀθηναίων νίκην κατὰ Ξέρξου, ἐφ' οὗ ποιήματος κατὰ στίχον στατήρα χρυσοῦν ἔλαβε, καὶ σὺν τοῖς Ὀμήρου ἀναγινώσκεσθαι ἐψηφίσθη.

76. Χρύσιππον τὸν φιλόσοφον αἰτιῶνται τινες προκεῖν λέγοντα ὅπως ποριστέον τῷ σοφῷ. Φασὶ γάρ, τίνας χάριν ποριστέον αὐτῷ· εἰ μὲν γὰρ τοῦ ζῆν ἔνεκα, ἀδιάφορον τὸ ζῆν· εἰ δὲ ἡδονῆς, καὶ αὐτὴ ἀδιάφορον· εἰ δὲ τῆς ἀρετῆς, αὐτάρχεις αὐτὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Καταγέλαστοι δὲ φασὶ καὶ οἱ τρόποι τοῦ πορισμοῦ, ὅσον οἱ ἀπὸ βασιλέως· εἰκειν γὰρ αὐτῷ δεήσει· καὶ οἱ ἀπὸ φίλιας· λήμματος γὰρ ὧνις ἡ φιλία ἔσται· καὶ οἱ ἀπὸ σοφίας· μισθωρήσει γὰρ ἡ σοφία. Τοῦτον τὸν Χρύσιππον φασὶν ἔχειν ἐπὶ φιλοσοφίαν, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῆς πατρῴας εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληφθείσης. Τέλος.

70. *Philemon* Syracusanus nimio risu exstinctus est, ut et *Phlistion* Nicæensis, de quo exstat epigramma :

*Mortalium ærumnosam vitam miscuit
risu Phlistion , Nicæa quem dedit.*

Hic scripsit Cachinnatorem.

71. *Philiscus* Milesius rhetor, antea clarus artis gloria tibicen, quem *Isocrates* orator tibiæ foratorem nuncupabat.

72. *Philetas* Cus quum in inveniendō sophismate quod *Pseudomenos* vocatur, elaboraret, extenuato corpore obiit.

73. *Philon* Hebræus tantam cum Platone et ingenio et scriptis affinitatem habuit, ut in proverbium abierit apud Græcos : Aut Plato philonissat, aut Philo platonissat.

74. *Philostratus* Lemnius, qui de *Imaginibus* librum scripsit, filius fuit primi *Philostrati*, sophistæ Lemnii : docuit Athenis ; postea Romæ, imperante Severo.

CH.

75. *Chærilus* Samius poeta scripsit Atheniensium victoriam de Xerxe, pro cuius poematis singulis versibus aureum staterem dono accepit, decretumque fuit, ut cum *Homerici* scriptis simul legeretur.

76. *Chrysippum* philosophum criminantur nonnulli, quod prævidisse animo se dixerit, qua ratione sapienti quæstus sit faciendus. Nam aiunt cuius rei gratia sectandus ei quæstus erit? Nam si quidem ut vivat, vivere indifferens est ; quodsi ut fruatur voluptate, et ipsa indifferens est ; si autem virtutis causa, sufficit ipsa ad beatam vitam. Sunt autem perridiculi et quæstus huiusmodi : quippe si qui a rege suppeditentur, obsequendum illi erit necessario ; si autem ab amicitia proficiantur, venalis et quæstuosa erit amicitia : sin vero a sapientia, mercenaria erit sapientia (D. VIII, 126). Hunc ad philosophiam accessisse perhibent postquam res paterna in fiscum regium absumpta esset. *Finis.*

NONNOSUS.

18. (Constantii an. 22; 358 p. C.)

Ibid. p. 28 : Ὅτι οἱ βάρβαροι ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραδάτου εἰρήνην ἤτουν· ὁ δὲ ἦλθεν εἰς τὸ σπείσασθαι αὐτοῖς, καὶ ἐζήτηε δμῆρους λαβεῖν. Οἱ δὲ βάρβαροι πάνυ πολλοὺς ἐλεγον ἔχειν (αὐτὸν αἰχμαλώτους. Καὶ ἐκείνος ἀπεκρίνατο τούτους ἔχειν suppl. Nieb.) πολέμῳ, ἀλλ' οὐ παρ' ἐκείνων δεδομένους· νῦν δὲ ζητεῖν εἰρήνης ἐνέχυρα, εἰ τινες εἴεν πρὸς τοῦτο παρ' αὐτοῖς ἐπιτήδευοι. Ἐκείνων δὲ οὐδὲν ἀπαρνούμενων, ἀλλὰ δώσειν συντιθεμένων οὐς ἂν αὐτὸς ἐπιλέξοιτο, τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν ἡξίου λαβεῖν ὡς ἀντὶ πολλῶν μόνον ἀρκοῦντα, ὃν εἶχεν αἰχμαλώτων. Οἱ δὲ βάρβαροι ᾗδ' ἐτεχνάσαντο αὐτὸν ὑπολαμβάνοντες, μετὰ τοῦ σφῶν βασιλέως ὁδουρόμενοί τε καὶ στένοντες, ἐδέοντο τοῦ Καίσαρος ἀδύνατα μὴ ζητεῖν, ἀπαιτοῦντα τοὺς ᾗδ' ἐτεχνεῖσθαι δμῆρους· τοῦτο δὲ τεκμήριον εἶναι τοῦ σπονδᾶς αὐτὸν μὴ ἐθέλειν ποιήσασθαι.

Diductius hæc narrat Eunapius (fr. 2), quem excerpisse videtur Petrus Patricius.

ANONYMUS,

QUI DIONIS CASSII HISTORIAS CONTINUAVIT.

Petro Patricio subtexere placuit de sentiis excerpta, quæ in Palimpsesto Vaticano eclogis Dionis Cassii adjunguntur nullo distinctionis interposito indicio. Etenim Dio Cassius haud ultra Alexandri Severi annum octavum (229 p. C.) historias suas deduxit, uti constat. At Excerpta Vaticana pergunt usque ad Constantinum Magnum. « Est ergo, Maius (p. xxiv) ait, hæc Anonymi continuatio, quam Christianum habere auctorem ex pag. 244 (fr. 13, § 1) cognoscimus. Sed enim vix inceptis Constantini rebus, palimpsesti Vaticani folia deficient, ideoque quatenus continuatio processerit, ignoramus. Quia tamen Planudes quoque Dionis eclogarius, ut postea dicam, appendicem illum novit, isque in rebus Gratiani desiit, hanc fuisse appendicis metam atque ipsius auctoris ætatem credere licet. » Idem Maius (p. 234) de auctore hujus continuationis : « Ego,

inquit, valde suspicor fuisse Johannem Antiochenum, cujus reapse historici archæologiam compilat Porphyrogeniti eclogarius in codice Peiresciano, quem Valesius edidit. Certe homo Christianus est, ut ex Diocletiani rebus (fr. 13, 1) cognoscitur. » Verumenimvero quum Chronica Johannis ab Adamo initium sumant longeque ultra Constantini tempora progrediantur : mirum foret scriptorem sententiarum nonnisi operis particulam res inde ab Alexandro Severo usque ad mortem Constantini complectentem excerpisse, dum ii qui Exc. de virtut. et De insid. concinnarunt, universam Antiocheni monachi historiam percurrunt. Deinde vero fragmenta nostra ubertatem narrationis arguunt, qualem in Dione habemus, in Chronicorum autem compendiis nemo exspectaverit. Et ipsa hæc narrationis exilitas in causa fuit, opinor, ut Chronica Johannis, sicuti etiam Syncelli, Joannis Malalæ et Georgii Hamartoli, a titulo De sentiis excluderentur. Præterea Joannes Antiochenus inde a Commodi regno usque ad Gordiani tempora in compendium redegit et ut plurimum verbotenus excerpisse historias Herodiani. Nostra autem Anonymi fragmenta, quæ ad hoc temporis spatium pertinent, ex alio manasse fonte liquet. Ergo de Joanne auctore cogitari nequit.

Paullo probabilius Niebuhrius censuit eclogas illas anonymas ad Petrum Patricium referendas esse. Sed iterum quæras cur eclogarius ab ea demum historiarum parte initium fecerit, in qua Dio Cassius desinit. Num catenam quandam historiæ nectere voluit? Id vero studium a Constantinianis Excerptis alienum est. Num igitur propterea ita actum esse putabimus, quod antecedentia Petri magistri omnia e Dione transcripta esse constabat? Tum vero offendit, quod ejus rei nonnisi in titulo De sentiis, non item in Eclogis De legatis ratio habita sit. — Quæ quum ita sint, de nomine auctoris nihil asseverare et ne divinare quidem ausim. Ceterum censeo scriptorem illum omnino non esse de numero eorum qui in aliis titulis Constantinianis nominatim recensentur. Etenim quum excerptor nomen præter morem non apposuerit, excerptorum autem adornatio eadem sit, quæ in Dionis eclogis, quibus pro lemmatis nomina imperatorum præfiguntur : suspicio nasci-

18.

Barbari (sc. *Chamavi*) sub Juliano Apostata pacem petierunt; ille vero profectus est, ut cum illis transigeret, et obsides sibi dari petiit. Barbari responderunt, multos jam in ejus potestate esse. Tum ille hos belli jure, non ab ipsis traditos habere se dixit : nunc querere pacis pignora; viderent, si qui essent apud ipsos huic rei apti et idonei. Quum nihil abnuerent, sed daturos se promitterent, quos

elegisset, regis filium poscit, quem unum pro multis obsidem detineret; is autem jam inter captivos a Romanis custodiebatur. Sed barbari ipsum periisse existimantes, ad luctum et mororem una cum rege conversi, obtestati sunt Cæsarem, ne a se ea, quæ præstare non possent, peteret : quod faceret, quum eos, qui jam fato functi essent, sibi dari obsides postularet, quo satis se fœdera facere nolle indicaret.

tur τὰ μετὰ Δίωνα in ipso Dionis codice, quo eclogarius tituli De sententiis usus est, ἀνωνύμω; fuisse subjecta. Immo ultro progrediendum esse puto. Scilicet quum Dionis eclogæ in tit. De sent. mirum quantum ab editionibus nostris recedant, et enormes sint, ut Maii verbis utar, lectionis varietates : proclivis est suspicio eundem hominem qui Dionem continuavit, etiam retractasse Dionis historias vel mutasse modo contrahendo narrationem, modo Dioneis verbis sua ipsius substituendo. Obijcias mutationes istas omnes eclogario imputandas esse. Ego vero nego. Etenim in fragm. Vaticano quod p. 204 ed. Rom. ex Calligulæ historia affertur, verba aliter plane habent quam in editionibus nostris Dionis (59, 22). In his Dioneum orationis colorem agnoscis, in fragmento autem illo ingenium deprehendens hominis senioris; hunc vero non fuisse eclogarium inde comprobatur, quod iisdem quibus ille verbis eandem rem narravit Joannes Antiochenus (fr. 38, ubi vide), quem in hac historiæ parte quamplurima e Dione exscripsisse scimus. Unde colligo Joannem et Eclogarium nostrum eadem Dionis quasi recensione usos esse. Nescio an diligentior disquisitio etiam alia ejusdem rei vestigia possit indagare. Ego unum hoc, in quod forte incido, subjungam. In Dionis Exc. Vat. p. 547, nomen Viriathi mire corruptum est in Βορίανθος. Eodem autem modo nomen hoc scribitur in Exc. Joannis Antiocheni (fr. 60). — Ceterum ex auctore nostro, qui Dionis historias continuavit, præ ceteris sua hausit Zonaras, adeo ut haud semel eum ad verbum fere exscripserit (v. fr. 2. 8. 9. 10. 11).

ANΩΝΥΜΟΥ ΤΑ ΜΕΤΑ ΔΙΩΝΑ.

1. ΒΑΛΕΡΙΑΝΩΣ.

(254 p. C.; Valeriani et Gallieni an. 1.)

Ὅτι ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς μετὰ Μαριάδνου πρὸ τῆς πόλεως Ἀντιοχείας ὡς εἴκοσι σταδίου στρατοπεδεύεται. Καὶ οἱ μὲν φρόνιμοι ἔφυγον τῆς πόλεως, τὸ δὲ πολὺ πλῆθος ἔμεινεν, τοῦτο μὲν φίλοι ὄντες τῷ Μαριάδνῳ, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς καινισμοῖς χαίροντες, ὅπερ ὑπὸ ἀνοίας πάσχειν εἰώθασι.

Pro φίλοι ὄντες τῷ Μαριάδνῳ, quod dedi, Maius : φιλοῦντες τὸ Μαρ(α)δνῳ (sic); possis etiam φιλοῦντες

τὸν Μαρ(α)δνῳ. Antiochiam a Sapore captam esse verbo tradunt Zosimus III, 32, 8; Trebellius Pollio in Triginia tyr. c. 2; Zonaras XII, 23, p. 594 ed. Bonn.; fusius Ammian. XXIII, 5, 4 et Malala XII, p. 295 sq. ed. Bonn. cf. Libanius Or. 4, p. 154, C; Or. 6, p. 185 B. Qui n. l. Μαρ(α)δνός vocatur, ap. Ammian. l. l. audit *Mareades*; apud Malalam l. l. Μαριάδης, rectius, puto. Ammianus ita habet : *Quum Antiochiæ in alto silentio, scenicis ludis, mimus cum uxore immissus e medio sumpta quædam imitaretur, populo venustate attonito, conjunx, « Nisi somnus est, inquit, en Persæ », et re-tortis plebs universa cervicibus, exacervantia in se tela declinans spargitur passim. Ita civitate incensa et obtruncatis pluribus, qui pacis more palabantur effusius, incensisque locis finitimis et vastatis, onusti præda hostes ad suâ remearunt innoxii, Mareade vivo exusto, qui eos ad suorum interitum civium duxerat inconsulte. Et hæc quidem Gallieni temporibus evenerunt.* Malalas ita : Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ (Βαλεριανοῦ) βασιλείας εἰς τῶν πολιτευομένων Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ὀνόματι Μαριάδης, ἐκβληθεὶς ἐκ τῆς βουλῆς κατὰ συσκευὴν τοῦ παντὸς βουλευτηρίου καὶ τοῦ δήμου (ἐλείπετο γὰρ εἰς τὰ ἱππικὰ, εἰς οἷον δῆποτε μέρος ἐστρατήγησε, μὴ ἀγοράζων ἵππους, ἀλλὰ τὰ τοῦ ἱππικοῦ δημόσια ἀποκερδαίνων), ἀπῆλθεν εἰς τὴν Περσίδα καὶ ἀπηγγέλατο τῷ βασιλεῖ Περσῶν Σαπῶρῃ προδίδειν αὐτῷ Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην, τὴν ἰδίαν αὐτοῦ πόλιν. Καὶ ἦλθεν ὁ αὐτὸς Σαπῶρης... καὶ παραλαμβάνει τὴν Ἀντιόχειαν... ἐν ἐσπέρᾳ καὶ πραιτεύει αὐτὴν καὶ στρέφει καὶ καίει αὐτὴν, χρηματιζούσης τότε τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας ὅτι (sic cod.; τιδ' scr. Chilmead.; i. e. 263 p. C.; quod a vero longius abest. Corrigo δέ, ær. Antioch. an. 304, 253 p. C.). Ἀπεκεφάλισε δὲ καὶ τὸν πολιτευόμενον, ὡς προδότην ὄντα πατρίδος ἰδίας. Multo probabilius est Mariadem a Syris, non vero a Sapore interfectum esse. Fides Malalæ, qui sua e Domnino chronol. affert, præne nulla est, ut vel ex iis quæ sequuntur apud eum fabulosa de Sapore ab Antiochenis tunc interfecto intelligis. Ceterum, nisi fallor egregie, *Miriades* iste idem est cum *Cyriade*, quem Trebellius Pollio in Triginia tyrannis (c. 2) recenset, aliunde autem non novimus. Verba Polliionis hæc sunt : *DE CYRIADE. Hic patrem Cyriadem fugiens, dives et nobilis, quum luxuria sua et moribus perditis sanctum senem gravaret, direpta magna parte auri, argenti etiam infinito pondere,*

DIONIS CONTINUATIO.

1. VALERIANUS.

Persarum rex (Sapor) cum Mariadno (*Mariade*) ab urbe Antiochia stadiis ferme viginti castra metatus est.

Tum prudentior quisque civis urbe se subduxit; plebs tamen multitudo mansit, partim cum Mariadno faciens, partim etiam rebus novis delectata, qui mos stultitiæ popularis est.

Persas petiit; atque inde Sapor regi conjunctus atque sociatus, quum hortator belli Romanis inferendi fuisset, Odenatum primum, deinde Saporem ad Romanum solum traxit: Antiochia etiam capta et Cæsarea (et Carris Salm.), Cæsarianum nomen accepit. Atque inde vocatus Augustus, quum omnem Orientem vel virium vel audaciæ terrore quateret, patrem vero interemisisset (quod alii historici negant factum), ipse per insidias suorum, quum Valerianus jam ad bellum Persicum veniret, occisus est. Neque plus de hoc historiæ quidquam mandatum est quod dignum memoriæ esse videatur: quem clarum perfugium et parricidium et aspera tyrannis et summa luxuries literis dederunt.

2. ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΣ.

(254 p. C. Valeriani an. 1.)

Ὅτι Αἰμιλιανὸς ἀναγορευθεὶς βασιλεὺς ἔγραψε πρὸς τὴν σύγκλητον, ὅτι «τὴν βασιλείαν ὑμῖν καταλιμπάνω, καὶ γὰρ ὁ στρατηγὸς ὑμέτερος πανταχοῦ ἀγινώσκει.»

Æmilianus hic, in Mæsia legionibus sub Gallo imp. præfectus, quum Scythiis sive Gothis insignem cladem intulisset, elatus hoc successu, purpuram sumpsit, et ad Italiam occupandam properavit. Profectus contra eum Gallus, commisso prælio victus periit (253 p. C.). His relatis, Zonaras (XII, 22, p. 591), ex Nostro fonte hauriens, pergit: Ἀναρρηθείς δὲ οὕτως αὐτοκράτωρ ὁ Αἰμιλιανὸς ἐπέστειλε τῇ συγκλήτῳ, ἐπαγγελλόμενος ὡς καὶ τὴν Θράκην ἀπαλλάξει βαρβάρων καὶ κατὰ Περσῶν ἐστρατεύσεται καὶ πάντα πράξει καὶ ἀγωνίσεται ὡς στρατηγὸς αὐτῶν, τὴν βασιλείαν τῇ γερουσίᾳ καταλιπόν. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων ἐφθη πεποιηκώς, Οὐαλεριανοῦ ἐπαναστάτος αὐτοῦ. Æmiliano a militibus deserto, Valerianus imperio potitur (254). Cf. de Æmiliano Euseb. Hist. Eccl. VI, 39. Auctor noster hæc narravit ad an. 254.

2. ÆMILIANUS.

Æmilianus sumpta purpura ita scripsit ad senatum: «Regnum quidem vobis permitto; ego vero ubique terrarum imperator vester bella gero.»

3. GALLIENUS.

Macrinus fisci comes et annonæ præfectus, quia pede mutilatus erat, non est in prælio (quo Sapor rex Valerianum vicit et cepit) conspectus, sed Samosatis milites exspectavit et recepit. Sapor autem misit Cledonium, virum judicibus apud imperatorem introducendis præpositum, qui Macrinum adhortaretur, ut veniret ad Valerianum. Is autem negavit se iturum. «Quis enim, inquit, adeo insanus est, ut libertati servitutem præponat. Præterea qui me accersunt, nequaquam domini mei sunt: alter quippe est

FRAGMENTA HISTOR. GR. — VOL. IV.

3. ΓΑΛΙΗΝΟΣ.

(260 p. C. Galieni an. 7.)

Ὅτι Μακρίνος, κόμης τῶν θησαυρῶν καὶ ἐξεσθὺς τῇ ἀγορᾷ τοῦ σίτου, ἐπειδὴ καὶ τὸν ἕνα πόδα ἐπεπῆρωτο, οὐχ εὐρέθη ἐν τῷ πολέμῳ, ἀλλ' ἐν Σαμοσάτοιο καὶ ἀπεδέχετο τοὺς στρατιώτας καὶ ἀνεκτάτο. Ὁ δὲ Σαπώρης πέμπει Κληρόνιον ἄνδρα τοὺς δικαστὰς εἰσάγοντα τῷ βασιλεῖ, ὃς προέτρεπε Μακρίνον ἐλθεῖν πρὸς Βαλεριανόν. Ὁ δὲ οὐχ εἴλετο ἀπελθεῖν, λέγων· «Τίς τοσοῦτον μαίνεται ὥστε ἐκὼν αὐτ' ἐλευθέρου δοῦλος καὶ αἰγμάλωτος γενέσθαι; ἄλλως τε καὶ οἱ προστάττοντες ἀπελθεῖν οὐκ εἰσὶ μου κύριοι. Ὁ μὲν γὰρ πολέμιός ἐστιν, ὁ δὲ οὐδὲ ἑαυτοῦ δεσπόζει, οὐχ ὅπως ἡμῶν (ἡμῖν Mai.).» Καὶ παρήγει καὶ τῷ Κληρόνιῳ μένειν καὶ μὴ ἐπανελθεῖν πρὸς Βαλεριανόν. Ὁ δὲ ἔφη μὴ προδιδόναι τὴν πίστιν τοῦ γενομένου αὐτοῦ δεσπότου. Καὶ ἐπανελθὼν κατεσχέθη μετὰ τῶν αἰγμάλωτων.

Ἐνα πόδα ἐπεπῆρωτο] Cf. Zonar. XII, 24, p. 598: θάτερον πεπῆρωτο τῶν σκελῶν. Euseb. Hist. Eccl. VII, 10. — Οὐχ εἴλετο ἀπελθεῖν] «Hinc ap. Euseb. VII, 53 dicitur proditor Valeriani Macrinus. Reapse autem non ivit ad Persas Macrinus, quia imperium affectabat.» Mai. De ejus rebellione præter laudatos vide Trebell. Poll. in Trig. tyr. c. 11.

4. ΓΑΛΙΗΝΟΣ ΚΑΙ ΜΕΜΩΡ.

(Circa 261 p. C. Gallieni an. 8.)

Ὅτι Μέμωρ Μαυρούσιος πεμφθεὶς ἐπὶ συλλογῇ κερπῶν, καινῶν πραγμάτων ἐπεθύμησεν, καὶ σπουδῇ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀναιρεῖται. Οἱ δὲ ἄρχοντες ἐμέμφοτο ὡς ἀδίκως αὐτὸν ἀναιρεθέντα. Καὶ Θεόδοτος κελευσθεὶς ἀπολογῆσθαι εἶπεν, ὅτι «οὐκ ἔν πολλῇς ἄξιός καταγνώσεως Μέμωρ, ὡς ἀδυνάτοις ἐπιχειρῶν δ' ἔχων τοσοῦτων ἀρχόντων περιβολὴν καὶ δύναμιν, ἀλλ' ἐκείνος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διὰ τῆς ἐμῆς σπουδῆς καὶ βασιλικῆς προνοίας τοῦ σκοποῦ διήμαρτον.» Ἡθελεὶ δὲ βασιλεὺς τῇ

hostis, alter ne sui quidem ipsius, nedum nostri dominus est.» Quare auctor erat Cledonio, ut ipse quoque maneret, neque ad Valerianum rediret. At enim hic negavit, fidem se ejus falsurum, qui dominus aliquando sibi fuisset; reversusque cum aliis illic captivis retentus est.

4. GALLIENUS ET MEMOR.

Memor Maurus ad frumentandum missus, novas res moliri crepit, statimque a militibus occisus est. Sed quum præfecti inique illum occisum quererentur, Theodotus causam dicere jussus ait admodum condemnatione dignum fuisse Memorem, quippe qui, quum tot præfectorum tutela et viribus niteretur, minime impossibilem sit rem aggressus; at vero iste consciique ejus, inquit, diligentia mea nec non regia providentia a proposito suo depulsi sunt. Delectatus

ἀπολογία ἐκέλευσεν ὑπὲρ Μέμορος μηδένα φεύξεσθαι.
 "Οτι οἱ φαύλους ἀναχθέντες ἄνθρωποι οὐκ εἰώθασιν
 βεβαίως τὰς φιλίας φυλάττειν, ἀλλ' ἐκ μικρῶν προφά-
 σεων μεταβάλλονται.

Nisi cæcutio, legend. est : ὅτι ἦν πολλῆς... ὥς οὐκ
 ἀδυνάτοις κτλ. Memor ille, ex eorum numero qui
 imperium sub Gallieno affectarunt, ex solo novi-
 nus Zosimo I, 38, 1 : 'Ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὁ Γαλλιηνὸς
 συνταραχθεὶς, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανήκει (260), τὸν ὑπὸ
 Σκυθῶν ἐπαχθέντα πόλεμον διαθήσων. Ἐν τούτῳ δὲ
 ἐπαναστάντων αὐτῷ Μέμορος (sic ex cod. Vatican.
 em. Mai. vulgatam Κέκροπος) τοῦ Μαυρουσίου
 καὶ Αὐριόλου καὶ Ἀντωνίνου καὶ ἐτέρων πλειόνων, οἱ
 μὲν ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες ὑπήχθησαν δίκῃ, Αὐρίολος
 δὲ κτλ.

Annum ad quem res pertineat, accuratius de-
 finire non habeo. De Theodoto Gallieni duce,
 qui Æmilianum in Ægypto (263), et Posthu-
 mium in Gallia debellavit (264 sq.), v. Trebellius
 Pollio in Gallieno c. 4 et in Trig. tyr. c. 21.

5. ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ ΚΑΙ ΙΝΓΕΝΟΥΟΣ.

(261 p. C.)

1. "Οτι ἡ τοῦ Γαλλιηνῷ γαμετὴ τοῦ βασιλέως ἀπηρέσθη
 τῷ προσώπῳ Ἰγγενούου, καὶ μεταπεμφαμένη Βαλεν-
 τίνον, εἶπεν αὐτῷ ὅτι « Ἐγὼ τὴν σὴν προαίρεσιν οἶδα,
 τὸν δὲ βασιλέα ἐπὶ μὲν τῇ σῇ ἐπιλογῇ ἐπαίνῳ, ἐπὶ δὲ
 τῇ Ἰγγενούου οὐκ ἐπαίνῳ. Ἐν πολλῇ γάρ μοι ὑπονοία
 ἐστίν· ἀλλ' ἀντιπρᾶξαι τῷ βασιλεῖ οὐ δύναμαι· ἀλλὰ
 σὺ ἐπιτῆρῃ τὸν ἄνδρα. » Ἀποκρίνεται Βαλεντίνος ὅτι
 « Γένοιτο μὲν καὶ Ἰγγένουον γνήσιον περὶ τὴν δουλείαν
 ὑμῶν ὀφθῆναι, ἐπεὶ τὸ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἂν παραλείψω τι
 τῶν εἰς εὐνοίαν ὁρῶντων τοῦ ὑμετέρου οἴκου. »

2. "Οτι ἐν τῷ κατὰ Ἰγγενούου πολέμῳ πολλὰ καὶ
 τέχνη καὶ γονεῖς καὶ ἀδελφοὺς ἀνείλον, ἐπὶ τοσούτων

ὥστε τινὰ κατασχεῖν ἴδιον ἀδελφὸν παρὰ Γαλλιηνῷ καὶ
 εἰπεῖν « Ὁ βασιλεῦς, οὗτος ἀδελφὸς ἐμός ἐστι, καὶ ἐν
 τῷ πολέμῳ κατέσχον αὐτόν. » Ὁ δὲ νομίσας ὅτι πα-
 ραιτήσασθαι αὐτὸν βούλεται, καὶ ἀπεδέξατο καὶ ἐπή-
 νεσεν, καὶ ὑπέσχετο πολλὰ δώσειν, καὶ τὴν ἁμαρτίαν
 τῆς τυραννίδος συγχωρεῖν. Τὸν δὲ εἶπεν, ὅτι οὐ χρὴ
 τὸν ἅπαζ ἀντάραντα δπλα βασιλέως ζῆσαι, καὶ τὸ ξί-
 φει ἀνελεῖν αὐτόν. Ὁ δὲ Γαλλιηνὸς ἡγανάκτισε μὲν,
 πλὴν διὰ τὸ ἀδόκητον τῶν πραγμάτων συνεχώρησεν.

3. "Οτι Κλαύδιος ἔτυχε τρωθεὶς εἰς τὸν ἀστράγαλον,
 καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς ὁ βασιλεὺς περὶ αὐτοῦ ἐπυν-
 θάνετο. Εἷς οὖν τῶν στρατιωτῶν εἶπεν ὅτι ὥς Ἀχιλ-
 λεὺς πολεμήσας γενναίως ἐτρώθη, καὶ ἐν τῷ καταγωγίῳ
 αὐτοῦ ἐστὶ θεραπευόμενος· ὥστε τὸν βασιλέα εἰπεῖν ὅτι
 εἰκότως καὶ εἰς τὸν ἀστράγαλον ἐτρώθη.

§ 1. Gallieni uxorem in castra maritum secu-
 tam etiam ex Zonara XII, 25, p. 601 liquet. — De
 Valentino aliunde non constat. Maius suspicatur
 fortasse eundem esse cum *Valente*, quem dicit
 Trebellius in Gallieno c. 2. — § 2. « Belli hujus
 sævitiam immanem arguere licet etiam ex epistola
 quam recitat Trebellius in Ingenuo sive in Trig.
 tyr. c. 8. » MAI. Cf. de hoc bello Zonaras XII,
 24, p. 597, et Tillemont III, p. 324 sq. — § 3.
 Claudium Gallieno bellorum socium fuisse colligi-
 tur ex Trebellio in Gallien. c. 7 et 5.

6. ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΤΟΥΜΟΣ.

"Οτι Γαλλιηνὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς Πόστουμον αὐτοκρά-
 τορα ἀναγορευθέντα πέμπει πρεσβευτὰς τοὺς ἐπιστα-
 μένους τὰ γενόμενα παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐρῶντας αὐτῷ ὅτι
 χρὴ τὰ ὀχυρὰ καταλαβόντας ἡσυχάζειν. « Ἀλλὰ πα-
 ραχώρησόν μοι εἰσελθεῖν ἵνα διακριθῶμεν· καὶ ὁ κρείτ-
 των, βασιλεὺς. » Ὁ δὲ ἀντεδήλωσεν ὅτι « Οὐδὲ παρα-
 χωρῶ σοὶ ποτε ἐκὼν παρελθεῖν τὰς Ἀλπεῖς, οὔτε εἰς

hac defensione imperator vetuit quinquam interfecti Me-
 moris causa accusari.

Pravis consiliis utentes homines non solent firmiter ami-
 citiam tueri, sed levibus de causis mutantur.

5. GALLIENUS ET INGENUUS.

1. Gallieni imperatoris uxor vultu Ingenui offensa est, vo-
 catoque ad se Valentino, « Animum quidem tuum, inquit,
 probe compertum habeo, atque imperatoris de te iudicium
 laudo; non item quod Ingenuum elegerit, quia hic mihi
 valde suspectus est. Ceteroquin imperatori resistere ne-
 queo; sed tu hominem observa. » Respondit Valentinus :
 « Utinam Ingenuus in obsequio vestro fidelis deprehenda-
 tur! Ego certe quantum in me est, nihil prætermittam quod
 ad meam componendam erga vestram domum benevolentiam
 spectat. »

2. In bello adversus Ingenuum multi filios, parentes
 fratresque occiderunt, adeo ut quidam fratrem manu te-
 nens Gallieno se stiterit dicens : « Hic meus, o imperator,
 frater est, quem bello cepi. » Gallienus existimans velle

hunc pro eo deprecari, admisit hominem commendavitque,
 et multa se daturum, eumque de læsæ majestatis crimine
 absoluturum promisit. Illum vero contra dixisse ferunt,
 non oportere vivere qui semel arma adversus imperatorem
 tulisset; gladioque fratrem confodisse. Facinus moleste
 tulit Gallienus, sed tamen ob inopinum rerum eventum, id
 ratum habuit.

3. Claudius quum vulneratus in talo esset, sollicite Gal-
 lienus imp. de eo præsentem rogabat. Tum miles quidam
 ait eum fortiter ad modum Achillis pugnans vulnus ac-
 cepisse et nunc in tentorio suo curari. Ad quæ imperator,
 congruenter igitur, respondit, hunc quoque in talo esse vul-
 neratum.

6. GALLIENUS ET POSTUMUS.

Gallienus imperator ad Postumum qui purpuram sumse-
 rat, misit qui res quæ ab eo gererentur resciret, dicerentque
 opus esse ut ii, qui munita loca occupassent, quietem age-
 rent. Rogabat etiam ut sibi ingressum in Gallias concederet,
 ut bello inter se discernent; neque ut is qui superior

τοιαύτην ἀνάγκην εὐρομαι καταστῆναι, ἵνα Ῥωμαίοις πολέμησω. » Γαλιηνὸς δὲ πέμπει πρὸς αὐτόν. « Οὐκ οὖν ἀμφοτέροι μονομαχήσωμεν, ἵνα μὴ Ῥωμαῖοι ἀπόλωνται. » Ὁ δὲ ἀντεδήλωσεν. « Ἐγὼ οὔτε μονομάχος εἰμὶ, οὔτε γέγονά ποτε· ἀλλ' ἀπολλυμένας τὰς ἐπαρχίας ταύτας ὑπὸ σοῦ ταχθεὶς διασώζεις, ἔσωσα· καὶ ὑπὸ τῶν Γάλλων ἡρέθη βασιλεὺς· καὶ ἀρκοῦμαι ἄρχειν τῶν ἐκουσίων με ἐλομένων· καὶ εἴ τι δύναμαι τῇ βουλῇ τῇ ἐμαυτοῦ καὶ τῇ δυνάμει, τούτοις βοηθῶ. »

De Postumo (*M. Cassianio Latinio Postumo*, inscr. ap. Orell. 1015 et in numis ap. Eckhel. D. N. VII, p. 458 sq.) rebelle, qui in Gallia per septem annos (260—267) imperio potitus est, v. Trebellius in Trig. tyr. c. 2 et in Gallien. c. 4; Zonaras XII, 24, p. 597 sq.; Zosimus I, 38; Tillemont. III, p. 325 sqq.; Düntzer. *Postumus u. Victorius u. Tetricus in Gallien in Rheinlaend. Jahrb.* IV, p. 45—58.

7. ΟΔΕΝΑΘΟΙ ΔΥΟ.

Ὅτι τὸν Ὀδέναν τὸν παλαιὸν Ῥουφίνος ἀναιρεῖ ὡς νεώτερος ἐπιχειροῦντα πράγμασιν. Κατηγορεῖ δὲ ὁ νεώτερος Ὀδέναντος Ῥουφίνου ὡς φονεύσαντος τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἠρώτησε τὸν Ῥουφίνον διὰ τί τοῦτο ἐποίησεν. Ὁ δὲ εἶπεν ὅτι σὺν δίκῃ τοῦτο ἐποίησε. « Καίνοις γὰρ ἐπεχειρεῖ πράγμασι· καὶ εἴθε ἐπέτρεπές μοι καὶ τοῦτον τὸν Ὀδέναν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνελεῖν, καὶ παραχρῆμα τοῦτο ἐποίουν. » Ἦν δὲ ὁ Ῥουφίνος ποδαλγὸς καὶ χειραλγὸς, παντελῶς μὴ κινήθησιν δυνάμενος. Καὶ ἔλεγεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς. « Ποία δύναμις καὶ πόῃ σῶματι θαρρῶν ταῦτα λέγεις; » Ὁ δὲ ἔλεγεν. « Οὐδὲ εἰ εὐτυχὸν ὑγίης ὦν πλέον τῆς νεότητός

μου, ἐδυνάμην διὰ τοῦ σώματός μου τί ποτε εἰς αὐτὸν ποιῆσαι· ἀλλὰ τῇ σῇ δεξιᾷ κελεύων καὶ διατυπῶν πάντα κατῴρθουν. Καὶ σὺ γὰρ αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, οὐ τῷ σώματί σου ἰσχύων ποιεῖς, ἀλλὰ τοῖς στρατιώταις σου κελεύων. » Καὶ ἐπῆνεσε τοὺς λόγους αὐτοῦ ὁ Γαλιηνός.

De Odenatho, patre ejus Odenathi, qui Zenobiam uxorem habebat, sicuti de Rufino illo aliunde non constat.

8. ΚΥΝΤΟΣ.

1. Ὅτι Κύντος ὁ Μακρίνου υἱὸς τὸ βασιλεῖον (καὶ παραχρῆμα) ἐν Ἑμέσῃ ἐκάθητο, καὶ παραγίνεται Ὀδέναντος μετὰ πληθους βαρβάρων, καὶ ἐγλοῖ αὐτοῖς ὅτι « Παράδοτε αὐτούς, ἢ πολεμήσατε. » Οἱ δὲ εἶπον ὅτι πᾶν ὅ τι οὖν ἡνέχοντο ὑπομένειν ἢ βαρβάρῳ ἑαυτοὺς παραδοῦναι.

2. Ὅτι Καρίνος ἐδυσχέρανεν ὥσπερ τῶν Ῥωμαίων τὸν πόλεμον οἰκείωσατο Ὀδέναντος. Ὁ δὲ τοῦτο μαθὼν ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναιρεθῆναι· καὶ ἐκ τῶν οἰκείων πολλὰ ἐφιλοτιμήσατο εἰς ταφὴν αὐτοῦ, ἅτινα καὶ ζῶντι αὐτῷ ἐπέδειξεν. Ὁ δὲ γελάσας ἐφῆ πολλὰς ἀμαθίας καὶ εὐηθείας πεπληρωθῆαι τὸν ἄνδρα· ἀμαθίας μὲν, ὅτι τοὺς ἐχθροὺς ἀναιροῦμεν, τοῖς δὲ φίλοις χαρίζομεθα· ἀγνοεῖν δὲ αὐτὸς πότερον εἰς φίλους ἢ εἰς ἐχθροὺς τάξει αὐτόν· εὐηθείας δὲ, ὅτι βούλεται περιόντα αὐτὸν καὶ αἰσθανόμενον λυπῆσαι καὶ φονεῦσαι, τελευτῶντα δὲ καὶ ἀναίσθητοντα δωρεὰς τιμᾶν. — Καὶ ἡ τοσαύτη εὐτυχία ταχείαν ἔσχε μετὰπτωσιν.

Κύντος] Sic etiam Zonaras XII, 24. Trebellio Pollioni *Quietus* dicitur, rectius; nam sic in numis Romanis exaratur; in numis Alexandrinis est

discederet, postea regnaret. Respondit Postumus: « Neque te sponte sino Alpes transgredi, neque in eam necessitatem venire me opto, ut cum Romanis pugnem. » Gallienus denno missis legatis aiebat: « Igitur ambo singulari inter nos pugna certemus, ne Romanorum caedes fiat. » Ille rursus respondit: « Ego neque sum neque sui unquam gladiator; verum has provincias, quarum salus mihi a te commissa fuerat, servavi; a Gallis autem electus sum imperator. Porro mihi satis est, si his imperem, qui me sponte elegerunt: atque his quantum consilio et viribus possum, opem fero. »

7. ODENATHI DUO.

Odenathum seniore Rufinus tanquam novis rebus studentem interemit. Quumque junior Odenathus Rufinum de caede parentis sui accusasset, imperator facinoris causam a Rufino quassivit. Ille vero, « Utinam, inquit, copiam mihi faceres hunc quoque filium ejus Odenathum occidendi, quem illico de medio tollerem! » Porro erat Rufinus podagra chiragraque correptus, atque ab omni motu impeditus. Quamobrem ait imperator: « Quibus viribus aut cui corpori sisus hæc dicis? » Ille respondit: « Ne si incolumior quidem quam olim, ætate juvenili, essem, corporis mei vi-

ribus huic unquam nocere possem: sed tuâ dexterâ jubens atque designans nihil non recte gererem. Nam ne tu quidem, imperator, corporis tui viribus quæ facis peragis, sed militibus tuis imperans. » Hanc Rufini orationem Gallienus laudavit.

8. QUINTUS.

1. Simulac Quintus, Macrini filius, regiam sedem Emese statuit, Odenathus cum barbarorum multitudine advenit, eisque denuntiavit ut vel deditionem vel pugnam facerent. Illi vero responderunt se quidvis pati malle quam in barbari manus incidere.

2. Carinus moleste ferebat, quotiescumque Odenathus pro Romanis bellum se gerere dictabat. Id intelligens Odenathus Carinum jussit occidi; et de suo patrimonio multa decrevit in funus ejus insumenda, quæ etiam viventi ille demonstravit. Carinus autem cum risu dixit inscium plane fatuumque esse Odenathum: inscium quidem, quia hostes occidimus, amicis donamus; ignorare autem Odenathum, utrum ipsum in amicorum an in hostium numero poneret: fatuum vero, quia quem viventem spirantemque cruciare et occidere vellet, eundem mortuum sensuque carentem donis honorare pararet. — Ceterum præsens fortuna citam conversionem nacta est.

ἀπολογία ἐκέλευεν ὑπὲρ Μέμορος μὴδὲνα φεῦζεσθαι.

Ὅτι οἱ φαύλως ἀναχθέντες ἄνθρωποι οὐκ εἰώθασιν βεβαίως τὰς φιλίας φυλάττειν, ἀλλ' ἐκ μικρῶν προφάσεων μεταβάλλονται.

Nisi cæcutio, legend. est : ὅτι ἦν πολλῆς... ὡς οὐκ ἀδυνάτοις κτλ. Memor ille, ex eorum numero qui imperium sub Gallieno affectarunt, ex solo novissimus Zosimo I, 38, 1 : Ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὁ Γαλιηνὸς συνταραχθεὶς, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπαγῆει (260), τὸν ὑπὸ Σκυθῶν ἐπαχθέντα πόλεμον διαθήσων. Ἐν τούτῳ δὲ ἐπαναστάντων αὐτῷ Μέμορος (sic ex cod. Vatican. em. Mai. vulgatam Κέχροπος) τοῦ Μαυρουσίου καὶ Αὐριόλου καὶ Ἀντωνίνου καὶ ἑτέρων πλειόνων, οἱ μὲν ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες ὑπήχθησαν δίκῃ, Αὐριόλος δὲ κτλ.

Annum ad quem res pertineat, accuratius definire non habeo. De Theodoto Gallieni duce, qui Æmilianum in Ægypto (263), et Posthumium in Gallia debellavit (264 sq.), v. Trebellius Pollio in Gallieno c. 4 et in Trig. tyr. c. 21.

5. ΓΑΛΙΗΝΟΣ ΚΑΙ ΙΝΓΕΝΟΥΟΣ.

(261 p. C.)

1. Ὅτι ἡ τοῦ Γαλιηνῷ γαμετῇ τοῦ βασιλέως ἀπηρέσθη τῷ προσώπῳ Ἰνγενοῦου, καὶ μεταπειψαμένη Βαλεντίνον, εἶπεν αὐτῷ ὅτι « Ἐγὼ τὴν σὴν προαίρεσιν οἶδα, τὸν δὲ βασιλέα ἐπὶ μὲν τῇ σῇ ἐπιλογῇ ἐπαίνῳ, ἐπὶ δὲ τῇ Ἰνγενοῦου οὐκ ἐπαίνῳ. Ἐν πολλῇ γάρ μοι ὑπονοία ἐστίν· ἀλλ' ἀντιπρᾶτται τῷ βασιλεῖ οὐ δύναμαι· ἀλλὰ σὺ ἐπιτῆρῃ τὸν ἄνδρα. » Ἀποκρίνεται Βαλεντίνος ὅτι « Γένοιτο μὲν καὶ Ἰνγένουον γνήσιον περὶ τὴν δουλείαν ὑμῶν ὀφῆναι, ἐπεὶ τὸ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἂν παραλείψω τι τῶν εἰς εὐνοίαν ὁρῶντων τοῦ ὑμετέρου οἴκου. »

2. Ὅτι ἐν τῷ κατὰ Ἰνγενοῦου πολέμῳ πολλὰ καὶ τέκνα καὶ γονεῖς καὶ ἀδελφοὺς ἀνέκλον, ἐπὶ τοσούτων

ὥστε τινὰ κατασχεῖν ἴδιον ἀδελφὸν παρὰ Γαλιηνῷ καὶ εἰπεῖν· « Ὡ βασιλεῦ, οὗτος ἀδελφὸς ἐμός ἐστι, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ κατέσχον αὐτόν. » Ὁ δὲ νομίσας ὅτι παραιτήσασθαι αὐτὸν βούλεται, καὶ ἀπεδέξατο καὶ ἐπήνεσεν, καὶ ὑπέσχετο πολλὰ δώσειν, καὶ τὴν ἁμαρτίαν τῆς τυραννίδος συγχωρεῖν. Τὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὐ χρὴ τὸν ἅπαζ ἀντάραντα ὅπλα βασιλέως ζῆσαι, καὶ τὸ ξίφει ἀνελεῖν αὐτόν. Ὁ δὲ Γαλιηνὸς ἠγανακτήσας μὲν, πλὴν διὰ τὸ ἀδόκητον τῶν πραγμάτων συνεχώρησεν.

3. Ὅτι Κλαύδιος ἔτυχε τρωθείς εἰς τὸν ἀστράγαλον, καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς ὁ βασιλεὺς περὶ αὐτοῦ ἐπυνθάνετο. Εἷς οὖν τῶν στρατιωτῶν εἶπεν ὅτι ὡς Ἀχιλλεὺς πολεμήσας γενναίως ἐτρώθη, καὶ ἐν τῷ καταγωγῇ αὐτοῦ ἐστὶ θεραπεύομενος· ὥστε τὸν βασιλέα εἰπεῖν ὅτι εἰκότως καὶ εἰς τὸν ἀστράγαλον ἐτρώθη.

§ 1. Gallieni uxorem in castra maritum secutam etiam ex Zonara XII, 25, p. 601 liquet. — De Valentino aliunde non constat. Maius suspicatur fortasse eundem esse cum *Valente*, quem dicit Trebellius in Gallieno c. 2. — § 2. « Belli huius sævitiam immanem arguere licet etiam ex epistola quam recitat Trebellius in Ingenuo sive in Trig. tyr. c. 8. » Mai. Cf. de hoc bello Zonaras XII, 24, p. 597, et Tillemont III, p. 324 sq. — § 3. Claudium Gallieno bellorum socium fuisse colligitur ex Trebellio in Gallien. c. 7 et 5.

6. ΓΑΛΙΗΝΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΤΟΥΜΟΣ.

Ὅτι Γαλιηνὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς Πόστουμον αὐτοκράτορα ἀναγορευθέντα πέμπει πρεσβευτὰς τοὺς ἐπισταμένους τὰ γενόμενα παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐρῶντας αὐτῷ ὅτι χρὴ τὰ ὄχυρά καταλαβόντας ἡσυχάζειν. « Ἀλλὰ παραχώρησόν μοι εἰσελθεῖν ἵνα διακριθῶμεν· καὶ ὁ κρείττων, βασιλεὺς. » Ὁ δὲ ἀντεδῆλωση ὅτι « Οὐδὲ παραχωρῶ σοὶ ποτε ἐκὼν παρελθεῖν τὰς Ἀλπεῖς, οὔτε εἰς

hac defensione imperator vetuit quenquam interfecti Memoris causa accusari.

Pravis consiliis utentes homines non solent firmiter amicitiam tueri, sed levibus de causis mutantur.

5. GALLIENUS ET INGENUUS.

1. Gallieni imperatoris uxor vultu Ingenui offensa est, vocatoque ad se Valentino, « Animum quidem tuum, inquit, probe compertam habeo, atque imperatoris de te iudicium laudo; non item quod Ingenuum elegerit, quia hic mihi valde suspectus est. Ceteroquin imperatori resistere nequeo; sed tu hominem observa. » Respondit Valentinus: « Utinam Ingenuus in obsequio vestro fidelis deprehendatur! Ego certe quantum in me est, nihil prætermittam quod ad meam componendam erga vestram domum benevolentiam spectat. »

2. In bello adversus Ingenuum multi filios, parentes fratresque occiderunt, adeo ut quidam fratrem manu tenens Gallieno se stiterit dicens: « Hic meus, o imperator, frater est, quem bello cepi. » Gallienus existimans velle

hunc pro eo deprecari, admisit hominem commendavitque, et multa se daturum, eumque de læsæ majestatis crimine absoluturum promisit. Illum vero contra dixisse ferunt, non oportere vivere qui semel arma adversus imperatorem tulisset; gladioque fratrem confodisse. Facinus moleste tulit Gallienus, sed tamen ob inopinum rerum eventum, id ratum habuit.

3. Claudius quum vulneratus in talo esset, sollicitè Gallienus imp. de eo præsentem rogabat. Tum miles quidam ait eum fortiter ad modum Achillis pugnantem vulnus accepisse et nunc in tentorio suo curari. Ad quæ imperator, congruenter igitur, respondit, hunc quoque in talo esse vulneratum.

6. GALLIENUS ET POSTUMUS.

Gallienus imperator ad Postumum qui purpuram sumserat, misit qui res quæ ab eo gererentur rescirent, dicerentque opus esse ut ii, qui munita loca occupassent, quietem agent. Rogabat etiam ut sibi ingressum in Gallias concederet, ut bello inter se discernent; nempe ut is qui superior

τοιαύτην ἀνάγκην εὐρομαι καταστῆναι, ἵνα Ῥωμαίοις πολεμήσω. » Γαλιηνὸς δὲ πέμπει πρὸς αὐτόν· « Οὐκ οὖν ἀμφότεροι μονομαχήσωμεν, ἵνα μὴ Ῥωμαῖοι ἀπόλωνται. » « Ὁ δὲ ἀντεδήλωσεν· « Ἐγὼ οὔτε μονομάχος εἰμὶ, οὔτε γέγονά ποτε· ἀλλ' ἀπολλυμένας τὰς ἐπαρχίας ταύτας ὑπὸ σοῦ ταχθεὶς διασώζεις, ἔσωσα· καὶ ὑπὸ τῶν Γάλλων ἡρέθηεν βασιλεὺς· καὶ ἀρκοῦμαι ἄρχειν τῶν ἐκουσίων με ἐλομένων· καὶ εἴ τι δύνῃμαι τῇ βουλῇ τῇ ἐμαυτοῦ καὶ τῇ δυνάμει, τούτοις βοηθῶ. »

De Postumo (M. Cassiano Latinio Postumo, inscr. ap. Orell. 1015 et in numis ap. Eckhel. D. N. VII, p. 458 sq.) rebelle, qui in Gallia per septem annos (260—267) imperio potitus est, v. Trebellius in Trig. tyr. c. 2 et in Gallien. c. 4; Zonaras XII, 24, p. 597 sq.; Zosimus I, 38; Tillemont. III, p. 325 sqq.; Düntzer. *Postumus u. Victorius u. Tetricus in Gallien in Rheinlaend.* Jahrb. IV, p. 45—58.

7. ΟΔΕΝΑΘΟΙ ΔΥΟ.

« Ὅτι τὸν Ὀδένανθον τὸν παλαιὸν Ῥουφίνος ἀναιρεῖ ὡς νεωτέρους ἐπιχειροῦντα πράγμασιν. Κατηγορεῖ δὲ ὁ νεώτερος Ὀδένανθος Ῥουφίνου ὡς φονεύσαντος τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἠρώτησε τὸν Ῥουφίνον διὰ τί τοῦτο ἐποίησεν. Ὁ δὲ εἶπεν ὅτι σὺν δίκῃ τοῦτο ἐποίησε· « Καίνοις γὰρ ἐπεχειρεῖ πράγμασι· καὶ εἴθε ἐπέτρεπές μοι καὶ τοῦτον τὸν Ὀδένανθον τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνελεῖν, καὶ παραχρῆμα τοῦτο ἐποίουν. » Ἦν δὲ ὁ Ῥουφίνος ποδᾶλγος καὶ χειραλγός, παντελῶς μὴ κινήθηναι δυνάμενος. Καὶ ἔλεγεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς· « Ποῖα δυνάμει καὶ ποῖῳ σώματι θαρρῶν ταῦτα λέγεις; » Ὁ δὲ ἔλεγεν· « Οὐδὲ εἰ τυχόν ὑγιῆς ὢν πλέον τῆς νεότητός

μου, ἐδυνάμην διὰ τοῦ σώματός μου τί ποτε εἰς αὐτὸν ποιῆσαι· ἀλλὰ τῇ σῇ δεξιᾷ κελεύων καὶ διατυπῶν πάντα κατῴρθουν. Καὶ σὺ γὰρ αὐτός, ὦ βασιλεῦ, οὐ τῷ σώματί σου ἰσχύων ποιεῖς, ἀλλὰ τοῖς στρατιώταις σου κελεύων. » Καὶ ἐπήνεσε τοὺς λόγους αὐτοῦ ὁ Ἰαλιηνός.

De Odenatho, patre ejus Odenathi, qui Zenobiam uxorem habebat, sicuti de Rufino illo aliunde non constat.

8. ΚΥΙΝΤΟΣ.

1. « Ὅτι Κύιντος ὁ Μακρίνου υἱὸς τὸ βασιλεῖον (καὶ παραχρῆμα) ἐν Ἐμέσῃ ἐκάθητο, καὶ παραγίνεται Ὀδένανθος μετὰ πλήθους βαρβάρων, καὶ δημοῖ αὐτοῖς ὅτι « Παράδοτε αὐτούς, ἢ πολεμήσατε. » Οἱ δὲ εἶπον ὅτι πᾶν ὅ τι οὖν ἠνείχοντο ὑπομένειν ἢ βαρβάρῳ ἑαυτοὺς παραδοῦναι.

2. « Ὅτι Καρίνος ἐδυσχέρανε ὥσπερ τῶν Ῥωμαίων τὸν πολέμον οἰκείωσατο Ὀδένανθος. Ὁ δὲ τοῦτο μαθὼν ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναιρεθῆναι· καὶ ἐκ τῶν οἰκείων πολλὰ ἐφιλοτιμήσατο εἰς ταφὴν αὐτοῦ, ἅτινα καὶ ζῶντι αὐτῷ ἐπέδειξεν. Ὁ δὲ γελάσας ἔφη πολλὰς ἀμαθίας καὶ εὐηθείας πεπληρῶσθαι τὸν ἄνθρωπον· ἀμαθίας μὲν, ὅτι τοὺς ἐχθροὺς ἀναιροῦμεν, τοῖς δὲ φίλοις χαρίζομεθα· ἀγνοεῖν δὲ αὐτὸς πότερον εἰς φίλους ἢ εἰς ἐχθροὺς τάζει αὐτόν· εὐηθείας δὲ, ὅτι βούλεται περιόντα αὐτὸν καὶ αἰσθανόμενον λυπῆσαι καὶ φονεῦσαι, τελευτῶντα δὲ καὶ ἀναίσθητοῦντα δωρεᾶς τιμᾶν. — Καὶ ἡ τοσαύτη εὐτυχία ταχεῖαν ἔσχε μετὰπτωσιν.

Κύιντος] Sic etiam Zonaras XII, 24. Trebellio Pollioni *Quietus* dicitur, rectius; nam sic in numis Romanis exaratur; in numis Alexandrinis est

discederet, postea regnaret. Respondit Postumus: « Neque te sponte sino Alpes transgredi, neque in eam necessitatem venire me opto, ut cum Romanis pugnem. » Gallienus denno missis legatis aiebat: « Igitur ambo singulari inter nos pugna certemus, ne Romanorum caedes fiat. » Ille rursus respondit: « Ego neque sum neque sui unquam gladiator; verum has provincias, quarum salus mihi a te commissa fuerat, servavi; a Gallis autem electus sum imperator. Porro mihi satis est, si his imperem, qui me sponte elegerunt: atque his quantum consilio et viribus possum, opem fero. »

7. ODENATHI DUO.

Odenathum seniore Rufinus tanquam novis rebus studentem interemit. Quumque junior Odenathus Rufinum de caede parentis sui accusasset, imperator facinoris causam a Rufino quasivit. Ille vero, « Utinam, inquit, copiam mihi faceres hunc quoque filium ejus Odenathum occidendi, quem illico de medio tollerem! » Porro erat Rufinus podagra chiragraque correptus, atque ab omni motu impeditus. Quamobrem ait imperator: « Quibus viribus aut cui corpori fuis hæc dicis? » Ille respondit: « Ne si incolumior quidem quam olim, ætate juvenili, essem, corporis mei vi-

ribus huic unquam nocere possem: sed tuâ dexterâ jubens atque designans nihil non recte gererem. Nam ne tu quidem, imperator, corporis tui viribus quæ facis peragis, sed militibus tuis imperans. » Hanc Rufini orationem Gallienus laudavit.

8. QUINTUS.

1. Simulac Quintus, Macrini filius, regiam sedem Emese statuit, Odenathus cum barbarorum multitudine advenit, eisque denuntiavit ut vel deditionem vel pugnam facerent. Illi vero responderunt se quidvis pati malle quam in barbari manus incidere.

2. Carinus moleste ferebat, quotiescumque Odenathus pro Romanis bellum se gerere dicebat. Id intelligens Odenathus Carinum jussit occidi; et de suo patrimonio multa decrevit in funus ejus insumenda, quæ etiam viventi ille demonstravit. Carinus autem cum risu dixit inscium plane fatuumque esse Odenathum: inscium quidem, quia hostes occidimus, amicis donamus; ignorare autem Odenathum, utrum ipsum in amicorum an in hostium numero poneret: fatuum vero, quia quæm viventem spirantemque cruciare et occidere vellet, eundem mortuum sensuque carentem donis honorare pararet. — Ceterum præsens fortuna citam conversionem nacta est.

Κουητος, in Nicænsibus Κυητος. — Initio fragmenti, nisi corrupta vox παραχρῆμα, legendum : τὸ βασιλεῖον ἐν Ἑμέσῃ ἐκάθητο, καὶ παραχρῆμα παργίνεται. De re cf. Zonaras XII, 24, p. 601 : Τῆς ἡττης δὲ τῶν Μακρίνων (patris et filii, qui frater erat Quieti) τῆς κατὰ Παιονίαν συμβάσεως (262 p. C.) ἀγγελθείσης τῷ Κύντῳ καὶ τῷ Βαλλίστῃ, πολλοὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἀπέστησαν πόλεων. Οἱ δ' ἐν Ἑμέσῃ διῆγον, ἔνθα [παρα]γενόμενος ὁ Ὀδέναθος καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς νικᾷ, καὶ τὸν μὲν Βαλλίσταν αὐτὸς ἀναιρεῖ, τὸν δὲ Κύντον οἱ τῆς πόλεως. — § 2. Καρῖνος] « Scribendum est, meo iudicio, *Macrinus* seu *Macrianus*, non *Carinus*; cujus postrema tempora ab Odenathi rebus absunt. Et certe Odenathus oppressurus erat Macrinum, ut ait Trebellius c. 18, nisi hic maturius e Syria discessisset. » ΜΑΙ. Quod ferri nequit. Nam Macrinus (*Macrianus* Trebell.) ejusque filius jam in expeditione Panonica a militibus suis interfecti erant, teste Zonara, qui ubique cum nostro consentit. Quis fuerit iste *Carinus* nescio.

9. ΚΛΑΥΔΙΟΣ. (269 p. C.)

1. Ὅτι τῶν Σκυθῶν ἐπὶ Κλαυδίου τὰς Ἀθήνας ἐλόντων καὶ συναγαγόντων πάντα τὰ βιβλία καὶ βουληθέντων καῦσαι, ἄλλος τις ἐν αὐτοῖς φρόνιμος εἶναι νομιζόμενος ἐκώλυσε λέγων, ὅτι περὶ ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι σχολάζοντες πολέμου ἀμελοῦσι. Τοῦτο δὲ ὡς ἀπειρος εἶπεν· εἰ γὰρ ᾔδει τὰς τῶν Ἀθηναίων καὶ Ῥωμαίων ἀρετὰς, οἵτινες ἐν λόγοις καὶ ἐν πολέμοις εὐδοκίμουν, οὐκ ἂν τοῦτο εἶπεν.

2. Ὅτι οἱ Σκυθαὶ πρὸς τοὺς ἐν πόλεσιν ἐγκεκλεισμένους ἀπέσκαπτον, ὅτι οὗτοι οὐκ ἀνθρώπινον βίον ζῶσιν, ἀλλ' ὀρνίθων ἐν χαλιαῖς εἰς τὸ ὕψος καθεμένων, καὶ ὅτι καταλιπόντες τὴν γῆν τὴν τρέφουσιν αὐτοὺς, ἀκάρπους πόλεις ἐπιλέγονται, καὶ ὅτι τοῖς ἀψύχοις θαρροῦσι μᾶλλον ἢ περ ἑαυτοῖς.

3. Ὅτι Ἀνδοννόβαλλος τις ἦν, ὃς ἀπὸ Ἑρούλλων

προσέφυγε πρὸς Ῥωμαίους. Καὶ ᾔλθεν εἰς λόγους Βιβούλῳ (τῷ βασιλεῖ) τῶν Ῥωμαίων. Προέτρεπε γὰρ αὐτὸν δοῦναι ἑαυτὸν τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ ἐκάλει αὐτὸν δοῦλον φιλοδεσπότην καὶ γαστρός ἡττονα· καὶ ὅτι ἐλευθερίαν διὰ τὸ φαγεῖν καὶ φορέσαι [καμφορῆσαι?] ἀπίωλεσεν. Ἐκεῖνος δὲ ἀντέλεγεν αὐτῷ· « Ἐγὼ ἐλεύθερός εἰμι· καὶ γὰρ φίλος βασιλέως τηλικούτου εἰμι, καὶ οὐδὲν μοι τῶν ἀγαθῶν λείπει· σὺ δὲ οὔτε ἐσθῆτος οὔτε τροφῆς εὐπορεῖς. »

4. Ὅτι μετὰ τὴν νίκην τῶν Σκυθῶν εὐφραϊνομένου τοῦ βασιλέως καὶ ἐστιῶντος, εἰσῆλθεν Ἀνδοννόβαλλος ἐπὶ πάντων καὶ λέγει, ὅτι « Χάριν θέλω τινά ποτε παρὰ σοῦ αἰτῆσαι. » Καὶ νομίσας μέγα τί ποτε αἰτεῖσθαι, ἐπέτρεψεν αὐτῷ αἰτεῖσθαι. Καὶ λέγει Ἀνδοννόβαλλος· « Δός μοι καλὸν οἶνον, ἵνα καλίσσω πάντας τοὺς τοῦ οἴκου μου καὶ εὐφρανθῶ μετ' αὐτῶν. » Καὶ γελάσας ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν αὐτῷ δοθῆναι οἶνον· δέδωκεν δὲ αὐτῷ καὶ ἐτέρας πολλὰς δωρεάς.

§ 1. Eadem iisdem pæne verbis Zonaras XII, 26, p. 605 : Ἐπελθόντες δὲ ταῖς Ἀθήναις εἶλον αὐτάς· καὶ συναγαγόντες πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει βιβλία, καῦσαι ταῦτα ἠβούλοντο. Εἷς δὲ τις τῶν συνετῶν παρ' αὐτοῖς δοκούντων ἀπεῖρξε τοὺς ὁμοφύλους τοῦ ἐγγειρήματος, φάμενος ὡς περὶ ταῦτα οἱ Ἕλληνες ἀσχολοῦμενοι πολεμικῶν ἀμελοῦσιν ἔργων καὶ οὕτως εὐγείρωται γίνονται. — § 3. Βιβούλῳ τῷ βασιλεῖ.] « Num pro *Bibulo* scribendum est *bajulus* (nempe *lecticarius*), ita ut græcus textus latinitate sit infectus; Herulus autem ille non cum *Bibulo* Cæsare, sed cum *Claudii Gothici bajulo* loquatur? Atqui in codicis quoque margine lemma rubricatum est περὶ βιβούλου τοῦ βασιλέως. Neque tamen lemma suspicionem erroris excludit. » ΜΑΙ. Ut de *bajulo* cogitaret, movisse Maium videtur vox φορέσαι, quam vertit *bajulando*. Quod non est probabile. Aut scrib. ἐμφορῆσαι, aut eodem sensu barbarus noster usurpavit vocem φορέσαι. Fortasse fuit ᾔλθεν εἰς λόγους εὐνοῦχῳ vel δούλῳ vel τριδούλῳ τινὶ βασιλέως, vel Βιβούλῳ τῷ ** τοῦ βασιλέως.

9. CLAUDIUS.

1. Quum Athenas, regnante Claudio, Scythæ occupavissent, conquisitosque omnes libros crematuri essent, quidam inter eos prudentior ceteris creditus, rem inhibuit. Dicebat enim fore ut Romani, dum libris occuparentur, bellum negligerent. Hoc autem ut rudis dixit : nam si novisset Atheniensium et Romanorum virtutes, qui literis et armis æque claruerunt, haud ita esset locutus.

2. Scythæ urbium incolas irridebant, quod hi non hominum sed avium vitam agerent, quæ iisdos sublimiter suspensos habitant; et quod altrice terra relicta, steriles urbes præoptarent, quodque rehus potius inanimis quam sibi confiderent.

3. Andonnoballus quidam ab Herulis ad Romanos transfugiens venit in colloquia cum Bibulo, Romanorum impe-

ratoris (ministro), qui hortabatur illum ut imperatori se traderet. At is contra appellabat Bibulum servili animo præditum ventrique deditum, qui nimirum libertatem edendo et ingurgitando amisisset. Ille vero respondit « : Immo ego sum liber; nam tanto principi carus sum, nullaque re bona destitutor; tibi vero neque vestis neque cibi affatim est. »

4. Post victoriam de Scythiis relatam dum imperator lætitiæ indulget et convivatur, ingressus est coram omnibus Andonnoballus, aitque velle se beneficium ab illo petere. Imperator existimans magnum fortasse aliquid petiturum, nihilominus indulsit ei, ut peteret. Tum Andonnoballus, « Da mihi, inquit, vinum optimum, ut, necessariis meis omnibus convocalis, una oblecter. » Ridens imperator iussit ei vinum suppeditari, tum et aliorum munerum copiam addidit.

10. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟΣ. (270.)

1. Ὅτι Αὐρηλιανὸς βασιλεύσας καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἐν λόγῳ ἐν Ῥαβέννῃ βουλὴν ἐποιεῖτο, πῶς χρὴ βασιλεύειν αὐτόν· ἐβούλετο γὰρ μετὰ θάνατον Κλαυδίου ἐξ ὧν ἐπραττεν μείζων ἐκείνου φαίνεσθαι. Εἷς δὲ τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου εἶπεν αὐτῷ· « Ἐὰν θέλῃς καλῶς βασιλεῦσαι, χρυσῷ καὶ σιδήρῳ σεαυτὸν δούλωσον· κατὰ μὲν τῶν λυπούντων σε, σιδήρῳ· πρὸς δὲ τοὺς θαρπεύοντας, χρυσῷ. » Καὶ πρῶτος τῆς κακῆς τῆς (κακίστης; οἰκείας Ζον.) συμβουλῆς ταύτης αὐτὸς ὁ συμβουλευσας ἀπήλαυσεν.

2. Ὅτι Ἀλβίνος γέρων ὧν ἐνόσει τὴν ἐπὶ θάνατον· εἰσελθὼν δὲ τις ἐπυνθάνετο αὐτὸν πῶς διακρίνεται; Ὁ δὲ εἶπεν· « Εἰ μὲν σώζεται ἡ πατρίς, κακῶς· πάντως γὰρ ἀπονήσχω· εἰ δὲ μὴ σώζεται, καλῶς· ἐγὼ γὰρ φθάνω ἀποθάνων πρὶν μάθω τὸν δλεθρον τῆς πατρίδος· καὶ τούτου μεῖζον ἀγαθὸν οὐ ζητῶ. »

3. Ὅτι Αὐρηλιανὸς μαθὼν ἐν Πλακεντίᾳ εἶναι μοῖραν τῶν βαρβάρων, ἐδήλωσεν αὐτοῖς ὅτι « Εἰ μὲν θέλετε πολεμῆσιν, ἰδοὺ ἐτοιμός εἰμι· εἰ δὲ τὰ βελτίονα λογιζέσθε παραδοῦναι ἑαυτοὺς, δέχομαι ὑμᾶς ὡς δεσπότης ὑμῶν. » Οἱ δὲ ἀντεδήλωσαν ὅτι « Ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν δεσπότην· καὶ αὐριον ἐτοιμάσων σεαυτὸν, καὶ μαθηάνειν ὅτι πρὸς ἐλευθέρους πολεμῆις. »

4. Ὅτι Αὐρηλιανὸς ἐν τῷ πολιορκεῖν τὰ Τύανα εἰρήκῃ τοῖς στρατιώταις ὅτι « Ἐὰν εἰσελθώμεν, μὴδὲ κύνα ἐάσητε. » Μετὰ δὲ τὴν ἄλωσιν ἀπηγόρευσε τοῖς στρατιώταις μῆτε φονεῦσαι μῆτε διαρπάσαι. Ἐλεγον οὖν αὐτῷ θυμούμενοι οἱ στρατιῶται ὅτι « Ἄ ὑπέσχου, ἐπιτρέψον ἡμῖν ποιῆσαι. » Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· « Ἀληθεύετε ὅτι ἐγὼ εἶπον· ἀπελθετε, κύων μὴ εὐρεθῇ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἀλλὰ πάντας φονεύσατε. » Καὶ ἐπεμψε καὶ τοὺς τριδούρους καὶ τοὺς στρατιώτας, καὶ πάντας

τοὺς κύνας ἐφόνευσεν· ὥστε εἰς γέλωτα ἐλθῆναι (ἐκλυθῆναι;) τὸν θυμὸν τοῦ στρατεύματος. Καὶ μετὰ ταῦτα συγκαλέσας αὐτοὺς εἶπεν ὅτι « Ἡμεῖς ὑπὲρ τοῦ ἐλευθερῶσαι τὰς πόλεις ταύτας πολεμοῦμεν· καὶ ἐὰν μελλώμεν πραιδεῖν αὐτάς, οὐκέτι ἡμῖν πιστεύουσιν· ἀλλὰ μᾶλλον τὴν πραιδα τῶν βαρβάρων ζητήσωμεν, καὶ τοιούτων (τούτων;) ὡς ἡμετέρων φεισώμεθα. »

5. Ὅτι Αὐρηλιανὸς ἐπεμψε πρεσβευτὰς πρὸς Ζηνοβίαν προτρέπων αὐτὴν ἐνδοῦναι τελεῖν ὑπ' αὐτόν. Ἢ δὲ ἀντεδήλωσεν ὅτι « Ἐγὼ οὐδὲν μέγα ἐβλόθην· οἱ γὰρ πεσόντες ἐν τῇ πολέμῳ σχεδὸν πάντες Ῥωμαῖοί εἰσιν. »

6. Ὅτι Αὐρηλιανὸς πειραθεὶς ποτε στρατιωτικῆς ἐπαναστάσεως, ἔλεγεν ἀπατάσθαι τοὺς στρατιώτας, εἰ ἐν ταῖς αὐτῶν χερσὶ τὰς μοίρας εἶναι τῶν βασιλέων ὑπολαμβάνουσιν. Ἐφασκε γὰρ τὸν θεὸν δωρησάμενον τὴν πορφύραν (καὶ ταύτην ἐπέδεικνυ τῇ δεξιᾷ) πάντως καὶ τὸν χρόνον τῆς βασιλείας ὀρῖσαι. Καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη πρὶν ἂν εἰς τοὺς ἀρχηγούς τῆς στάσεως πεντήκοντα ἐξεδίχην.

§ 1. Eadem Zonaras XII, 27, p. 606 : Αὐρηλιανὸς τῆς βασιλείας ἐπιθεδικῶς Ῥωμαίων ἤρετο τοὺς ἐν τέλει ὅπως βασιλεύειν χρῶν. Ὡς εἷς εἶπεν αὐτῷ ὡς « Ἐὰν βούλῃ βασιλεῦσαι καλῶς, χρυσῷ σε δεῖ καὶ σιδήρῳ περιφράζειν σεαυτόν· κατὰ μὲν τῶν λυπούντων κεχρημένον σιδήρῳ, τοὺς δὲ γε (σε;) θαρπεύοντας χρυσῷ ἀμειβόμενον. » Ὅς πρῶτος, ὡς λέγεται, τῆς οἰκείας ταύτης ἀπώνατο συμβουλῆς, μετ' οὐ πολὺ τοῦ σιδήρου πειραθεὶς.

§ 2. « Sine dubio hic est M. Nummius Albinus, qui consul iterum processit an. 263; de quo exstat nota illa philologis inscriptio apud Reinesium p. 465 : M. NUMMIO ALBINO V. C. QUESTORI CANDIDATO PRAETORI URBANO COMITI DOMESTICO ORDINIS

10. AURELIANUS.

1. Aurelianus ad imperium evectus, coacto Ravennae concilio hominum quotquot erant fama clarorum, de modo regnandi deliberabat. Quippe aiebat post obitum Claudii major illo videri rebus gerendis. Tunc de concilio unus, « Si vis, inquit, bene regnare, auro et ferro te communi; adversus nimirum modestos ferro, erga obsequentes auro. » Is autem qui primum hoc consilium dederat, primus illud expertus est.

2. Albinus senex et letali morbo decumbens homini ad se ingresso rogantique quomodo se haberet, « Si salva, inquit, patria est, equidem male pereō; sin illi secus evenit, bene: ego enim moriar priusquam patriae excidium intellegam. Atque hac majorem nullam felicitatem exquiro. »

3. Aurelianus edoctus partem barbarorum Placentiam occupare, significavit illis: « Si pugnare avetis, en ego paratus sum; sin meliora consilia capitis, nempe ut vosmet dedatis, recipio vos ut dominus vester. » Illi responderunt: « Nos dominum non habemus; et mane quidem esto paratus, ut te cum viris liberis pugnare cognoscas. »

4. Aurelianus in Tyanorum obsidione militibus praedixit

rat, fore ut illuc ingressi ne canem quidem incolumem esse sinerent. Mox urbe expugnata militibus edixit ne occiderent neve diriperent. Illi indignati postulabant ab eo ut quod ante promississet, nunc iis facere concederet. Is autem, « Vere, inquit, narratis, quod ita dixerim: Pergite porro; canis nullus hac in urbe supersit, sed omnes occidite. » Immissis ergo tribunis et militibus, canes occisione delevit, ita ut ira exercitus in risum soluta sit. Idem postea concione vocata, « Nos, inquit, pro his urbibus liberandis praestramur; quas si praedari maluerimus, fide in postremum apud ipsas carebimus. Quin potius praedam et barbaris petamus; his autem urbibus seu rei nostrae parcamus. »

5. Aurelianus missis ad Zenobiam legatis hortabatur eam, ut sui demum deditionem faceret. Illa vero respondit: « Haud ego magnopere detrimento affecta sum: nam qui occiderunt in prelio, plerique omnes Romani sunt. »

6. Aurelianus seditione militari aliquando appetitus dixit falli milites, qui regum fata in sua se potestate habere putarent. Quippe deum, qui dator sit purpurae (quam utique dextera praetendebat), etiam annos regni definire. Neque prius destitit, quam in quinquaginta seditionis principes animadvertisset.

PRIMI ET CONSULI ORDINARIO ITERUM NUMMIUS SE-
CUNDUS EJUS F. » ΜΑΙ. — § 3. « De Aureliano ad
Placidium primum victo a Marcomannis, mox
eorundem victore (270), legis Vopiscum c. 21,
Aurel. Victorem Epit. c. 35. » ΜΑΙ. — § 4. Eadem
narrat Vopiscus in Aurel. c. 22 (272 p. C.).

11. ΠΡΟΒΟΣ. (282.)

Ὅτι πρὸς ἀνταρσίαν ἐλθόντος Κάρου ἐβουλεύσατο
ὁ Πρόβος τί δεῖ ποιῆσαι αὐτόν. Καὶ πάντων σιωπών-
των, Μαρτινιανὸς τις γιλιάρχος παρρησιασάμενος πολλὰ
ἐνεκάλει αὐτῷ, ὡς διὰ τὸν ὄκνον αὐτοῦ τῶν πραγμά-
των ἀπολλυμένων· καὶ προέτρπεν αὐτὸν παραγρῆμα
κινήσαι καὶ ἐξελεῖν εἰς πόλεμον καὶ ἀπαντῆσαι τῷ τυ-
ράνῳ.

Nihil de Caro rebellante Vopiscus in Vita Probi.
Idem tamen in Vita Cari, c. 6 : *Hic (Carus) igitur... praefectus praetorii a Probos factus tantum sibi
apud milites amoris locavit, ut interfecto Probos
tanto principe, solus dignissimus videretur impe-
rio. Non me praeterit suspicatos esse plerosque, et
eos in fastos retulisse Cari factione interentum
Probum; sed neque meritum Probi erga Carum,
neque Cari mores id credi patiuntur : simul quia
Probi mortem et acerrime et constantissime vindicavit.* Unicus testis qui disertius quid de his tradit,
Zonaras est lib. XII, 30, p. 610 : Γέγονε δὲ κατ' αὐ-
τοῦ (Πρόβου) καὶ ἄλλη τις ἐπανάστασις. Μέρους γὰρ
τῆς Εὐρώπης ὁ Κάρος ἄρχων ἔγνω τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρα-
τιώτας βουλευομένους ἀναιρεῖν αὐτὸν αὐτοκράτορα, καὶ
τοῦτο τῷ Πρόβῳ ἐδήλωσε, δεόμενος ἐκεῖθεν ἀνακλη-
θῆναι. Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν ἀφελῆσθαι αὐτὸν τὴν ἀρχήν.
Περιστάντες οὖν οἱ στρατιῶται τὸν Κάρον καὶ ἄκοντα
καταδέξασθαι τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐβιάσαντο, καὶ
αὐτίκα σὺν αὐτῷ εἰς Ἰταλίαν ὠρμήκεσαν. Καὶ ὁ Πρόβος
τοῦτο μαθὼν στρατεύμα ἐπεμψε σὺν ἄρχοντι ἀντιστή-
ναι αὐτῷ. Ἦδη δὲ πλησιάσαντες οἱ πεμφθέντες τῷ
Κάρῳ, δεσμήσαντες τὸν ἄρχοντα ἑαυτῶν, κακείνων καὶ

ἑαυτοὺς τῷ Κάρῳ παραδεδώκασιν. Ὁ δὲ Πρόβος ὑπὸ
τῶν οἰκείων δορυφόρων ἀνῆρτο, μαθόντων τὴν τῶν
στρατιωτῶν πρὸς Κάρον προσχώρησιν.

12. ΚΑΡΟΣ. (283 p. C.)

Ὅτι ἅμα τῇ ἀναγορεύσει λέγουσιν εἰρηκέναι
τὸν Κάρον ὅτι ἐπὶ κακῇ Περσῶν εἰς τὴν βασιλείαν
ἦλθεν.

13. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΣ.

1. Ὅτι ἐν τῇ οἰκείᾳ ἀναγορεύσει ὁ Διοκλητιανὸς, τὰ
τότε σεβόμενα θεῖα μαρτυρόμενος, ἔλεγεν μὴ διὰ τῆς
βασιλείας ἐφίεσθαι Καρίνον ἀνελεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐλεεῖν
τὴν πολιτείαν.

2. Ὅτι τὸ πολλὰ πράττειν ἀντικλιματῆρων καὶ ιν-
δύνων πολλῶν αἴτιον γίνεται.

3. Ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τάναντία μᾶλλον ἐπί-
σταται φέρειν, ἢ μέτρον ἐν ταῖς εὐτυχίαις φυλάτ-
τειν.

4. Ὅτι καὶ διὰ τὸ [διὰ τοῦτο?] τιμῆς αὐτὸν ἀθα-
νάτου (τε) τετυγχότα χρῆναι μεμνησθαι ὅτι θνητός
ἔστι καὶ τῶν ἀνθρωπίνων συμφορῶν οὐκ ἀλλότριος.

5. Ὅτι Λούκιος Ὀκτάβιος εἰς δεῖπνον κληθεὶς θρι-
άμβου, καὶ ἀποκληθεὶς ἀπήγγειλεν ἑαυτὸν εἰς τὸ συμ-
πόσιον ἤξειν εἰ μὴ ὡς οἷοντε κάλλιστα μέρη αὐτῷ
πεμψθεῖη.

6. Ὅτι Διοκλητιανὸς, ὁφείας τινος ἐν ὑπνοῖς πολλά-
κις αὐτὸν ἐνοχλούσης, ὥστε ἀρχὴν ἐγχειρῆσαί τι, ὅν
γε ὀνομαστὴ ἡ ὄψις ἐσήμανεν, ὑπονοήσας εἶναι τοῦτο ἐκ
γοητείας, ἐν τινι ἡμέρᾳ μετακαλεσάμενος αὐτὸν, τοῦτο
μόνον ἔφη πρὸς αὐτόν· « Δέξαι ἀρχὴν ἣν καθ' ἐκάστην
νύκτα αἰτεῖς παρ' ἐμοῦ, καὶ μὴ φθονήσης τῷ βασιλεῖ
τῆς ἐκ τοῦ ἡσυχάζειν θεραπείας. »

§ 1. Τὰ τότε σεβόμενα θεῖα] « Hinc cogno-
scimus historicum Christianum. » ΜΑΙ. — Καρί-
νον ἀνελεῖν] Zonaras XII, 30, p. 612 : Θάτερος
μέντοι τῶν Κάρου υἱῶν ὁ Καρίνος εἰς Ῥώμην διάγων

11. PROBUS.

Caro rebellante deliberabat in concilio Probus quid ageret.
Cunctis silentibus, Martinianus quidam tribunus libera
fiducia coepit Probos graviter exprobrare, quod ob ejus
segnitium respublica interiret : impulitque eum ut con-
festim arma moveret, bellum susciperet, tyrannoque in acie
occurreret.

12. CARUS.

Quum purpuram sumpsit Carus dixisse fertur factum se
imperatorem ad Persarum exitum.

13. DIOCLETIANUS.

1. Imperium capessens Diocletianus deus tunc cultos tes-
tans, non regni obtinendi causa se dixit optare necem Ca-
rini, sed quod miseretur reipublicae.

2. Multorum negotiorum susceptio causa fit infelicitum
climatericorum atque periculorum.

3. Humanæ naturæ est adversa facilius ferre quam mo-
destiam servare in rebus prosperis.

4. Propterea eum, etsi immortales consecutum honores,
meminisse tamen debere se mortalem esse et ab humanis
casibus non alienum.

5. L. Octavius ad triumphalem cœnam invitatus, deinde
rogatus ut venire supersedeat, nuntiavit se convivio inter-
futurum, nisi honoratiores, ut par esset, partes sibi mi-
terentur.

6. Diocletianus, spectro quodam in somnis enim pertur-
bante, ut imperium cuidam traderet, qui nominatim a
spectro designabatur : suspicatus hoc accidere ex præstigio,
quadam die vocato ad se illo homine, hoc tantum dixit :
« Accipe imperium, quod me singulis noctibus poscis, neque
invidas imperatori quietis gratiam. »

χαλεπὸς τοῖς Ῥωμαίοις ἐτύγχανεν, ἀσελγὴς γενόμενος καὶ ὤμους καὶ μνησίκακος· δς ὑπὲρ Διοκλητιανοῦ εἰς Ῥώμην ἐπιδημήσαντος διεθάρη. — § 5. » Ergone consul erat L. Octavius? Nam Valerius Maximus II, 8, 6 de cœna triumphali ait : *Moris erat ab imperatore triumphum ducturo consules invitari ad cœnam, deinde rogari ut venire supersedeant, ne quis eo die, quo ille triumpharet, majoris in eodem convivio sit imperii.* Hæc autem narratio ceu hic locum habeat non video, atque obiter ex occasione nescio qua interpositam arbitror. » **ΜΑΙ.** Interposuit hæc auctor de triumpho agens, quem Diocletianus egit (303 p. C.), paullo antequam imperio se abdicaret. Zonaras quoque (XII, 32, p. 618) et Joannes Antiochenus (fr. 167) ea occasione nonnulla de origine triumphi narrationi suæ intextunt. — 5. μετακαλεσάμενος αὐτὸν] Intellige Constantium Chlorum.

14. ΑΙΚΙΝΙΟΣ.

Ὅτι Αἰκίνιος τὰ χρυσᾶ νομίσματα, ἐν οἷς ὁ Κωνσταντῖνος τὴν τῶν Σαρματῶν νίκην ἐτύπωσεν, οὐ προσεδέχτο, ἀλλ' ἀναγωνεύων αὐτὰ εἰς ἑτέρας μετέφερε χρήσεις, οὐδὲ ἄλλο τοῖς περὶ τοῦτο μεφομένοις ἀποκρινόμενος, ἢ ὅτι οὐ βούλεται βάρβαρον ἐργασίαν ἐν τοῖς συναλλάγμασι τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἀναστρέφειν.

2. Ὅτι Κρίσπου τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου μεγάλαι ἐξάνησαν ἀνδραγαθίαι, καὶ πολλάκις Αἰκίνιος ὑπ' αὐ-

14. LICINIUS.

1. Licinius aurea numismata, in quibus Constantinus suam de Sarmatis victoriam excuderat, non recipiebat, sed confans ea in alios usus convertibat; nihil aliud iis qui id reprehenderent dicens, nisi quod nollet barbaricum opus in sui imperii negotiationibus versari.

2. Crispi Constantino geniti egregie facta clauerunt, victusque ab eo sæpe Licinius æger Homericos illos versus citabat :

O senex, te valde vexant juvenes bellatores,
Tuusque vigor languet, teque senium invasit.

3. Tiberius retulerat ad senatum, ut deus decimus tertius

τοῦ ἡττηθεὶς, ὀχθόμενος τὰ Ὀμηρικὰ (II. 8, 102) ταῦτα ἔλεγεν ἔπη·

Ὅ γέρον, ἦ μάλα δὴ σε νέοι τεύρουσι μαχηταί·
σὴ τε βίη λένυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει.

3. Ὅτι Τιθήριος ἀνήγγελλε ἐπὶ τὴν σύγκλητον, ὥστε τὸν Χριστὸν τρισκαιδέκατον θεὸν εἶναι· ἡ δὲ σύγκλητος οὐκ ἀπεδέξατο, ὥστε καὶ τινα ἀστεϊόμενον εἰπεῖν, ὅτι τρισκαιδέκατον οὐ δέχεσθε, καὶ πρῶτος ἐρχεται.

§ 1. De his numis cum inscriptione **SARMATIA DEVICTA** (an. 322) v. Eckhel. D. N. VIII, p. 87. De re v. Zosimus II, 21. — § 2. De Crispi contra Licinnium rebus gestis v. Zosim. l. l. Eusebius H. Eccl. X, 9.

15. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ.

Ὅτι Κωνσταντῖνος ἐβουλεύσατο πρῶτον ἐν Σαρδικῇ μεταγαγεῖν τὰ δημόσια· φιλῶν τε τὴν πόλιν ἐκείνην συνεχῶς ἔλεγεν· « Ἡ ἐμὴ Ῥώμη Σαρδικὴ ἐστίν. »

2. Ὅτι Κωνσταντῖνος τὰ τῶν πρότερον βεβασιλευκότων ἔργα καλύψαι θέλων, τούτων τὰς ἀρετὰς ἐπώνυμοις τισὶν ἐκφαυλίζειν ἐσπούδαζεν. Ἴδον μὲν γὰρ Ὀκταβιανὸν Αὐγουστον κόσμον τύχης ἐκάλει, τὸν δὲ Τραϊανὸν βοτάνην τοῖχου, Ἀδριανὸν δὲ ἐργαλεῖον ζωγραφικόν, Μάρκον δὲ καταγέλαστον, Σεβήρον***.

§ 1. Cf. Zonaras XIII, 13. — § 2. « Desunt paginæ duæ usque ad finem quaternionis, quibus in paginis res Constantini et fortasse etiam Constantii excerptas posuerat eclogarius. » **ΜΑΙ.**

Christus fieret. Recusante senatu, lepide dixit quidam : « Quem decimum tertium non admittitis, is primus veniet. »

15. CONSTANTINUS.

1. Constantinus principio consilium ceperat sedem regni in urbem Sardicam transferendi; captusque ejus urbis amore semper iterabat : « Roma mea Sardica est. »

2. Constantinus decessorum suorum res gestas obscurare studens, horum virtutes jocularibus quibusdam epithetis vilipendere studebat. Scilicet Octavianum Augustum fortunæ mundum appellabat, Trajanum herbam parietariam, Hadrianum pictoriam officinam, Marcum ridiculum, Severum***.

MENANDER PROTECTOR.

De Menandro Protectore quæ comperta habemus paucissima brevi Niebuhrius l. 1. p. xxii exponit hunc in modum : « Menander, Euphratæ filius, Constantinopolitanus, in juventute legum studio sese dederat : sed quoniam a causidicorum munere animus abhorrebat, ad segnitiam delapsus, in circo factionumque furoribus patrimonium effudit; tandem vero a necessitate ad meliora compulsus, quum a Mauricio imperatore literatos homines splendidis præmiis ornari videret, se in hoc genere experiri statuit. Itaque historiam Agathiae continuare sibi proposuit : quod ab adventu Catrigurorum Hunnorum in Thraciam, quos Belisarius repressit, annoque 558, usque ad excessum Tiberii imperatoris, an. 582, perfecit. Protectoris cognomen, quo ab illustri poeta Attico discriminatur, indicat eum cohortibus prætorii imperatoris adscriptum fuisse : quæ tamen illo ævo æque ac scholarii fictam tantummodo exercebant militiam (Procop. Anecd. 24, p. 71). In scribendi genere prorsus simia Agathiae est; ridendus quoties sententiarum acumine aut verborum elegantia se ostentare cupit : verumtamen in rebus gestis referendis bonus auctor; circa populorum mores terrarumque longin quarum situm et peregrinantium itinera admodum curiosus et fide dignus. Ejusdem Agathiae imitatione etiam epigrammata componere tentavit (v. fr. 35 a). Quæ supra de ejus origine ac juventute dixi, ea omnia ipse in proœmio historiae tradiderat (fr. 1). » — Præter Suidam mentionem ejus facit Constantinus Porphy. De them. I, 2, p. 18, et Theophylactus Simocatta Hist. I, 3 (v. fr. 66), qui Menandrum nostrum continuavit.

ARGUMENTUM.

Fr. 1. 2. Ex Proœmio. — 3. Persarum et Romanorum de Lazica regione certamina in tempus componuntur, pactis induciis. Justinianus Hunnos Utiguros ad bellum Hunnis Catriguris inferendum excitat (558). — 4. Avars per Zandichum legatum a Justiniano annua stipendia et regionem sibi postulant. Imperator senex, non vi sed arte Avars a finibus imperii removere statuit (558). — 5. Justinianus Avarum legationem donis demulcet, missoque Valentino iis persuadet, ut contra Hunnicas gentes bellum suscipiant. Avars Utiguros, Salos, Sabiros vincunt. — 6. 7. Avars Mezamerum, Antarum gentis legatum, occidunt, Anta-

rumque regionem vastare pergunt. — 8. Anmigus, dux Francorum, semper se hostem Romanorum fore declarat (561). — 9. Justinianus Avarum legatos novas sibi sedes petentes Byzantii detinet. Hinc Romanorum et Avarum inimicitiae (562). — 10. Silzibulus s. Dizabulus, Turcorum dux, contra Ephthalitas bellum gerit. Quo absoluto, in Avars arma movenda statuit. Catulphi Ephthalitæ dictum. Sententiae. — 11. Petrus Patricius, Justiniani legatus, et Jesdegusnaph, Zichus a Chosroe missus, in confiniis utriusque imperii congressi de pace inter Romanos et Persas firmiter componenda agunt. Fœderum capita singula recensentur. Quum vero Suaniam provinciam poscenti Romano nequam concederet legatus Persarum, Petrus ad Chosroem ipsum proficiscitur, ut ab eo æquiores condiciones impetret. Ejus cum Chosroe colloquia (562). — 12. Petri Patricii uberior historia de legatione ipsius ad Chosroem laudatur. — 13. Petrus de Suania nihil obtinet. Pace composita, Byzantium redit, ubi mox diem obit. — 14. Justinus Avarum condiciones superbe respuit (565). — 15. Justinus imperio potitus Joannem legatum ad Chosroem mittit, qui de reddenda Suania ageret; verum is infecta re Byzantium redit (565). — 16. Joannes ob rem male gestam honoribus exiit. — 17. Zichus, et post Zichum in itinere mortuum Mebades a Persarum rege legatus Byzantium mittitur : neque ipse neque Saracenorum legati, quorum causam Mebades apud imperatorem agit, quæ cupiunt impetrant (566). — 18. Turcorum legati a Persis sprete Byzantium proficiscuntur ad commercia cum Romanis petenda (568). — 19. Zemarchi legatio ad Turcos (568). — 20. Descriptio itineris ejus et congressus cum Dizabulo, Turcorum duce. — 21. 22. Zemarchus a legatione ad Turcos rediens magnis itineris difficultatibus et periculis laborat. — 23. Avars, commeatus inopia laborantes, a Francis, quibuscum fœdus inierant, sustentantur. — 24. Longobardorum legati Avars contra Gepidas et Romanos sollicitant. — 25. Longobardi quum fœderis condiciones ab Avaribus propositas non admittendas ducerent, a Romanis auxilia petunt. — 26. Bajanus, Avarum Chaganus, Sirmium obsessurus, legatos Romanorum in vincula conjicit (568). — 27. Idem post multas disceptationes cum Bono, Romanorum duce, iratus ab obsidione Sirmii recedit (568). — 28. 29. Targitius, Avarum legatus, Sirmium op-

pidum et pecunias sibi tradi petens, superbe a Justino dimittitur (568 s. 569). — 30. Sententiæ. Avarum jactantiam nihil curant Romani. — 31. Bonus, Romanorum dux, Avarum strategema eludit. — 32. Turci Justinum ad bellum cum Persis renovandum incitant (570). — 33. Justinus nullas Avarum condiciones admittit (570). — 34. Pax componitur inter Romanos et Avars (570). — 35. Avarum legati a latronibus expilati res suas a Tiberio repetunt (570). — 35. De Persarmeniorum defectione. Isaozitæ Christiani nex. Procopii laudes. — 36. Sebochtbes legatus a Chosroë ad Justinum missus ad fœdus inter Persas et Romanos instaurandum (571). — 36. Nisibis a Marciano obsessa (572). — 37. Jacobus insolentem Chosrois epistolam Tiberio et Sophiæ Augustæ tradit (575). — 38. Zacharias medicus a Sophia imperatrice ad Chosroem missus annuas inducias cum Persis componit (575). — 39. Trajanus post Zachariam missus quinque annorum inducias paciscitur (576). — 40. Quas quum Tiberius accipere detrectet, Persæ in fines Romanorum incursiones faciunt. — 41. Legatio Theodori, Bacchi filii, ad Chosroem, quem in Armenia belligerantem comitatur. — 42. Sabirorum et Alanorum legati de pace agunt cum Tiberio Cæsare. — 43. Valentinus, Romanorum ad Turcos legatus, a Turxatho, duce eorum, contumeliis afficitur (576). — 44. Sententiæ. — 45. Turci bellum Romanis inferunt (576). — 46. Romanorum et Persarum legati in confiniis utriusque imperii conveniunt (577). — 47. Zacharias et Mebodes de pace inter Romanos et Persas restituenda agunt; Romani Persarmenia et Iberia cedunt, sed Daras oppidum a Persis sibi reddi possunt (577). Slavini in Thraciam irrum-punt (578). — 48. Bajanus Avarum dux a Tiberio Cæsare instigatus cum magno exercitu in sedes Selavinorum irrumpit (578). — 49. Tiberius Cæsar pecunias ad aliquos e principibus Longobardorum conciliandos mittit (578). — 50. Chosroes inter ipsas pacis actiones bellum cum Romanis renovat (578). — 56. Persæ ex improviso castellum Romanorum expugnant (578). — 55. Tanchosdro in fines imperii Rom. impetum facit (578). — 53. De eodem Tanchosdro. — 54. Zacharias

ad Chosroem et Pherogdathes ad Tiberium de pace legati mittuntur (579). — 55. Zacharias et Theodorus cum æquis pacis conditionibus ad Persas missi, ab Hormisda, post Chosroem Persarum rege, indigne excepti, infectis rebus domum revertuntur (579). — 56. Mauricius dux Orientis creatur (579). — 57. Mauricius Chlomarum, Persarum oppidum, obsidione premit (580). — 58. Idem disciplinam militarem corrigere instituit. — 59. Romanorum adversus populos vectigales injustitia, antequam Mauricius exercitui præfectus esset, Mauricius in Iberia rem infelicititer gerit. — 60. Zacharias iterum a Tiberio ad pacem componendam in Persiam missus in confiniis cum Andigano, legato Persarum, convenit; sed longis disputationibus nihil efficitur (580). — 61. Sententiæ. — 62. Tiberius ut Italiam adversus Longobardos tueatur, multos eorum donis in partes suas traducit (580). — 63. Bajanus, dux Avarum, usque ad Sirmium progressus, Savum trajicere conatur, bellum contra Selavinos præterdens (580). — 64. Idem a Tiberio ut Sirmium sibi concedatur, postulat. — 65. Theognis, dux Romanorum, Sirmium fortiter obtinet. — 66. Romani Sirmium Bajano dedere coguntur (581).

ΤΑ ΜΕΤΑ ΑΓΑΘΙΑΝ.

1.

EX PROOEMIO LIBRI PRIMI.

Suidas : Μένανδρος Προτίκτωρ, ιστορικός, δὲ λέγει περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐμοὶ πατὴρ Εὐφρατᾶς ἐκ Βυζαντίου δρῶν μένος ἦν· οὗτος δὲ οὖν ἤκιστα τῆς τῶν λόγων μετελλήχει παιδείας· Ἡρόδοτος μὲν οὖν (ὦν?) μοι δμόγιος, τῆς πρὸς τὸν νόμον ἀπογευσάμενος παιδείας, εἴτα ἀφηνίασε τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς· ἀλλ' ἐγὼ γε οὗτι γρῆναι ὁρμήν μὴ καὶ νόμοις δμιλῆσαι, καὶ ἐς τέλος ἰκέσθαι τῶν πόνων· καὶ δὲ ἀφικόμεν, ὥς μοι ὑπῆρχε δυνατόν. Ἡκιστα δὲ ἐγχευάμην τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ ἐπιτηδεύματος· οὐ γάρ μοι θυμῆρες ἦν ἀγωνίζεσθαι δίκας, οὔτε μὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ στοᾶ θαμίζειν, καὶ δεινότητι λόγων τὰς τῶν ἐντυγχανόντων οἰκειοῦσθαι φροντίδας. Καὶ τὰ σπουδαῖα τοιγαροῦν παρὲς καὶ τὰ χεῖριστα ἐλόμενος, κεχρηνὸς περιεπόστουν· καὶ μοι καταθύμιοι ἦσαν οἱ τε θόρυβοι τῶν χρωμάτων καὶ οἱ ἀμύλληττοι

CONTINATIO HISTORIÆ

AGATHIÆ.

1.

Menander Protector, historicus, de se ipse scribit : « Pater mihi Euphratas, Byzantio oriundus; minime ille quidem eruditus. Herodotus vero mihi frater germanus erat, qui legum doctrina degustata, statim ab harum studio recessit Ego vero et leges minime negligendas esse, et ad

finem laborum perveniendum mihi esse existimavi : idque feci, ut licuit. Minime tamen hujus studii professione sum usus. Haud enim mihi cordi fuit causas in foro agere, vel regiam porticum frequentare, et eloquentiæ facultate aliorum studia mihi conciliare. Quare neglectis rebus seriis, deteriora sectari et otiosus circumire cæpi. Ac placere mihi certamina partium circensium et decursiones equestres, præterea saltationes pantomimorum. Ad hæc et in palastris frequenter me exercui, et eo amentis processui,

τῶν ἱππῶν ἀγῶνες, ἔτι γε μὴν καὶ ἡ παντόμιμος ὀρχήσις· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παλαιστραὶς ἐναπεδουμένη· καὶ ἐς τοσοῦτον ἐξώκειλα ἀφροσύνης, ὥς καὶ τὸν φαινόλην ἀποδύσασθαι, συναποδύσασθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὸ νουνεγές, καὶ ἄλλο ὃ τι ἐς βίον ἀγαλίσμα. Ἐπεὶ δὲ Μαυρίκιος τὸ βασιλεῖον διεδήσατο κράτος, τοῦτο μὲν προμηθέστατα ἔχων ἐς τοὺς ἐπηφύους, τοῦτο δὲ καὶ Μουσῶν ἐραστής, ποιημάτων τε καὶ ἱστορίας ἡδίστα ἐπαίων, ὥς καὶ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς μέρος καταναλίσκειν περὶ τὰς τοιαύτας φροντίδας, καὶ παρορμᾶν ἐντεῦθεν καὶ δρῶναι τοῖς χρήμασι τοὺς ἀμεινότερους τὸν λογισμὸν, ἀγαπητῶς ἐν τῷ τότε ἔγωγε ἀλῶν, καὶ δυσανασχετῶν τῷ μὴ τὰ δέοντα ἔχειν, ἀναλογιζόμενος ἦν ὥς οὐ χρεὼν ἀνόνητά με περινοσθεῖν· ὥς τοίνυν μὴ διὰ παντὸς κενεματοίην, ὠρμήθη ἐπὶ τήνδε τὴν συγγραφὴν, ἀρξασθαι μετὰ τὴν ἀποδύωσιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. » In postremis Bernhardy, ejecta voc. ἀρξασθαι, leg. proponit : ... συγγραφὴν, καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀποδύωσιν τοῦ Ἀγ. τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. Cf. Eudocia p. 299 : Μένανδρος Πρ. ἱστορικός. Ἐγραψε τὰ μετὰ τὴν ἀποδύωσιν Ἀγαθίου· ἦτοι διάδοχος τῆς ἐκεῖνου ἱστορίας.

2.

Exc. De sent. p. 353 Mai :... [οὐ τοσοῦτον τῷ τῆς] λέξεως εὐγενεῖ ὅσον τῇ τῶν πραγμάτων ἀφιγῆσει καρποῦσθαι παρηγόρας· πῶς γὰρ οἶόντε ἦν ἐμὲ ἐς τοσοῦτον ἀφιγῆσαι παιδείας, ὥς καὶ ἐς τὸ συγγράφειν ἵεναι; ἀμεριμνος γὰρ ἐσότη ἔμοι γε ὁ βίος καὶ ἐκδεδιτημένος ὑπῆρχην. Hæc item ex proœmio. Prima verba supplevit Niebuhrius.

ut pœnulam quoque, et cum ea sanam mentem et quidquid virtutum ornat vitam, exuerem. Posteaquam vero Mauricius imperium capessivit, qui et populi salutem provide curabat, et Musas amabat, poematibusque et historiis audiendis quam plurimum delectabatur, adeo ut magnam noctis partem ipse in iis studiis consumeret, et ingenia hebetiora munificentia excitaret atque acueret : tunc ego merito dolens et animo æger, quod ea quibus opus esset non haberem, mecum reputare corpi, non oportere me vitam adeo inertem et otiosam traducere. Quare ne prorsus nihil agerem, ad hanc historiam animum appuli, ejusque conscriptionem ab iis rebus auspicatus sum in quibus Agathias moriens substitit. »

2.

[*Nequaquam tantum*] elocutionis nobilitate, quantum rebus narrandis me consecuturum esse speravi. Nam qui fieri potest ut ego eruditionem adquisiverim historiæ componendæ necessariam, qui rudem vitam et sine disciplina duxi?

3.

Medi in Colchorum regionem, de qua certabatur, irruerunt, ut ipsam sibi subicerent, et post multa et varia cer-

3. (558 p. C. ; Justiniani an. 32.)

Exc. De leg. Rom. p. 132 Par. : Ὅτι ἐπειδὴ Μῆδοι τῇ περιμαχῇ τῶν Κόλχων χώρα προσκαθεζόμενοι, ὥς ἂν ποιήσωνται γε αὐτὴν κατήκοον, μετὰ πολλοὺς ὅσους ἀγῶνας, χρόνου τε συγνοῦ τριβέντος αὐτοῖς, οὐδὲν τι περαιτέρω ἔδρασαν· ἀλλὰ γὰρ τὰ τε πλείονα τῆς Λαζικῆς καὶ ὁ Φᾶσις ἡ πόλις, ἐνθα λέγεται εἶναι τὰ τοῦ Λιήτου βασιλεία, οὐδὲν ἦττον ὑπὸ Ῥωμαίους ἐτύγχανον ὄντα· τέλος δὲ ἔδοξε Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις, ὧν μὲν ἐν κατοχῇ ὑπῆρχον, εἴτε φρούρια εἴτε ἕτερα ἄλλα, οὐτι μεταθεῖναι, εἶναι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ μέγιστῳ τῶν πολιτευμάτων ἡσυχίαν ἔχον. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα τῇδε ἔχουσι καὶ ὅς γε ἀμφὶ τὸν Ζαβεργὰν Οὐννοὶ πόρρω που τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀπεληλαμένοι ἐτύγχανον, τῆνικαῦτα Ἰουστινιανὸς (ἐν νῷ γὰρ εἶχεν, ὥς ἐλεύσονται καὶ αὖθις οἱ Κοτρίγουροι ἀνωσόντες τὰ ἐπὶ Θράκης) ἐγκείμενός τε ἦν τῷ Σάνδιλῳ τῷ τῶν Οὐτιγούρων ἡγεμόνι, ἀνίει τε οὐδαμῶς παραινῶν, πρεσβείας τε συχνὰς ἐκπέμπων καὶ ἄλλοτε ἄλλῳ τρόπῳ ἀνερθεῖζων, ὥς ἂν ἀμωσγέπως ἐκπολεμώσῃ γε αὐτὸν ὥς τὸν Ζαβεργὰν. Προσετίθει δὲ ταῖς ὥς τὸν Σάνδιλῳ ἀγγελίας δ' αὐτοκράτωρ, ὥς, εἴ γε καταγωνίσοιτο τοὺς Κοτρίγούρους, καὶ τὰ ὅσα ἐτήσια χρήματα ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀπονεμηθέντα ἦσαν τῷ Ζαβεργᾷ, μεταθήσειν ὥς αὐτόν. Καὶ τοίνυν ὁ Σάνδιλος (Ῥωμαῖοι γὰρ ἐπιτήδειος ἐβούλετο εἶναι) βασιλεῖ ἐσήμηνεν, ὥς « πέφυκέν οὐχ ὅσιον μὲν οὐδὲ ἄλλος εὐπρεπὲς τοὺς δημοφύλους ἀφανίσαι ἄρδην, μὴ ὅτι βυόγλωσ-

tamina multumque temporis consumptum nihil quicquam profecerunt. Etenim maxima pars Lazicæ regionis, maxime vero Phasis urbs, ubi quondam, ut aiunt, Ætis regia fuit, nihilominus semper remanserant in fide et potestate Romanorum. Itaque Romanis et Persis a possessione sive oppidorum munitorum, sive aliarum rerum, quæ quisque bello occupaverat, discedere minime placuit, sed ut omnia in eodem statu manerent, donec controversia prorsus dijudicaretur. Quod quum utrimque decretum esset, induciæ factæ sunt, quæ spem præbebant, fore ut brevi perfecta pax componeretur : quo facto maxima illa duo imperia quiescebant. Hæc quum ita gesta essent et Hunni, qui Zabergani parent, longe ab imperii Romani finibus fuissent repulsi, Justinianus suspicans, Cotriguros iterum Thraciam populationibus vexatum venturos, totus in Sandilchum, Uligurorum ducem, incubuit, quem frequentibus legationibus hortari non destitit, et omni ratione ad bellum contra Zaberganem excitare conatus est. Præter alias conditiones imperator Sandilcho pollicitus est, si Cotriguros debellasset, ad ipsum annuas pecuniarum pensiones, quæ quotannis Zabergani pendebantur, redituras esse. Itaque Sandilchus, tametsi necessitudinem sibi cum Romanis esse cuperet, imperatori significavit, minime sibi pium aut decens fore omnes suos contribules ad interfectionem usque delere.

σοί τέ εἰσι καὶ ὁμοσκέυοι ἡμῖν, καὶ ὁμοῖα χρῶνται στολῇ καὶ διαίτῃ, ἀλλ' ὅτι καὶ συγγενεῖς καὶ (χὰν? Nieb.) ἐτέροις τισὶ τετάρχαι ἡγεμόσιν. "Ὁμως δ' οὖν ('Ιουστινιανὸς μὲν γὰρ δὲ τὰ τοιαῦτα ἐγκαλεσάμενος) καὶ αὐτίκα τὴν ἔκπουν τοὺς Κοτρίγουρους ἀφελόμενος οἰκίον ποιήσομαι κτῆμα, ὡς ἂν μὴ ἔχοιεν δὴν ὀγούμενοι σίνοντο τοὺς Ῥωμαίους. » Cf. Agathias V, 24. 25.

4. (558 p. C.)

Exc. De leg. gent. p. 99 Par. : [Περὶ Ἀδάρων.] Ὡς πολλὰ περινοστήσαντες ἦγον ἐς Ἀλανοὺς, καὶ ἰκέται ἐγένοντο Σαρωσίου τοῦ Ἀλανῶν ἡγουμένου, ὡς ἂν δι' αὐτοῦ γνώριμοι ἔσονται Ῥωμαίοις. Ὁ δὲ Ἰουστίνῳ τῷ Γερμανοῦ, κατ' ἐκείνου καιροῦ τῶν ἐν Λαζικῇ καταλόγων ἐξηγουμένῳ, τῶν Ἀδάρων περὶ ἐδήλωσεν, ὃ δὲ Ἰουστίνος Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ. Καὶ δὴ ἐνεκλεύσατο ὁ βασιλεὺς τῷ στρατηγῷ στέλλειν ἐς Βυζάντιον τὴν πρεσβεσίαν τοῦ ἔθνους. Καὶ οὖν Κανδὶχ ὄνομά τις ἡρέθη πρεσβευσόμενος ὑπὲρ Ἀδάρων πρώτος, ὃς ἐσφοτῆσας ἔλεξε τῷ αὐτοκράτορι, ὡς πάρεστι τὸ μέγιστόν τε καὶ ἀλκιμώτατον τῶν ἔθνων, καὶ ὡς τὸ φύλον οἱ Ἀδάροι ἀκαταμάχητοί τε εἰσι καὶ τὸ ἀντίστατον οἵτε βραδίως ἀπίσασθαι τε καὶ διαφθεῖρειν, καὶ ὡς προσήκον ἐστὶ τῷ βασιλεῖ ἐς ὁμαγμίαν σφᾶς ἐταίριασθαι, ἀλεξητῆράς τε ἔχειν ἀγαθοὺς, καὶ ὡς οὐκ ἄλλως ἐννοῦνται οἱ ἔσονται τῇ Ῥωμαϊκῇ πολιτείᾳ ἡ δώροισ ἐς τὰ μάλιστα τιμιωτάτοις καὶ χρήμασιν ἐτησίαις καὶ γῆς εὐφορωτάτης οἰκήσει. Ταῦτα τῷ αὐτοκράτορι ἐπειδὴ ἡγγεῖλεν ὁ Κανδὶχ, αὐτίκα — οὐ γὰρ ἐσφρίγα οἱ τὸ σῶμα, οὐδὲ ἤμαρζεν ἡ ἀλκή, ὥσπερ ἀμέλει,

ἡνίκα Γελίμερά τε τὸν Βάνδηλον καὶ Οὐτίτιγιν τὸν Γότθον ἄμφω ἐτι νεάζων ἐθετο δορυάλων· ἀλλ' ἥδη γραλῆος τε ἦν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἐκείνου φρόνημα καὶ φιλοπόλεμον μετεβέβητο ἐς τὸ βαθυμότερον. Ταῦτα ἔγνω ἐτέρῳ τρόπῳ καὶ οὐχὶ πολέμῳ τὴν βαρβαρικὴν ἀποκρούσασθαι δύναμιν. Καὶ κατηγωνίστατο ἂν καὶ ἀρδὴν ἠράνισεν, εἰ καὶ μὴ πολέμῳ, ἀλλ' οὖν εὐβουλία, εἰ γὰρ μὴ τῷ ὀφειλομένῳ τέλει πρότερον ἠφάνισθη αὐτός· οὐ γὰρ πολλῷ ὕστερον ὄχετο ἐκεῖσε. Ἐπεὶ οὖν ἤκιστα ἦν οἷοις περιεῖναι, τὴν ἐτέραν ἐτράπετο. De Justiniano, ætate ingravescente, molliore, et donis dolisque potius quam armis hostes cohibente, cf. Agathias V, 14.

5.

Ibidem p. 100 : Ὅτι δημηγορήσας ὁ βασιλεὺς, τοῦ τε ἱεροῦ ξυλλόγου τὸ ἀγγίζον τε καὶ βουλευτικὸν τοῦ βασιλείως ἐπαινέσαντος, παραχρῆμα τὰ τε δῶρα ἔστειλε, σειράς τε χρυσῷ διαπεποικιμένους καὶ κλίνας, ἐσθῆτάς τε σπρικὰς καὶ ἑτέρα πλείστα ἐκμαλθακῶσαι οἷα τε ὄντα ἀλαζονείας ἀνάπλεα φρονήματα, πρὸς τοῖς καὶ πρεσβευσόμενον Βαλεντίνον (εἷς δὴ οὗτος τῶν βασιλικῶν μαχαιροφόρων)· καὶ προὔτρεπετο τὸ φύλον ὁμαγμίαν ἐσάγειν Ῥωμαίοις καὶ κατὰ τῶν ἀντιπάλων δπλίζεσθαι, ἐμφρονέστατα οἶμαι προμηθευσάμενος ὁ βασιλεὺς, ὡς ἡ νικῶντες οἱ Ἀδάροι ἡ καὶ ἡσώμενοι ἐξ ἄμφοιν περιθῶσι Ῥωμαίοις τὸ συνοῖον. Τοῦ δὲ Βαλεντίνου ἐκεῖσε ἀφικομένου καὶ τὰ δῶρα παρασχομένου, καὶ δσα ἐσήμηνεν ὁ βασιλεὺς ἐξεπόντος, πρῶτον μὲν ἐξεπολεμήθησαν Οὐτιγούροις, εἶτα Ζάλοις, Οὐννικῷ φύλῳ· καὶ Σαβεύροις δὲ καθεῖλον.

« Nam non solum, inquit, illi eadem nobiscum lingua et vendi ratione utuntur, sed etiam sunt nostri consanguinei, quamvis aliis ducibus pareant. Nihilominus (Justinianus enim hoc imperavit) omnes Cotrigurorum equos illis ademptos nostros faciemus, ne habeant, quo vecti et insidentes Romanis amplius noceant. »

4.

Avares quum diu multumque incerti errassent, tandem ad Alanos accesserunt, et Sarosium, eorum ducem, suppliciter orant, ut per eum in notitiam et amicitiam Romanorum venirent. Is Justino, Germani filio, qui tunc temporis militibus, qui in Lazica in praesidiis erant, praeerat, eam rem nuntiavit, et Justinus ad Justinianum retulit, qui illi mandavit, ut ejus gentis legatos ad se Byzantium transmitteret. Electus vero fuit ab ea gente quidam Candich nomine, qui quum primus legatus ad imperatorem venisset, dixit, adesse gentem omnium maximam et fortissimam, Avares, genus hominum invictum, qui omnes hostes repellere et funditus extinguere possent. Imperatoris rationibus valde conducere cum eis armorum societatem facere et auxilios optimos sibi adsciscere, qui tamen non alia conditione Romano imperio servirent, quam si donis pretiosis, annuis etiam stipendiis et fertili regione, quam habitarent, donarentur. Hæc Candich imperatori. Erat ea tempestate imperator effecto corpore : non eadem illi vis animi, qua florebat, quum juvenis adhuc Golumerem Vandalum et Vit-

tigem Gothum captivos fecit. Itaque jam senex exacta ætate, quum animi robur et belli amorem desidia et otio committasset, barbarorum exercitum non bello, sed alia ratione a finibus imperii depellere constituit. Et sane vicisset eum et penitus exstinxisset, si minus praeliis, at prudentia et consilio, nisi ipse debito sine prius extinctus esset. Etenim non multo post ex vita inigravit. Quum igitur vi barbaros superare non posset, aliam viam ingressus est.

5.

De ea re imperator concionem apud sacrum senatum habuit, qui ejus prudentiam et in rebus gerendis consilii vim et acerrimum judicium valde collaudavit. Hoc facto statim imperator dona ad legatos misit, catenas auro variegatas et lectos et sericas vestes et alia quam plurima, quibus leniret et demulceret animos superbiæ et insolentiae plenos. Misit quoque legatum Valentinum (is erat unus ex imperatoris satellitibus), cui præcepit ut gentem Romanis societate conjungeret, et efficeret ut suos inimicos bello aggredirentur. Sic enim valde prudenter, opinor, imperator sentiebat, sive Avares vincerent, sive vincerentur, in utramque partem ea quæ evenirent, suo commodo cessura. Quum igitur Valentinus ad eos profectus esset et munera præbuisset et mandata imperatoris exposuisset, primum quidem Uliguros, tum Salos, Hunnicam gentem, debellarunt, et Sabiros everterunt.

τῶν ἱππῶν ἀγῶνες, εἴ τι γέ μὴν καὶ ἡ παντόμιμος δρχή-
σις· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παλαίστραις ἐναπεδουμένη· καὶ ἐς
τοσοῦτον ἐξώκειλα ἀφροσύνης, ὥς καὶ τὸν φαινόλην
ἀποδύσασθαι, συναποδύσασθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὸ νουεχές,
καὶ ἄλλο δ τι ἐς βίον ἀγλαΐσμα. Ἐπεὶ δὲ Μαυρίκιος
τὸ βασιλεῖον διεδήσατο κράτος, τοῦτο μὲν προμηθέ-
στατα ἔχων ἐς τοὺς ἐπὶ τοὺς, τοῦτο δὲ καὶ Μουσῶν
ἐραστής, ποιημάτων τε καὶ ἱστορίας ἡδιστα ἐπαίων, ὥς
καὶ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς μέρος καταναλίσκειν περὶ τὰς
τοιαύτας φροντίδας, καὶ παρορμᾶν ἐντεῦθεν καὶ ἀζύνειν
τοῖς χρήμασι τοὺς ἀμβλυτέρους τὸν λογισμὸν, ἀγαπη-
τῶς ἐν τῷ τότε ἔγωγε ἀλύων, καὶ δυσαναρχετῶν τῷ μὴ
τὰ δέοντα ἔχειν, ἀναλογιζόμενος ἦν ὥς οὐ χρεῶν ἀνό-
νητά με περινοστεῖν· ὥς τοίνυν μὴ διὰ παντὸς κενεμ-
βατοῖην, ὠρμήθην ἐπὶ τήνδε τὴν συγγραφὴν, ἀρξασθαι
μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ τῆς ἱστορίας
ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. » In postremis Bernhardy,
ejecta voc. ἀρξασθαι, leg. proponit : ... συγγραφὴν,
καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ Ἀγ. τῆς ἱστορίας ποιή-
σασθαι τὴν ἀρχήν. Cf. Eudocia p. 299 : Μένανδρος
Πρ. ἱστορικός. Ἐγράψεν τὰ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν Ἀγα-
θίου· ἦτοι διάδοχος τῆς ἐκείνου ἱστορίας.

2.

Exc. Desent. p. 353 Mai :... [οὐ τοσοῦτον τῷ τῆς]
λέξεως εὐγενεῖ ὅσον τῇ τῶν πραγμάτων ἀφηγήσει καρ-
ποῦσθαι θαρρήσας· πῶς γὰρ οἴοντα ἦν ἐμὲ ἐς τοσοῦτον
ἀφῆχθαι παιδείας, ὥς καὶ ἐς τὸ συγγράφειν ἵεναι; ἀμέ-
ριμος γὰρ ἐσότη ἔμοι γὰρ ὁ βίος καὶ ἐκδεδιτημένος
ὑπῆρχεν. Hæc item ex proœmio. Prima verba sup-
plevit Niebuhrius.

2.

[*Nequaquam tantum*] elocutionis nobilitate, quantum
rebus narrandis me consecuturum esse speravi. Nam qui
fieri potest ut ego eruditionem adquisiverim historiæ com-
pendiæ necessariam, qui rudem vitam et sine disciplina
duxi?

3.

Medi in Colchorum regionem, de qua certabatur, irru-
erunt, ut ipsam sibi subjicerent, et post multa et varia cer-

3. (558 p. C.; Justiniani an. 3a.)

Exc. De leg. Rom. p. 13a Par. : Ὅτι ἐπειδὴ
Μῆδοι τῇ περιμαχίῳ τῶν Κόλχων χώρα προσκαθε-
ζόμενοι, ὥς ἂν ποιήσωνται γὰρ αὐτὴν κατήχοον, μετὰ
πολλοὺς ὅσους ἀγῶνας, χρόνου τε συχνοῦ τριβέντος αὐ-
τοῖς, οὐδὲν τι περαιτέρω ἐδρασσαν· ἀλλὰ γὰρ τὰ τε
πλείονα τῆς Λαζικῆς καὶ ὁ Φᾶσις ἡ πόλις, ἐνθα λέγε-
ται εἶναι τὰ τοῦ Λιήτου βασιλεία, οὐδὲν ἤττον ὑπὸ Ῥω-
μαίους ἐτύγχανον ὄντα· τέλος δὲ ἔδοξε Ῥωμαίοις τε καὶ
Πέρσαις, ὧν μὲν ἐν κατοχῇ ὑπῆρχον, εἴτε φρούρια εἴτε
ἕτερα ἄλλα, οὐτὶ μεταθεῖναι, εἶναι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ μέ-
χρῳ οὐ ἀσφαλέστερον διευκρινηθεῖν τὰ τῆς διαφορᾶς.
Καὶ τοίνυν ἔδοκει οὐκ ἄλλως, ἐκχειρία τέ τις ἐγεγόνει
ὅσον οὕτω τελευτάτης εἰρήνης ἔχουσα ἐλπίδα, τὰ τε
μέγιστα τῶν πολιτευμάτων ἡσυρίαν ἦγον. Ἐπεὶ οὖν
ταῦτα τῇδε ἐχώρει καὶ οἱ γὰρ ἀμφὶ τὸν Ζαβεργᾶν Οὐν-
νοι πόρρω που τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀπειληλαμέ-
νοι ἐτύγχανον, τῆνικαυτὰ Ἰουστινιανὸς (ἐν νῷ γὰρ εἴ-
χεν, ὥς ἐλεύσονται καὶ αὐτῆς οἱ Κοτρίγουροι ἀψώσονται
τὰ ἐπὶ Θράκης) ἐγκείμενός τε ἦν τῷ Σάνδιλῳ τῷ
τῶν Οὐτιγούρων ἡγεμόνι, ἀνίει τε οὐδαμῶς παραινῶν,
προσβείας τε συγχᾶς ἐκπέμπων καὶ ἄλλοτε ἄλλω τρόπῳ
ἀνερθεῖζων, ὥς ἂν ἀμωσγέπως ἐκπολεμώσῃ γὰρ αὐτὸν
ὥς τὸν Ζαβεργᾶν. Προσέτιθει δὲ ταῖς ὥς τὸν Σάνδιλ-
χον ἀγγελίαις ὁ αὐτοκράτωρ, ὥς, εἴ γε καταγωνίσοιτο
τοὺς Κοτρίγους, καὶ τὰ ὅσα ἐτήσια χρήματα ἐκ τῆς
Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀπονεμηθέντα ἦσαν τῷ Ζα-
βεργᾶ, μεταθήσειν ὥς αὐτὸν. Καὶ τοίνυν ὁ Σάνδιλος
(Ῥωμαίοις γὰρ ἐπιτήδεος ἐβούλετο εἶναι) βασιλεῖ ἐσή-
μησεν, ὥς « πέφυκέν οὐχ ὅσιον μὲν οὐδὲ ἄλλως εὐπρε-
πὲς τοὺς δημοφύλους ἀφανίσαι ἄρδην, μὴ δτι δόμῳλωσ-

tamina multumque temporis consumptum nihil quicquam
profecerunt. Etenim maxima pars Lazicæ regionis, maxime
vero Phasis urbs, ubi quondam, ut aiunt, Ætis regia fuit,
nihillominus semper remanserant in fide et potestate Roma-
norum. Itaque Romanis et Persis a possessione sive oppi-
dorum munitorum, sive aliarum rerum, quæ quisque bello
occupaverat, discedere minime placuit, sed ut omnia in
eodem statu manerent, donec controversia prorsus dijudi-
cetur. Quod quum utrimque decretum esset, induciæ factæ
sunt, quæ spem præbebant, fore ut brevi perfecta pax com-
poneretur : quo facto maxima illa duo imperia quiescebant.
Hæc quum ita gesta essent et Hunni, qui Zabergani pare-
bant, longe ab imperii Romani finibus fuissent repulsi, Ju-
stinianus suspicans, Cotriguros iterum Thraciam popula-
tionibus vexatum venturos, totus in Sandilichum, Utigu-
rorum ducem, incubuit, quem frequentibus legationibus
hortari non destitit, ut omni ratione ad bellum contra Za-
berganem excitare conatus est. Præter alias conditiones
imperator Sandilicho pollicitus est, si Cotriguros debellas-
set, ad ipsum annuas pecuniarum pensiones, quæ quotan-
nis Zabergani pendebantur, reddituras esse. Itaque Sandil-
chus, tametsi necessitudinem sibi cum Romanis esse cuperet,
imperatorī significavit, minime sibi pium aut decens fore
omnes suos contribules ad internecionem usque delere.

σοί τέ εἰσι καὶ ὁμόσκειοι ἡμῖν, καὶ ὁμοίᾳ χροῖνται στολῇ καὶ διαίτῃ, ἀλλ' ὅτι καὶ συγγενεῖς καὶ (κἀν? Nieb.) ἑτέροις τισὶ τετάχεται ἡγεμόσιν. Ὅμως δ' οὖν ('Ιουστινιανὸς μὲν γὰρ δὲ τὰ τοιαῦτα ἐγκαλεσόμενος) καὶ αὐτίκα τὴν ἵππον τοὺς Κοτρίγουρους ἀφελόμενος οἰκεῖον ποιήσεται κτῆμα, ὡς ἂν μὴ ἔχοιεν δῖω ὀχούμενοι σίνοντο τοὺς Ῥωμαίους. » Cf. Agathias V, 24. 25.

4. (558 p. C.)

Exc. De leg. gent. p. 99 Par. : [Περὶ Ἀδαρων.] Ὡς πολλὰ περιστήσαντες ἦκον ἐς Ἀλανούς, καὶ ἰκέται ἐγένοντο Σαρωσίου τοῦ Ἀλανῶν ἡγουμένου, ὡς ἂν δι' αὐτοῦ γνώριμοι ἔσονται Ῥωμαίοις. Ὁ δὲ Ἰουστίνῳ τῷ Γερμανοῦ, κατ' ἐκείνου καιροῦ τῶν ἐν Λαζικῇ καταλόγων ἐξηγουμένῳ, τῶν Ἀδαρων περὶ ἐδήλωσεν, ὃ δὲ Ἰουστίνος Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ. Καὶ δὴ ἐνεκελεύσατο ὁ βασιλεὺς τῷ στρατηγῷ στέλλειν ἐς Βυζάντιον τὴν πρεσβείαν τοῦ ἔθνους. Καὶ οὖν Κανδὶχ, ὁνομά τις ἡρέθη πρεσβευσόμενος ὑπὲρ Ἀδαρων πρώτος, ὃς ἐσφοιτήσας ἔλεξε τῷ αὐτοκράτορι, ὡς πάρεστι τὸ μέγιστόν τε καὶ ἀλκιμώτατον τῶν ἐθνῶν, καὶ ὡς τὸ φύλον οἱ Ἀδαροι ἀκαταμάχητοί τέ εἰσι καὶ τὸ ἀντιστατοῦν οἷοις βραδίως ἀπίσασθαι τε καὶ διαφθεῖρειν, καὶ ὡς προσήκον ἐστὶ τῷ βασιλεῖ ἐς δμαιχιμῶν σφᾶς ἐταίρῃσασθαι, ἀλεξητῆράς τε ἔχειν ἀγαθοὺς, καὶ ὡς οὐκ ἄλλως εὐνοῦσταιτο ἔσονται τῇ Ῥωμαϊκῇ πολιτείᾳ ἢ οἱ-ροῖς ἐς τὰ μάλιστα τιμιωτάτοις καὶ χρήμασιν ἐτησίους καὶ γῆς εὐφοριωτάτης οἰκῆσει. Ταῦτα τῷ αὐτοκράτορι ἐπειδὴ ἡγγεῖλεν ὁ Κανδὶχ, αὐτίκα — οὐ γὰρ ἐσφρίγα οἱ τὸ σῶμα, οὐδὲ χιμαζεν ἢ ἀλκή, ὥσπερ ἀμέλει,

ἡνίκα Γελίμερά τε τὸν Βάνδηλον καὶ Οὐτίτιν τὸν Ἰόθον ἄμφω ἔτι νεάζων ἔθετο δορυάλων· ἀλλ' ἤδη γηραλέος τε ἦν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἐκείνου φρόνημα καὶ φιλοπόλεμον μετεβέβλητο ἐς τὸ βαθυμότερον. Ταῦτα ἔγνω ἑτέρῳ τρόπῳ καὶ οὐχὶ πολέμῳ τὴν βαρβαρικὴν ἀποκρούσασθαι δύναμιν. Καὶ κατηγωνίσαστο ἂν καὶ ἄρδην ἠράνισεν, εἰ καὶ μὴ πολέμῳ, ἀλλ' οὖν εὐβουλία, εἰ γε μὴ τῷ ἀπειλομένῳ τέλει πρότερον ἠφανίσθη αὐτός· οὐ γὰρ πολλῷ ὕστερον ὤχετο ἐκεῖσε. Ἐπεὶ οὖν ἤκιστα ἦν οἷόσπερ περιεῖναι, τὴν ἑτέραν ἐτράπετο. De Justiniano,estate ingravescente, molliore, et donis dolisque potius quam armis hostes cohibente, cf. Agathias V, 14.

5.

Ibidem p. 100 : Ὅτι δημηγορήσας ὁ βασιλεὺς, τοῦ τε ἱεροῦ ξυλλόγου τὸ ἀγγέλλουν τε καὶ βουλευτικὸν τοῦ βασιλείως ἐπαινέσαντος, παραχρῆμα τὰ τε δῶρα ἔστειλε, σειράς τε χρυσῷ διαπεποικιλμένας καὶ κλίνας, ἐσθῆτάς τε σηρικὰς καὶ ἑτέρα πλείστα ἐκμαλθακῶσαι οἷά τε ὄντα ἀλαζονείας ἀνάπλεα φρονήματα, πρὸς τοῖς καὶ πρεσβευσόμενον Βαλεντίνον (εἷς δὲ οὗτος τῶν βασιλικῶν μαχαιροφόρων)· καὶ προὔτρεπε τὸ φύλον δμαιχιμῶν ἐσάγειν Ῥωμαίοις καὶ κατὰ τῶν ἀντιπάλων δπλίσσασθαι, ἐμφρονέστατα οἶμαι προμηθευσάμενος ὁ βασιλεὺς, ὡς ἡ νικῶντες οἱ Ἀδαροι ἢ καὶ ἡσώμενοι ἐξ ἀμφοῖν περιθῶσι Ῥωμαίοις τὸ συνοῖσιν. Τοῦ δὲ Βαλεντίνου ἐκεῖσε ἀφικομένου καὶ τὰ δῶρα παρασχομένου, καὶ ὅσα ἐσήμηνεν ὁ βασιλεὺς ἐξειπόντος, πρῶτον μὲν ἐξεπολεμήθησαν Οὐτιγούροις, εἶτα Ζάλοις, Οὐννικῷ φύλῳ· καὶ Σαθείρους δὲ καθεῖλον.

« Nam non solum, inquit, illi eadem nobiscum lingua et vivendi ratione utuntur, sed etiam sunt nostri consanguinei, quamvis aliis ducibus pareant. Nihilominus (Justinianus enim hoc imperavit) omnes Cotrigurorum equos illis ademptos nostros faciemus, ne habeant, quo vecti et insidentes Romanis amplius noceant. »

4.

Avares quum diu multumque incerti errassent, tandem ad Alanos accesserunt, et Sarosium, eorum ducem, suppliciter orarunt, ut per eum in notitiam et amicitiam Romanorum venirent. Is Justino, Germani filio, qui tunc temporis militibus, qui in Lazica in praesidiis erant, praerat, eam rem nuntiavit, et Justinus ad Justinianum retulit, qui illi mandavit, ut ejus gentis legatos ad se Byzantium transmitteret. Electus vero fuit ab ea gente quidam Candich nomine, qui quum primus legatus ad imperatorem venisset, dixit, adesse gentem omnium maximam et fortissimam, Avares, genus hominum invictum, qui omnes hostes repellere et funditus extinguere possent. Imperatoris rationibus valde conducere cum eis armorum societatem facere et auxilios optimos sibi adsciscere, qui tamen non alia conditione Romano imperio servirent, quam si donis pretiosis, annuis etiam stipendiis et fertili regione, quam habitarent, donarentur. Haec Candich imperatori. Erat ea tempestate imperator effocto corpore : non eadem illi vis animi, qua florebat, quum juvenis adhuc Gelimerem Vandalum et Vit-

tigem Gothum captivos fecit. Itaque jam senex exacta aetate, quum animi robur et belli amorem desidia et otio commutasset, barbarorum exercitum non bello, sed alia ratione a finibus imperii depellere constituit. Et sane vicisset cum et penitus exstinxisset, si minus praeliis, at prudentia et consilio, nisi ipse debito sine prius extinctus esset. Elenim non multo post ex vita ingravit. Quum igitur vi barbaros superare non posset, aliam viam ingressus est.

5.

De ea re imperator concionem apud sacrum senatum habuit, qui ejus prudentiam et in rebus gerendis consilii vim et acerrimum judicium valde collaudavit. Hoc facto statim imperator dona ad legatos misit, catenas auro variegatas et lectos et sericas vestes et alia quam plurima, quibus leniret et demulceret animos superbiae et insolentiae plenos. Misit quoque legatum Valentinum (is erat unus ex imperatoris satellitibus), cui praecipit ut gentem Romanis societate conjungeret, et efficeret ut suos inimicos bello aggrederentur. Sic enim valde prudenter, opinor, imperator sentiebat, sive Avares vincerent, sive vincerentur, in utramque partem ea quae evenirent, suo commodο cessura. Quum igitur Valentinus ad eos profectus esset et munera prae-buisset et mandata imperatoris exposuisset, primum quidem Utigueros, tum Salos, Hunnicam gentem, debellarunt, et Sabiros everterunt.

6.

Ibidem p. 100, 101 : "Οτι ἐπεὶ οἱ ἄρχοντες Ἀντῶν ἀθλῶς διετέθησαν καὶ παρὰ τὴν σφῶν αὐτῶν ἐλπίδα ἐπεπτώκεσαν, αὐτίκα οἱ Ἀθαροὶ ἔχειρόν τε τὴν γῆν καὶ ἐληίζοντο τὴν χώραν. Πιεζόμενοι δ' οὖν ταῖς τῶν πολεμίων ἐπιδρομαῖς ὡς οἶόντε, ἐπρεσβεύσαντο ὡς αὐτοὺς Μεζάμηρον τὸν Ἰδαρίζου, Κελαγαστοῦ ἀδελφόν, ἐπὶ τὴν πρεσβείαν χειροτονήσαντες· ἐδέοντό τε πρίασθαι τῶν τινὰς τοῦ οἴκειου φύλου δορυαλῶτων. Καὶ τοίνυν Μεζάμηρος ὁ πρεσβευτῆς, στωμύλος τε ὢν καὶ ὑπαγόρας, ὡς Ἀθάρους ἀφικόμενος ἀπέριψε ῥήματα ὑπερήφανά τε καὶ θρασυτέρᾳ πως. Ταῦτά τοι ὁ Κοτράγηρος (Κοτρίγουρος conj. Nieb.) ἐκείνος, ὁ τοῖς Ἀθάρους ἐπιτήδειος, ὁ κατ' Ἀντῶν τὰ ἐξθίστα βουλευσάμενος, ἐπεὶ ὁ Μεζάμηρος ὑψηλότερον ἢ κατὰ πρεσβευτὴν διελέγετο, εἶπεν ὡς τὸν Χάγανον· « Οὗτος ὁ ἀνὴρ μεγίστην ἐσότη περιβέβληται δύναμιν ἐν Ἀνταῖς, οἷόσπερ πέφυκε κατὰ τῶν ὀπωσῶν αὐτῷ πολεμίων ἀντιτάττεσθαι. Δεῖ τοιγαροῦν ἀποκτανθῆναι τοῦτον, καὶ τὸ λοιπὸν ἀδεῶς ἐπιδραμεῖσθαι τὴν ἀλλοτρίαν. » Τούτῳ πεισθέντες οἱ Ἀθαροὶ παρωσάμενοι τὴν τῶν πρέσβειων αἰδῶ, ἐν οὐδενί τε λόγῳ θέμενοι τὴν δίκην, ἀναίρουσι τὸν Μεζάμηρον. Ἐξ ἐκείνου πλέον ἢ πρότερον ἔτεμον τὴν γῆν τῶν Ἀντῶν, καὶ οὐκ ἀνίσταν ἀνδραποδιζόμενοι καὶ ἄγοντές τε καὶ φέροντες.

7.

Suidas : Θρᾷκες ὄρκια οὐκ ἐπίστανται. Ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ. Λέγει γὰρ ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γῇ πρεσβεύς τις (ὁ πρεσβύτατος libri opt.) ἀκοντισθεὶς διὰ τοῦ στήθους ἀπώλετο· καὶ ἐντεῦθεν Ἰωσι καὶ Αἰολεῦσι ἀνιγμὰ ἐγένετο· « Θρᾷκες ὄρκια οὐκ ἐπίστανται. » Eadem leguntur apud Zenobium IV, 32 et Photium. Jam quum Zenobius Hadriani tempore vixerit, non posse Menandri mentionem ad nostrum scriptorem pertinere, sed Menandrum Ephesium vel alium intelligendum esse

6.

Quum duces Antaram parum prospere res gessissent et spe sua excidissent, confestim Avaras hostium terram vastarunt et regionem sunt depopulati. Hi vero inimicorum excursionibus vexati ad Avaras legationem miserunt, ad quam gerendam Mezamerum, Idarizii filium, Celagasti fratrem, suffragio elegerunt, et ab eo petierunt ut captivorum aliquos gentis suae redimeret. Mezamerus igitur legatus, vir vanus et magniloquus, ubi ad Avaras pervenit, in verba superbiora et arrogantiora prorupit. Cotragegus autem ille, Avarum perquam familiaris et necessarius, quum Mezamerus insolentius, quam legatum decebat, esset locutus, chagano dixit : « Vir ille magnae est apud Antas auctoritatis, et in quoscumque voluerit inimicos vim parare potest. Oportet igitur ipsum de medio tollere, deinde intrepide in regionem inimicam excursions facere. » Ab illo adducti Avaras, sprete ea, quae legatis debetur, reverentia, nulla habita juris ratione, Mezamerum necant. Et ab eo

monet Hemsterhusius ad Suid., suffragante Meinekio in Men. com. p. 60 et Bernhardy. Attamen mirum est Menandrum nostrum in primo Historiarum libro legatum Antaram contra fas gentiumque jus occisum narrasse (v. fr. 6). Quo accedit quod apud Zenobium et Photium et in Suida codd. optimi praebent : ἐν ταύτῃ τῇ γῇ ὁ πρεσβύτατος ἀκ. Quae lectio quum aperte sit corrupta, e Menandro Protectore facile possit corrigi in ὁ πρεσβεὺς vel πρεσβευτῆς Ἀντῶν. Quare nescio an Menandri nostri mentio in codice aliquo Zenobii e margine in textum irrepserit; atque eo ipso Zenobii de hoc proverbio expositio disjecta nunc perierit, nisi quod ex ea supersint verba : καὶ ἐντεῦθεν Ἰωσι κτλ.

8. (circ. 561. Justinian. an. 35.)

Exc. De leg. Rom. p. 133 : "Οτι Ἀμμιγος ὁ Φράγγος ἐστρατοπεδεύσατο ἀντικρυ τοῦ ποταμοῦ Ἀττίσου, ἢ προσδόκιμοι ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι διαθήσεσθαι. Ὁ δὲ Ναρσῆς τοῦτο ἐγνωκὼς Παμφρόνιον, ὃς ἐν τοῖς βασιλέως πατράσιν ἐτέλει, καὶ Βούνον (Βῶνον? N.) προσεστῶτα τῆς αὐτοῦ βασιλείας περιουσίας, ἐκπέμπει πρεσβευσομένῳ ἄμφω ὡς Ἀμμιγον, ἐδήλωσέ τε αὐτῷ ἐκ ποδῶν γενέσθαι καὶ μηδαμῶς πόλεμον αὐθις κινήσαι κατὰ Ῥωμαίων· ἐκχειρία γάρ τις ἐγεγόνει μεταξὺ τοῦ χρόνου Φράγγος τε καὶ Ῥωμαίους. Ὁ δὲ Ἀμμιγος διὰ τῶν πρέσβειων ἀπεκρίνατο, ὡς οὐκ ἐνδῶσοι ποτέ εἰσ' αὐτῷ τὸ ἀκόντιον οἰατέ εἰσι κραδαίνειν ἢ χεῖρ.

Ἀμμιγος] = Hic Amingus dicitur a Paulo lib. II Historiae Langobardorum : *Amingus vero dum Widino, Gothorum comiti, contra Narsetem rebellare paranti auxilio esse non dubitat, victus Narsis gladio perimitur, Widinus captus Byzantium mittitur*. Sic etiam nominatur ab Aimonio in lib. II Histor. Franc. et ab Hermanno Contracto in Chronico, quod editum est a Canisio. In Appen-

tempore latius et liberius depopulari Antaram terram ceperunt, neque captivos aut praedas agere cessaverunt.

7.

Thracēs fœdera nesciunt. Hujus proverbii meminit Menander libro primo. Dicit enim in hac terra *legatum Antaram* jaculo per pectus transfixum periisse.

8.

Ammigus Francus castra locavit ex adverso fluminis Athesis, quod Romani transire constituerant. Hoc cognito Narses Pamphronium, qui unus ex patriciis erat, et Bonum, comitem rei privatae imperatoris, legatos ad Ammigum mittit. Per hos denuntiavit Ammigo ut decederet, neque iterum bellum contra Romanos gereret. Induciae enim per id tempus inter Francos et Romanos factae erant. Ammigus vero respondit se non cessurum, quamdiu manus telum jaculari posset.

dice vero Marcellini Comititis, ex qua Hermannus hæc desumpsit, *Omni-rugus* perperam exaratur, annusque, quo a Narsete devictus est, male designatur, quum hæc clades anno 33 Justiniani, ut minimum est, contigerit. » VALESIIUS.

9.

(c. 562. Justinian. an. 36.)

Exc. De leg. gent. p. 101 : Ὅτι ἐδέξατο Ἰουστινιανὸς παρὰ Ἀδάρων πρέσβεις, ἐφ' ᾧ σφᾶς περιαθρήσει γῆν, ὅποι τὸ φύλον θήσονται τὰς οἰκίσεις. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς, Ἰουστίνου τοῦ στρατηγοῦ σημῆναντός οἱ, ἐν βουλῇ ἐποίησατο ἐς τὴν Ἑρούλων χώραν κατοικίσει τὸ ἔθνος, ἐνθα πρὸ τοῦ ὥκουν οἱ Ἑρούλοι· δευτέρᾳ δὲ προσαγορεύεται Παιονία· καὶ εἰ γε θυμῆρες αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ κατένευσεν ἂν ὁ βασιλεὺς. Ἄλλ' ἐκείνῳ Σκυθίας οὐ τι ᾔοντο δεῖν ἔσεσθαι ἐκτός· αὐτῆς γὰρ δῆπουθεν ἐσὸτι ἐφίεντο. Τοῦτο μὲν οὖν οὐ προῦδῃ, ἔστειλε δὲ ὁ μὲν Ἰουστίνος ὁ στρατηγὸς τοὺς πρέσβεις ἐς τὸ Βυζάντιον, ἐδήλωσέ τε τῷ βασιλεῖ, ὡς ἂν αὐτοῦ ἐν κατοχῇ ἔσονται ἐπὶ πολὺ. Ἐπιλοποίησατο γὰρ τῶν πρέσβεων ἓνα ὄνομα Οἰκουνίμων· ἐν ἀπορρήτῳ τέ οἱ ἔλεγεν ὁ Οἰκουνίμων, ὡς ἔτερα διαλεγόμενοι ἔτερα γνώματεύουσι, καὶ ὡς λόγοις μὲν ἐς τὰ μάλιστα μετρίους χρῶνται καὶ (ὡς) τὴν ἐπιείκειαν παραπέτασμα προβάλλονται τοῦ δόλου, τῷ ἐμπεδῶσαι δὲθεν τὸ εὖνουν ὡς τοὺς Ῥωμαίους, ὡς ἂν ταύτῃ διαπεραιωθείεν τὸν Ἰστρον, τὸ δὲ γε βουλόμενον αὐτοῖς τῆς γνώμης ἔχει ἐτέρως, καὶ ὡς, εἴγε διέλθοιεν τὸν ποταμὸν, βούλονται πανστρατεὶ ἐπιθέσθαι. Τούτων οὖν Ἰουστίνος ἐγνωσμένων, αὐτῷ τῷ βασιλεῖ ἐσήμηνεν, ὡς ἂν οἱ πρέσβεις τῶν Ἀδάρων ἐγκαθειργημένοι ὦσιν ἐν Βυ-

ζαντίῳ· ταύτῃ γὰρ οὐκ ἀνέξιντο διαλεῖν τὸ βεῖθρον, πρὶν ἢ ἀφεθῶσιν οἱ πρέσβεις. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπρασεν ὁ Ἰουστίνος, οὐχ ἤττον παρεσκευάζετο ἅμα φυλάξων τὰς διαβάσεις τοῦ ποταμοῦ· βύον γὰρ τὸν πρωτοστάτην τοῦ θητικοῦ καὶ οἰκετικοῦ τῇ τοῦ ποταμοῦ ἀπένειμε φυλακῇ. Οἱ δὲ πρέσβεις τῶν Ἀδάρων ἐπεὶ οὐδὲν τι ὤνησαν ὥνπερ αἰτοῦντες πρὸς βασιλεῖα ἀφίκοντο, δῶρα, ὥσπερ σύνθηες ἦν αὐτοῖς, παρ' αὐτοῦ εἰληφότες, καὶ μὲν οὖν ὤνησάμενοι τὰ ὅσα χρεῶν, τοῦτο δὲ καὶ ὀπλων [πλῆθος suppl. Nieb.], ἀφέθησαν μὲν· ὅμως δὲ οὖν Ἰουστίνῳ λάθρα ἐνεκελεύσατο ὁ βασιλεὺς τρόπῳ τῷ τὰ ὀπλα ἀφελῆσθαι παρὰ σφῶν. Καὶ οὖν ὁ στρατηγὸς ἐπεὶ ἐδέξατο γε αὐθις ἐπανιόντας τοὺς πρέσβεις, κατὰ ταῦτα ἐποίησε. Ἐντεῦθεν ἤρξατο ἡ δυσμένεια Ῥωμαίων τε καὶ Ἀδάρων, ἥδη ἐκ πολλοῦ ὑποτιφόμενῃ, καὶ μάλιστα τῷ μὴ ὡς ὅθιεν ἀφεθῆναι τοὺς πρέσβεις. Συνεχέστατα γὰρ ἐσήμηνεν ὁ Βαϊανός, ὡς ἂν ἐπανελθοιεν· τὸ μελετώμενον δὲ σάφα ἐπιστάμενος ὁ βασιλεὺς ἄλλοτε ἄλλως διετίθει τὸ παρὸν, ὅπως ἐς τὴν βασιλίδαν πόλιν ἐγκαθειργημένοι εἴεν.

10.

Exc. De sent. p. 354. 355 ed. Mai. : Ὅτι ὁ πρὸς τοῦ κρατοῦντος ἡδικημένος χαλεπαίνει ὡς τὰ πολλὰ τῷ κοινῷ.

Ὅτι ὁ Σιλζιβουλός ὁ τῶν Τούρκων ἡγεμὼν (ἡχ-κοίε γὰρ ἤδη τῶν Ἀδάρων τῆς φυγῆς πέρι, καὶ ὡς τὰ Τούρκων διαδηλησάμενοι ὥχοντο), ὅλα φύσει φρονήματι ἔπεται βαρβάρῳ, ἀπαυθαδιασάμενος ἔφη, ὡς· οὔτε ὀρνεις πεφύκασιν, ὅπως τῇ πτῆσει ἀνά αἰθέρα διαφύγοιεν τῶν Τούρκων τὰ ξίφη, οὔτε μὴν ἰχθύες, ὡς ἂν ὑποδρύχοι γενόμενοι ἐς τὰ κατώτατα τοῦ θαλαττίου ἀφανισθῇσονται κλύδωνος, ἀλλ' ὑπερθε περυσσοῦσι

9.

Justinianus legatos ab Avaribus excepit, qui postulabant ut illis liceret circumspicere terram in qua eorum gens sedes et domicilia poneret. Et imperator quidem, Justino duce suadente, in ea terra, ubi prius habitabant Heruli, quæ secunda Panunia vocatur, eos collocare animum induxit, et, si illis placuisset, ipse non esset adversatus. Sed Avars Scythia sibi exeundum non censuerunt, quasi hujus desiderio valde tenerentur. Hoc igitur etsi irritum cecidit, tamen Justinus legatos misit Byzantium et imperatorem eos aliquamdiu in custodia retinere jussit. Justinus enim sibi conciliaverat unum ex legatis. Cœcunimonem nomine, qui secreto eum monuit Avars aliud in ore habere et aliud sentire : eos blanda quam maxime oratione uti et suæ fraudi obtendere simulatam erga Romanos benevolentiam, tantisper dum Istrum trajiciant, sed longe aliter id, quod in mente gerant, se habere. Enim simul atque Istrum transierint, omnibus copiis eos in bellum erupluros. Quæ quum cognovisset Justinus, eorum omnium imperatorem certior fecit, ut legatos Avarum Byzantii quamdiu posset retineret. Nec enim Avars Istrum prius trajecturos, quam legati dimissi essent. Ea quum Justinus mandaret, non minus curæ et operæ impendebat, quo Avars fluvii traje-

ctione prohiberet. Bonum enim, domesticarum copiarum ducem, fluminis custodiæ præfecit. At vero Avarum legati, ubi nihil profecerunt eorum quæ ab imperatore petita venerant, munera, ut consuetum erat, acceperunt, et ea quæ sibi opus erant, compararunt, arma etiam emerunt, et ita dimissi sunt. Verum imperator secreto mandavit Justino, ut, quacumque ratione et via posset, in reditu arma illis eriperet. Itaque dux quum legatos exciperet, imperatoris mandata est exsecutus. Hinc ceperunt inter Romanos et Avars inimicitia multis antea ex causis accensæ : maxime, quod non statim legati eorum dimissi essent. Præceperat enim Bajanus, ut quamprimum redirent. Sed imperator, quum sciret quid cogitarent, varia identidem tentaverat, ut aliquamdiu eos in urbe detineret.

10.

Qui a principe injuriam passus est, is rem publicam ple-riusque odit.

Silzibulus (alii Exc. locis : Dizabulus), Turcorum dux, audita Avarum fuga, in qua hi res Turcorum detrimentis affecerant, solita barbarorum superbia jactanter ait : neque aves eos esse, ut aërio volatu Turcorum gladiis effugere possent ; neque pisces, ut profundo pelago submersi undis occultarentur, sed supra terram eos vagari. « Quare, inquit,

τῆς γῆς· καὶ ἤνικα μοι ὁ κατὰ τῶν Ἐφθαλιτῶν διανυσθήσεται πόλεμος, ἐπιθήσομαι καὶ Ἀδάροις καὶ τὰς ἐμὰς ἥμισα φεύζουσι δυνάμεις. » Ταῦτα λέγεται ἐπικομπάσαντα τὸν Σιλζιβούλον ἔχσθαι τῆς ἐπ' Ἐφθαλίτας δρυῆς.

Ὅτι ὁ Κάτουλφος κωλύων τὸν τῶν Ἐφθαλιτῶν ἡγεμόνα τῆς πρόσω πορείας, ἐφθέγγετο βαρβαρικὸν μὲν τι καὶ παροιμιώδης, θυμῷ δ' ἐχόμενον πειθοῦς, ἓνα κύνα ἐν τοῖς οἰκείοις δονεῖων δέκα ῥωμαλέωτερον εἶναι.

Ὅτι περ οὐδὲν οὕτω βέβαιον ὡς τὸ τῆς νίκης ἀέθειον.

Ὅτι ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις πολλάκις παραπέση γε τῇ τόλμῃ τὸ ἐλπίζεσθαι (παρέπεται τῇ τόλμῃ τὸ λογίζεσθαι conj. Bekk.).

Οὐ γὰρ ἐμοὶ γε τάλῃθι σιγητέον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς χάριν ἂν εἴποιμι τῶν μέγα δυναμένων. Οἷς γὰρ οὐκ ἔνεστι τὸ εὐκλεῆς, τούτοις ἐγκώμια προσφέρων τις παρὰ τὴν πάντων δόξαν καταγέλαστον τίησι τὸν ἐπαινούμενον, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπισκιάζειν βουλόμενος κἂν τοῖς ὁμολογουμένοις ψεύδεσθαι δόξει.

Ὅτι ἀναπτειρόν τι χρῆμα ἡ νίκη, καὶ διαδιδράσκειν οἷατε οὐσα βραδίως. Ταῦτά τοι καὶ Ὀμηρος αὐτὴν φησιν ἐπαμείβεσθαι τοὺς ἄνδρας.

Ὅτι ψυχὴ τυραννουμένη πρὸς φόβου τῶν δεόντων κατ' οὐδὲν ὅτιον προμυθεύεται.

Πᾶν γὰρ ἀγαθὸν τε καὶ κακὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ ταλαντεύεται γνώμῃ, καὶ τῷ βουλομένῳ προσδέχεται τὴν ῥοπήν.

11. (an. 562.)

Exc. De leg. Rom. p. 133-147: Ὅτι ἀνὰ τῶν

ἑω τε καὶ Ἀρμενίαν τελευτάτῃ τις εἶναι εἰρήνῃ ἐδόκει, κατὰ δὲ τὴν Λαζικὴν ἐκεχειρία ἦν Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις. Ἐπεὶ οὖν ὥσπερ ἡμιτελῆ τὰ τῆς εἰρήνης ὑπῆρχεν, ἐδόδοκτο δὲ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν τοῖς βασιλεῦσι πληρεστάτῃν ἡσυχίαν ἄγειν, τούτου ἕνεκα Ἰουστινιανὸς στέλλει Πέτρον, δὲ τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ταγματῶν ἡγεῖτο, διαλεχθῶσόμενον Χοσρόῃ περὶ τῶν καθόλου σπονδῶν. Καὶ τοίνυν ἀφικομένου ἐν τοῖς ὁρίοις τοῦ Δάρας, κατὰδὴλόν τε ποιήσαντος τῷ τῶν ἐφῶν βαρβάρων βασιλεῖ, ὡς πάρεστιν ἐπικηρυκευσόμενος ἀμφὶ τοῦ καταθέσθαι τὰ ὅπλα ἑκασταγῶς, ἐκπέμπεται αὐτῷ καὶ Περσῶν πρεσβευτῆς, ᾧ δῆτα ὑπῆρχε μὲν ἀξίωμα τὸ Ζιχ, μέγιστόν τι τούτου παρὰ τοῖς Πέρσαις γέρας, προσηγορία δὲ αὐτοῦ Ἰεσδεγουνάφ. Οὗτος δὲ παρευναστήρ τοῦ κατ' αὐτὸν βασιλέως ὑπῆρχε. Καὶ τοίνυν ἐν ταύτῃ γενόμενοι οἱ πρέσβεις, καὶ τῶν κατ' αὐτῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων εἰς ἐν ξυναθροισθέντων, κατέστησαν ἐς ἐκκλησίαν. Καὶ Πέτρος δὲ τῶν Ῥωμαίων πρεσβευτῆς, ἀποχρόντως ἔχων τῆς τε ἄλλης παιδείας καὶ τῆς τῶν νόμων, ἔλεξεν ὧδε· « Πάρεσμεν, ὧ ἄνδρες Πέρσαι, πρὸς τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως σταλέντες. Ὅποιος δὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς, περιττόν ἂν εἴη λέγειν, πραγμάτων τὸν ἄνδρα διηγουμένων ὑμῖν. Πάρεμι μὲν οὖν ἐφ' ᾧ τὰ τῆς ἡδὴ γεγεννημένης ἐς τελευτάτῃν εἰρήνῃν μετασκευάσαι. Ἀναδιδάξαι δὲ βούλομαι πρότερον πρὸς ὅαν ὑμῖν πολιτείαν καὶ δσὴν αἱ σπονδαὶ βεβαιωθήσονται. Ἄλλ' εἰ καὶ τις μεγαλορρήμων εἶναι δόξω, τὸ συνοῖσον ἀμφοτέραις ταῖς πολιτείαις θηρώμενοι μὴ ἀχθεσῇτε τῇ περιττολογίᾳ. Οὐκ ἐς μακρὰν γὰρ ἐν δέοντι δόξει τὰ τοιαῦτα λελέγθαι, ἐπαινεθήσομαι τε πρὸς ὑμῖν, τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἀναδιδασκόντων τῇν

simulatque Ephthaliticum bellum absolvero, Avares aggrediar, qui meis profecto viribus non resistent. » Hæc aiunt jactantem Silzibulum adversus Ephthalitas esse profectum.

Catuplus ut averteret Ephthalitarum ducem, quominus agmen ulterius duceret, dixit barbaricum quidem proverbium, aptum tamen ad persuadendum, unum canem in propriis ædibus externis decem esse validiorem.

Nihil est adeo constans ut victoriæ inconstantia.

In maximis periculis sæpe audacia spem superat.

Neque a me veritas reticenda est, neque ad gratiam potentium loquendum. Etenim si hominibus, qui nihil commendabile habent, laudes contra omnium sententiam quisquam tribuat, tum is, qui laudatur, ridiculus evadit, tum qui veritati fucum facere nititur, in manifestis etiam rebus mentiri postea videbitur.

Volucris admodum victoria est, et facile aufugere solet; atque ob id milii videtur ipsa ab Homero dici inter homines alternare.

Animus timore oppressus nullum officii respectum habebit.

Namque omne bonum malumque in humano libatur iudicio, atque a voluntate inclinationem accipit.

11.

Per Orientem et Armeniam perfecta pax esse videbatur; et per Lazicam Romani inducias cum Persis pepigerant.

Itaque quum ad perfectam pacis constitutionem non multum desideraretur, et utriusque populi reges quietem penitus restituere cuperent, Justinianus Petrum, magistrum officiorum, ad Chosroem mittit, qui de pace in universum ageret. Is ad fines circa Daras oppidum accedens significavit orientalium barbarorum regi, se illic adesse, ut de armis ab utraque parte ponendis fœdere conveniret. Illuc quoque missus a Persis legatus dignitate Zichus, quæ maximæ est apud Persas auctoritatis, nomine Iesdegusnaph (*Isdagonnas* ap. Procop.), qui erat regis cubicularius, advenit. Legati igitur convenerunt, et una quoque cum illis ipsarum regionum viri primarii, ut de his rebus deliberarent, sunt congregati. Apud quos Petrus, Romanorum legatus, quum omnibus disciplinis valde excultus, tum præcipue in jure versatus, « Adsumus, o viri Persæ, inquit, a Romanorum imperatore missi. Quis vero et qualis sit noster imperator, supervacuum est dicere. Etenim ejus opera vobis virum demonstrant et indicant. Adsum igitur, ut jam initas et factas conventiones ad perfectam et absolutam pacem traducam. Ego vero primum quali et quam potenti cum populo amicitiam contracturi sitis, vobis ostendere volo. Quodsi multus in dicendo esse videbor, tamen quod Romanis et Persis conducatur respicientes, quæso ne orationis longitudine offendamini. Nam brevi hæc opportune dicta esse apparebit et laudem a vobis consequar, quum res ipsæ

ἐκ τῶν λόγων ὠφέλειαν. Γενήσονται τοίνυν ὑμῖν αἱ
 ξυνθήκαι πρὸς Ῥωμαίους. Ἀρκέσει δὲ Ῥωμαίους
 εἰπεῖν· ὅλοιοι γὰρ ἡ προσηγορία τὰ λειπόμενα. Χρεῖν
 οὖν ὑμᾶς, ὡς πρὸς τοσαύτην πολιτείαν σπεισομένους
 καὶ οὐ περὶ βραχέων βουλευομένους, τὰ κάλλιστα τε
Ἀρμενίους, ὑποφόρους σφίσιν ὄντας, ἐς ἐπανάστασιν
τε ἐωρακότας, καὶ τὸν ἄρχοντα σφῶν Σουρήνην τοῦ-
νομα διαχρησαμένους, τῇ τε Ῥωμαίων ἀρχῇ προσχω-
ρήσαντας, ἐν σπονδαῖς ὑπεδέξαντο τε καὶ τῆς οἰκείας
αὐτοῖς μεταδεδώκασι συμμαχίας. Οὐχ ἥκιστα δὲ τὸ
φιλονεικῶν αὐτοῖς ἐπὶ πλέον ᾠζήθη (εἰ τις ἄρα τὴν
ἀφανεστάτην αἰτίαν, ἀληθῆ δὲ ὅμως, μαθεῖν ἐθέλησῃ),
ὅτι δὴ ὁ βασιλεὺς Ἰουστίνος οὐδαμῇ ἤξιον, χρυσίου λί-
τρας πεντακοσίας, ἐφ' αἷς ἐμπροσθεν γεγόνασιν αἱ
σπονδαί, παρέχειν Μῆδοις εἰς ἕκαστον ἔτος, καὶ τὴν
Ῥωμαίων πολιτείαν Πέρσαις ὑπόφορον ἐς αἰὲ κατα-
στήσασθαι.

3. Τοῦ χρόνου τοίνυν ἐς πέρας ἀχθέντος, ὑπὲρ οὗ
τὰ χρήματα κατὰ τὰ παλαι συγκείμενα Χοσρόης ὁ Περ-

σὼν ἐκεκόμεστο βασιλεὺς (καὶ γὰρ ἐδόκει κατὰ ταῦτόν
τὸ τῆς δεκαετίας ποσὸν ἐπιδίδοσθαι), μηδενὸς τε τὸ λοι-
πὸν ἐς σύμβασιν ὁμιληθέντος, Ἰουστίνος δὲ Ῥωμαίων
βασιλεὺς ἐς τὴν ἰώαν κατὰ τάχος ἐκπέμπει Μαρκιανὸν
στρατηγόν, ἐν τοῖς πατρικίοις τῆς συγχλήτου βουλῆς
τεταγμένον, αὐτῷ τε πρὸς γένος συνημμένον, τῶν τε
πολεμικῶν κινδύνων οὐκ ἀπειρον, καὶ ἄλλως ἀνδρείων
ὄντα τε καὶ δοκοῦντα. Διαβάς δὲ τὸν Εὐφράτην ὁ Μαρ-
κιανὸς, καὶ κατὰ τὴν Ὀσροηνὴν γεγωνῶς, ἤδη τοῦ θέ-
ρους παρ[ακμάσσαντος Has. suppl.], καὶ τῶν βαρβά-
ρων τέως οὐδὲν προειδομένων πολέμιον, τρισχίλιος
ὀπλίτας κατὰ τὴν Ἀρζανηνὴν οὕτω καλουμένην ἐκ-
πέμπει μοῖραν, ἡγεμόνας ἐπιστήσας αὐτοῖς Θεόδωρον
τε καὶ Σέργιον, ἐκ τοῦ Ῥάβδιος τὸ γένος ἔλκοντας,
Ἰουδεντίνον τε, τῶν ἐν Χαλκίδι ταγμάτων ἡγούμενον.
Ἐμβαλόντες οὖν ἐξαπίνης τὴν Περσῶν θροῦσι γῆν
καὶ λείαν ἱκανὴν κομισάμενοι ὡς τάχιστα ἐπανάσι.
Μετὰ δὲ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν Μαρκιανὸς τὰς δυνά-
μεις αὐθις συναγεῖραντος, ἐκ τε τοῦ Δάρας ὁρμηθέντος,
καὶ τῶν βαρβάρων τῆς Νισίβειος πόλεως ἐμπροσθεν
ὑπαντιασάντων, στρατηγοῦντος αὐτοῖς Βαραμάνου, δὲ
τῶν ἐκείσε ταγμάτων ἀρχεῖν ἐτέτακτο, μάχην ἰσχυρὰν
γενέσθαι συμβέβηκε, Σαργαθῶν, οὕτω προσαγορευομέ-
νου Περσικοῦ χωρίου, πλησίον, ἐν ᾗ περ ἀνὰ κράτος
Ῥωμαῖοι τοὺς βαρβάρους τρεψάμενοι, πολλοὺς δὲ κα-
ταβαλόντες, ἀπόπειραν μὲν τοῦ Θηβηθῶν (Θεβοῦν
ar. Theophyl.) ἐποίησαντο φρουρίου, δέκα τὰς πά-
σας ἡμέρας αὐτῶσε διατρίψαντες. Τοῦτο δὲ μηδαμῶς
ἐλεῖν δυνηθέντες, αὐθις κατὰ τὸ Δάρας ἐπανάσι πό-
λισμα, ἐπὶ τοῦ ἥρος ἀκμάζοντος, καὶ εἰς τὴν πολεμίαν
αὐθις ἐμβάλλουσι γῆν, γνώμῃ τε βασιλέως Ἰουστίνου
Νισίβιν πολιορκεῖν διεγνώκασιν.

finem cepit anno nono postquam Mauricius Caesar rerum
erat Romanarum potitus. Causas simultatis alter populus
alteri imputabat: Romani, quia graviter ferebant, quod
Homeritas (natio est Indica, in imperii fœdere et clientela)
a se disjungere conati Persæ, repulsa accepta, expeditionem
adversus illos ipso induciarum tempore susceperunt: ad
hæc, quod, quum Turcæ ad Romanos legationem desti-
nassent, Justinus Cæsar autem et admisisset oratores illos,
et Zemarchum, virum senatorium, jussisset una cum illis
proficisci, Persæ pecunia corrumpere Alanos conati, per
quorum fines legati iter facturi erant, quum Zemarchum,
tum Romanos et Turcas eum comitantes, tollere de medio
voluerant. Eadem ratione contra criminabantur Persæ, in
Romanos collata culpâ belli, quod Armenios, stipendiarios
suos, ad defectionem spectantes, qui, præfecto eorum Su-
rema truncato, se in Romanorum clientelam contulerant,
indere percusso in societatem receperunt. Neque minime
ex eo aucta contentio (si quis occultiores quidem, sed ni-
hilominus veram causam nosse velit), quod Justinus im-
perator quingenas auri libras superioribus inducias pactas,
non amplius Medis pendere quotannis neque imperium Ro-
manum Persis vectigale perpetuo reddere volebat.

3. Ita tempore jam confecto, pro quo ex pacto superiore
pecuniam Chosroes rex Persarum acceperat (nam conve-

nerat ut decem annorum stipendium una representaretur),
nulla re ad dirimendam controversiam tentata, Justinus
Romanorum imperator in Orientem confestim mittit Mar-
cianum ducem, patricium ordinis senatorii, genere sibi
conjunctum, non imperitum periculis belli, et qui
omnino in strenuis et erat et numerabatur. Is Marcianus,
transmisso Euphrate, quum in Osroenen venisset, præcipiti
jam æstate, neque barbaris hactenus hostile quicquam su-
spicantibus, gravis arinaturæ milites tres mille in tractum
qui Arzanene vocatur mittit, hisque præfectos præponit
Theodorum et Sergium ex Rhabdi oriundos, atque Juventi-
num, copiarum quæ Chalcide erant ducem. Hi de improvviso
irruentes Persarum agros populantur, et idonea præda
facta confestim redeunt. Hieme exacta Marcianus, coactis
iterum copiis, Dara profectus in barbaros incidit, ex oppido
Nisibi obviam tendentes, duce Baramana, militaribus nu-
meris per partes illas præesse jussu. Ibi pugna acris facta
est prope vicum Persicum Sargathon vocatum: ex qua
Romani, fisis fugatisque barbaris, dejectis non paucis,
castellum Thebethon oppugnatione tentaverunt, totis decem
diebus ibi consumptis. Id quum capere nullo modo qui-
rent, medio eliantum vere ad Daram oppidum se recepe-
runt, et denno illati in fines hostium, ex mandato Justiniani
imperatoris oppugnare Nisibin statuerunt.

4. Στρατοπεδευομένων δὲ αὐτῶν τῆς πόλεως πλησίον, βασιλεὺς Χοσρόης ἄρας ἐκ Βαβυλῶνος ἅμα τῶ τῶν Μήδων στρατῶ, καὶ Τίγριν ποταμὸν διαβάς, τήν τε πορείαν διὰ τῆς ἐρήμου γῆς ποιοῦμενος, ὥς μηδαμῇ Ῥωμαίοις ἐκπυστος ἡ τοῦ βασιλέως γένοιτο κίνησις, ἐπειδὴ πλησίον Ἀμδάρων Περσικοῦ γέγονεν φρουρίου (ἀφειστήκει δὲ τοῦτο πόλεως Κιρκησίου ὁδὸν ἡμερῶν πέντε), τὸν μὲν Ἀδαρμάνην, οὕτω καλούμενον στρατηγόν, αὐτόσε που τὸν Εὐφράτην περαιωθέντα, κατὰ τάχος ἐκπέμπει, [τὴν Ῥωμαίων suppl. Has.] δηλώσοντα γῆν, χιλιάδας ἕξ αὐτῶ παρασχόμενος Μήδων τε καὶ τῶν νομάδων βαρβάρων· αὐτοὺς δὲ τὸν Ἀβόρραν [παραμείδων ποταμὸν, ἀπροσδοκῆτως ἐπιστῆναι ingo suppl.] τοῖς τὴν Νίσιβιν πολιορκοῦσι Ῥωμαίοις ἡπείγετο. Ὁ μὲν οὖν Ἀδαρμάνης Κιρκησίου πόλεως πλησίον τὸν Εὐφράτην διαβάς τὰ Ῥωμαίων προνόμειε πράγματα, κωλύοντος οὐδενός. Ὑπὸ γὰρ τῆς προλαβούσης εἰρήνης καὶ ἡσυχίας, ἥς ἱκανῶς ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας ἀπολελεύσασιν, ἐξελέλυτο μὲν αὐτοὺς ἡ τῶν πολεμικῶν παρασκευή, τὸ δὲ ἀνδρείον τελέως διέφθαρτο. Μηδενὸς οὖν ἐς χεῖρας ἵναί τοις βαρβάροις θάρρησαντος, Ἀδαρμάνης ἀγχιστα πόλεως Ἀντιοχείας γεγωνὺς, τοὺς τε παρακειμένους τῇ πόλει τόπους τε καὶ ἀγροὺς διαφθείρας, ἐπὶ τὴν Κολίην ἐλαύνει Συρίαν. Ἀπαμείας δὲ πόλεως μεγάλῃς οὐ πόρρωθεν στρατοπεδευσάμενος, τῶν τε πολιτῶν πρσβευσασμένων καὶ [τὰ τῆς πόλεως λύτρα προτεινομένων, ἀπάτη τοὺς ἀνδρας ingo suppl.] περιελθὼν καὶ τὴν πόλιν ἀπαθῇ διαφυλάττειν ἐπαγγεiliάμενος, ἐπειδὴ ταύτης ἐντὸς ἐγεγονέι, διαρπαῖζουσι μὲν οἱ Μῆδοι τὰ πράγματα, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀνδραποδίσαντες, τὴν τε πόλιν ἀπα-

σαν πυρὶ παραδόντες, ὡς τάχιστα ἐς τὴν οἰκίαν ἐπαίνασι γῆν. Τούτων δὲ οὕτω πραγθέντων, βασιλεὺς Ἰουστίνος Ἀκάκιον ἐκπέμπας (Ἀρχελάου δὲ τούτον Ῥωμαῖοι προσονομάζειν εἰώθεσαν) Μαρκιανὸν ἔτι Νίσιβιν πολιορκοῦντα παρέλυσεν τῆς ἀρχῆς, ὑποτοπῆσας αὐτὸν ἐθελόκακεῖν, ἐς τὴν τῆς πόλεως κατοχὴν οὐδενὸς γεγονότος.

5. Τῶν δὲ Ῥωμαίων ὑπαναχωρησάντων, ἕς τε φρούριον ἐν ὄρει κείμενον ἀφικομένων, Μάρδης ὑπὸ τῶν ἐνοικοῦντων ὀνομαζόμενον, βασιλεὺς Χοσρόης ἐξαπίνης.... πολιορκίαν καθίστησιν ἐκυτόν... καὶ τὸ τῆς πόλεως ὕδωρ με.... ρους τε μεγάλους παροικοδομήσας τῷ τείχει καὶ τοῖς ἐμβόλοις χρησάμενος μηχανήμασιν, ἐπειδὴ μηδὲν ἔξωθεν ἐς ἐπικουρίαν γέγονε τῶν ἐνοικοῦντων, αἰρεῖ τὴν πόλιν, βίᾳ τῶν Μήδων ἐπιδάνειν τοῦ τείχους. Πᾶσάν τε αὐτὴν ληισάμενος, καὶ τοὺς τε ἄλλους ἀνδραποδίσας, ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννην τὸν Τιμοστράτου παῖδα, δυνάμει τε καὶ ἀξιώσει προὔχοντα, καὶ τὴν τῆς πόλεως ἀρχὴν καὶ διοίκησιν ἀναδεγμένον, φρουρὰν τε τὴν ἀπογρῶσιν καταλιπὼν, ἀπεχώρησεν ἐπ' οἴκου, Ῥωμαίων ἔτι ἐς τὸ Μάρδης φρούριον διαιτωμένων, Μάγνου τε, δὲ τῶν βασιλικῶν ἐπετρόπευε χρημάτων, καὶ τοῦ παντός τὴν ἡγεμονίαν ἐπεπίστευτο. Ἡμέραις δὲ ὕστερον οὐ πολλαῖς βασιλεὺς Ἰουστίνος, ἐξαπίνης νόσου τῷ σώματι προσγενομένης, περὶ τοῦ παντός δεδιὼς, ἀναχωρῆν τὸ παρόντος ἔτους πρὸς Πέρσας ἐποιῆσάτο. Τῆς νόσου δὲ αὐτῷ παρανοχλοῦσης, Τιβέριον, δὲ τῶν βασιλέως ἤρχε σωματοφυλάκων (κόμητα δὲ τούτων ἐξκουσιτόρων Ῥωμαῖοι καλοῦσιν), υἱὸν ἀνείπων τῆς βασιλείας κοινῶν ἀνείρεται, Καίσαρα τούτον ἀναγορεύσας, τάς τε τῆς ἀρχῆς φροντίδας αὐτῷ

4. Ita quum ad oppidum castra haberent, Chosroes rex cum Persarum exercitu Babylone profectus, superato Tigri, itinere per solitudines facto, ne adventus regis cognosci a Romanis ullo modo posset, postquam propius ad Ambaron, castellum Persicum, accesserat (id a Circesio oppido quinque dierum itinere abest), ducem Adaarmanem nomine, qui Euphratem ibi trajecerat, protinus mittit, ut Romanorum fines populetur. Huic sex millia attribuit quum Persarum tum barbarorum nomadum; ipse itinere secundum Aborram flumen facto Romanos Nisibin obsidentes necopinato opprimere properabat. Inter hæc Adaarmanes, Euphrate non longe ab oppido Circesio superato, ditionem Romanorum, nullo obsistente, prædationibus vexabat. Nam propter pacem atque tranquillitatem, qua Justiniano imperante abunde erant usi, non solum apparatus militares dissoluti erant, sed etiam bellici spiritus omnino extincti. Ita quum nemo manum conserere barbaris esset ausus, Adaarmanes proxime urbem Antiochiam accessit; inde vastatis locis agrisque circumjacentibus, convertit se in Cœlesyriam. Castrisque non longe a magno oppido Apameæ positis, incolas, qui missa legatione redemptionem promiserant, fallacia circumvenit, et oppidum incolome servare pollicitus, tamen intrinsecus diripiendum suis permisit. Habitatoribus in servitutem redactis, oppido flammis tradito, Persæ celeriter in fines se suos recipiunt. His rebus

gestis, Justinus imperator misso Acacio (cui cognomen Archelai Romani indiderant) Marciano etiamnunc Nisibin obsidenti imperium abrogat, suspicatus eum sponte male pugnare, nulla re facta ad capiendum oppidum.

5. Ita quum Romani inde digressi ad castellum in monte positum venissent, quod Mardes ab incolis vocatur, Chosroes rex subito [sese ad Daræ oppugnationem applicat; aquam ab urbe secludit; aggeribus] magnis pro muro excitatis, admotisque operibus, quum extrinsecus nihil fieret ad incolas liberandos, Daræ expugnat, Persi vi in murum enitentibus. Toto oppido vasto, omni multitidine servituti addicta, inque ea Joanne Timostrati f. opibus atque auctoritate præter ceteros eccellente, qui gubernationem oppidi atque administrationem susceperat, cum præsidio, quod satis esse visum est, relicto, domum discessit, Romanis etiamnunc circa castellum Marde commorantibus, cum Magno, pecuniæ imperialis procuratore, cui erat summa rerum omnium concredita. Non multis diebus post Justinus imperator, morbo subito afflictus, fortunæ imperii veritus, inducias in hunc annum cum Persis fecit. Mox quum morbo urgeretur, Tiberium, scholis palatinis præfectum (Comitem excubitorum Romaui vocant), adoptatum in societatem imperii adscivit Cæsaris titulo, curationemque reipublicæ illi tradit. Id consilium optimum et longe saluberrimum ex omnibus, quæcumque Justinus toto imperii ejus tem-

παραδίδωσιν. Ὅπερ ἅπαντων τῶν ὑπὸ Ἰουστίνου πρα-
χθέντων παρὰ τὸν τῆς βασιλείας χρόνον ἀριστόν τε καὶ
ἐς τὰ μάλιστα σωτήριον βουλευθὲν, πλείστων αἰτίων
ἀγαθῶν τοῖς Ῥωμαίων γέγονε πράγμασι. Βουλευομένων
δὲ Τιβερίῳ τὰ παρόντα ἐρρωμένως ἐδόκει τῶν πρα-
γμάτων ἀντιλαβέσθαι, μὴ καὶ τι ἕτερον ἀνήκεστον γέ-
νηται..... σῶζειν, καὶ τὰς ὁρμὰς ..ρξ.. δὲ ταύτη δοκούν-
των, πρότερον ...εἰκὲς Θεόδωρον τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ
πραγμάτων ἡγησάμενον, πολλὰς τε καὶ ἑτέρας οὐκ
ἀφανεῖς ἀρχὰς διοικησάμενον, λόγου τε ἱκανῶς μετέ-
χοντα καὶ τὸ δέον συνιδεῖν εὖ μάλα δεδυνημένον, ὡς
τοὺς βαρβάρους ἐκπέμπει, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ νενομι-
σμένον τὰ τε ἀμφ' αὐτὸν πραχθέντα δηλῶν, καὶ τὸν
Χοσρόην ἐς διαλλαγὰς προτρέπων ἵνα. Μικρῷ δὲ
ὑστερον καὶ ἐς τὴν ἐὼν ὡσαύτως ἐκπέμπει κατὰ τά-
χος Ἰουστινιανὸν τοῦ Γερμανοῦ παῖδα, τοῖς πατρικίοις
τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐγκαταλελεγμένον, ἐπιτρέψας

αὐτῷ τὴν ὅλην τοῦ πολέμου διοίκησιν, ἄνδρα τοῖς πολε-
μικοῖς ἀγῶσιν ἐντραφέντα, ἡλικίας δὲ ἐς τοῦτο ἤκοντα,
ὡς μήτε διὰ νεότητος προπετεῖα, μήτε διὰ γήρως ἀσθε-
νεία τι σφαλῇ. Ἰουστινιανὸς μὲν οὖν κατὰ τὴν ἐὼν
ὡς τάχιστα ἀφικόμενος, τῆς τῶν στρατιωτῶν εὐκοσμίας
τε καὶ τάξεως ἐπεμελεῖτο. Τιβερίος δὲ ὁ Καῖσαρ στρα-
τιὰν οὐκ ὀλίγην κατὰ σπουδὴν ἐκπέμπει, καὶ διὰ παν-
τὸς ἐς τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν ἐπονείτο, χρημά-
των μὲν ἄπειρον ἀριθμὸν διανέμων, στρατιωτῶν δὲ τὸ
κράτιστόν τε καὶ μαχιμώτατον ἐν τοῖς ἔθνεσι συναγεί-
ρων, καὶ πάντα λίαν ἐπιμελῶς ἐς τὸν ἐπείγοντα πό-
λεμον διανοοῦμενος. Οὕτω δὲ τούτων προϊόντων, καὶ
τοῦ καιροῦ τῆς ἐς ὀλίγον γεγεννημένης ἀναχωρῆς πε-
ραιωθέντος, Πέρσαι μὲν κατὰ τὸ Δάρας ἑαυτοὺς συνα-
γείραντες Κωνσταντίνης πόλεως ἀφικνοῦνται πλησίον,
τοῦ Δάρας ἀφαστώσης ἐς δύομενον ἥλιον σταδίοις ἐν-
νενήκοντα καὶ τετρακοσίοις.

pore egit, rebus Romanis multarum utilitatum causa fuit.
Deliberans autem de praesenti Tiberius Caesar statuit, for-
titer rempublicam capessere, ne quid ultra flagitium accide-
ret.... servare, atque impetus barbarorum comprimere.....
sic visis, prius... Theodorum legionum per Armeniam ducem,
multisque aliis imperiis, neque ignobilibus illis, functum,
quique doctrina liberaliter imbutus quid esset ex usu
intelligere optime poterat, legat ad barbaros, ut juxta con-
suetudinem principum quae ibi evenissent significaret, adque
simultatem componendam Chosroem hortaretur. Paulo
post item in Orientem confestim mittit Justinianum Ger-
mani filium, Patricium in ordinem senatorium cooptatum.
Huic administrationem totius belli permittit. Erat Justinia-

nus bellicis laboribus innutritus, eoque tempore aetatis,
quo jam nec temeritate juvenili neque infirmitate senectutis
quid peccatur. Illa itinere celeriter confecto in Orientem
quum venisset, militum ad ordinem disciplinamque refe-
rendorum curam suscepit. Simul Tiberius Caesar copias non
paucas sedulo submitit, ab bellumque universum instruend-
um totum se dedit, pecuniarum vi infinita distributa, mili-
tibus firmissimis atque fortissimis ex barbarie conductis,
omnibus diligenter admodum in urgens bellum constitutis.
Dum haec sic geruntur, brevium induciarum tempore ex-
acto, Persae congregatis circa Daram copiis prope Constan-
tinam adveniunt, quod oppidum a Dara quadringentorum
nonaginta stadiorum intervallo occidentem versus abest.....

LIBER DECIMUS.

SCRIPTORES ÆTATIS INCERTÆ

EX ORDINE LITERARUM.

SCRIPTORES ÆTATIS INCERTÆ.

ABAS.

Suidas: Ἄβας, σοφιστής, Ἱστορικά ὑπομνήματα καὶ Τέχνην ῥητορικὴν καταλιπών. Eudocia p. 51 : Ἄβας, σοφιστής, Ἱστορικά ὑπομνήματα καὶ μέθοδον ῥητορικὴν καὶ πᾶν γλαφυρὴν κατέλιπε. De rhetore cf. Walz. Rhett. Gr. tom. VII, p. 203.

1.

ἹΣΤΟΡΙΚΑ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

Ptolemæus Hephæst. ap. Phot cod. 190, p. 150 (p. 192 in Westerm. Mythogr.) : Ἡ Κανθαύλου γυνή, ἥς Ἡρόδοτος οὐ λέγει τούνομα, Νυσία (Νυσία codd.) ἐκαλεῖτο· ἦν καὶ δίκωρον καὶ ὀξυωπεστάτην φασὶ γενέσθαι, τὸν δρακοντίτην κτησαμένην λίθον· διὸ καὶ αἰσθέσθαι τὸν Ἰὺγγιν ἐξίόντα διὰ τῶν θυρῶν· ἄλλοι Τουδοῦν αὐτὴν καλεῖσθαι· οἱ δὲ Κλυτίαν, Ἄβας δὲ Ἀβρῶ ταύτην καλεῖσθαι. Σιγῆσαι δὲ τούνομά φασὶ τῆς γυναικὸς τὸν Ἡρόδοτον, ἐπεὶ ὁ ἐρώμενος Ἡροδότου Πλησίρροος Νυσίας (Νυσσίας codd.) ὀνόματι ἐρασθεῖς, Ἀλικαρνασσίας τὸ γένος, ἐπεὶ μὴ τύχοι τῆς ἐταίρας, οὐκ ἀνεχόμενος βρόχῳ ἑαυτὸν ἀνήρτησε· διὸ φυλάξασθαι ὡς ἀπεχθὲς εἰπεῖν τὸ τῆς Νυσίας ὄνομα Ἡρόδοτον.

De Habrone aliunde non constat. De Tudú v. not. 55 ad Nicolai fragm. 49, tom. III, p. 384 De Nysia eundem Ptolemæum simulque auctorem ejus, Æneam Samiacón scriptorem laudat schol. ad Tzet. Chil. I, 144 in Crameri Anecd. Oxon. tom. III, p. 351 :

Ἡ τοῦ Μυρτίλου τούτου δὲ γυνὴ τοῦ καὶ Κανθαύλου, παρὰ Αἰνεΐα φέρεται Σαμιακοῖς ἐν λόγοις Νυσσία κλησὶν ἔχουσα, πρὸς Τερτύλλαν ὡς γράφει τις Ἡτολεμαῖος ἅμα τε καὶ Ἡφαιστίων κλησιν.

Ceterum Æneam de rebus Samiorum scriptorem alius nemo commemorat. Si corruptum nomen est, fortasse latet *Eugeonis* vel *Alexidis* mentio. Meinekias in Hist. crit. com. p. 385 reponendum suspicatur Δινία. Quanquam de Σαμιακοῖς Δινίᾳ aliunde non constat. Utut est, ex eodem auctore

COMMENTARII HISTORII.

Candaule uxor, cujus nomen non prodit Herodotus, Nysia appellabatur. Eam et duplici pupilla et acutissimi visus fuisse aiunt, quod dracontiten lapidem haberet : adeo ut per ipsas etiam fores Gygen exeuntem viderit. Alii Tudú

fluxerint, quæ de Plesirrhoo, Herodoti amasio, idem Ptolemæus tradit p. 187 ed. Westerm. : Ὡς Πλησίρροος ὁ Θεσσαλὸς ὁ ὑμνογράφος, ἐρώμενος γεγονώς Ἡροδότου καὶ κληρονόμος τῶν αὐτοῦ, οὗτος ποιήσσει τὸ προοίμιον τῆς πρώτης ἱστορίας τοῦ Ἀλικαρνασσέως· τὴν γὰρ κατὰ φύσιν εἶναι τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἀρχήν. * Περσέων οἱ λόγοι Φοίνικας αἰτίους γενέσθαι φασὶ τῆς διαφορῆς. * His præmissa habes quædam de Eupompo Samio, ejusque filio Draconte ὀξυωπεστάτῳ. Quæ item Σαμιακῶν isti scriptori vindico. Verba hæc sunt : Ὡς Εὐπόμπου τοῦ Σαμίου, δὲ δράκοντα θηρίον τέρας ἔτρεφεν ἄπιστον καὶ εἰπεῖν καὶ ἀκούσαι, τούτου τοῦ Εὐπόμπου παῖδα Δράκοντα τούνομα ὀξυωπεστάτον γενέσθαι φασίν, ὡς διὰ σταδίων κ' θεωρεῖν βραδύς· δν καὶ Ξέρξης ἐπὶ χιλίοις συγγεγόμενον ταλάντοις καὶ συγκαθεζόμενον ὑπὸ τῇ χρυσῇ πλατάνῳ διηγείσθαι βλέποντα τὴν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ναυμαχίαν καὶ τὴν Ἀρτεμισίας ἀνδρίαν.

2.

ΤΡΩΙΚΑ.

Servius ad Virgil. Æn. IX, 264 : Devicta Arisbe] Scilicet ab Achille. Dicta est Arisba a Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in conjugio habuit. Quidam ab Abante, qui Troica scripsit, relatum ferunt post discessum a Troja Græcorum Astyanarti ibi datum regnum, hunc ab Antenore expulsum, sociatis sibi finitimis civitatibus, inter quas et Arisba fuit; Ænean hoc ægre tulisse, et pro Astyanacte arma cepisse, ac prospere re gesta Astyanacti restituuisse regnum.

ABRON VEL HABRON BATIENSIS.

Stephan. Byz. : Βατή, δῆμος τῆς Αἰγίδος φυλῆς, θεν ἦν Ἀβρων ὁ Καλλίου, ἐξηγητῆς, Περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν γεγραμώς.

Ἀβρων (rectius scribitur Ἀδρων) Βατῆθεν, pater Calliæ et Callistûs, quam Lycurgus orator uxorem

dictam volunt, alii Clytiæ; Abas autem Habronem nuncupatam tradit. Ideo vero nomen mulieris ab Herodoto silentio pressum narrant, quod amasius ejus Plesirrhous, quum Nysiam, Halicarnassensem genere, deperiret, ab eaque repulsam tulisset, amoris impatiens laqueo vitam fregerit. Hinc veluti odiosum Nysiae nomen proferre noluisse.

duxit, memoratur apud Plutarchum in Vit. X. Orat. p. 842, F. Hunc eundem esse cum Calliæ filio, cujus Stephanus meminit, statuerunt C. O. Müller. De Minerva Pol. p. 43 et Nissenus (De Lycurgo p. 99). Mauritius Meierus (De vit. Lyc. Halis, 1847. p. 64) id in medio relinquit, generis vero propinquitatem extra dubium esse monet. « Idem cadit (Meieri verba sunt) in eum Ἀβρωνά Βατῆθεν qui in titulo quodam memoratur, quem Rossius (*Die Demen v. Att.* p. 40) publici juris fecit. Habron ille num ex Eumolpidis fuerit, ut infra (ap. Plutarchum l. l.) Μηδείος dicitur ὁ καὶ ἐξηγητὴς ἐξ Εὐμολπιδῶν γενόμενος, et C. I. 392 est: Ἀπολλώνιον... ἐξηγητὴν ἐξ Εὐμο[λπιδῶν], an Eupatrida tantum sive Patricius atque eo iure ad rituum sacrorum interpretationem accesserit, ut C. I. n. 765 est: τοῦ ἐξ Εὐπατριδῶν ἐξηγητοῦ, an denique nullo hereditatis iure eo pervenerit, non magis ausim decernere quam num Lycurgus, ut erant ipsius genti sanctissima sacerdotia propria, ita eam ob causam ista se devinxerit affinitate, quod etiam uxoris gens cum sacris cohæreret. » — Alius Habron est inter filios Lycurgi; tertius Habron, novem generationibus junior, cujus pater non memoratur, apud eundem Plutarchum in stemmate familiæ Lycurgæ occurrit. Calliam quandam tanquam principem legationis sacræ ὑπὲρ τῶν Παναθηναίων in Ægyptum missæ ad Ptolemæum Philometorem, commemorat Polybius XXVIII, 16, 4.

Distinguendus a nostro Habrone, Habron Phryx vel Rhodius, e servorum genere, Tryphonis discipulus (Suidas v. Ἀβρων). Ad hunc pertinet opus Περὶ παρωνύμων, cujus meminit Stephanus Byz. v. Ἀγάθη, Ἀθήναι, Ἀλία, Ἀργος, Γέλα, Ἐρεσος, Ἰθέραι; Constantin. Porphy. De adm. imp. c. 23. Cf. schol. Hesiod. Theog. 389; Eudocia p. 62; Cramer Anecd. tom. IV, p. 418, 20 (et I, p. 316, 12, ubi idem, ut videtur, Ἀβρων vocatur).

ABYDENUS.

Abydenum tanquam scriptorem historiæ Assyriæ et Mediæ, Eusebius inter fontes recenset, quos ad componendum primum Chronicorum librum adhibuerit. Nomen apud Eusebium et Mosem Choreensem scribitur Ἀβυδηνός; Syncelli libri præbent Ἀβυδίνος, nisi quod p. 206, A in cod. B. est Ἀβυδίνος. Num aliunde hoc nomen proprium notum sit, nescio. Nihil tamen est, opinor, quod adeo offendant. Quanquam Niebuhrius

(*Kleine Schriften*, p. 187, not.): « Sollte hier vielleicht ein semitischer Name versteckt sein, der mit *Abd* oder *Ebed* anfangt? *Ebed Hinnah* wäre wohl sehr denkbar; und als griechischer wäre der Name wohl unerhört zu nennen; denn *Lacedæmonius* aus Athen kann doch kaum hierbei angeführt werden. » At præter Lacedæmonium (ap. Thucyd. I, 45, Plutarch. Cimon. 15, et alium ap. Demosthen. p. 1301, 6, et 1360, 9), habes Athenæum, Locrum, Thessalum, Reginum grammaticum, et haud dubie alios. Fieri etiam possit ut voce Abydenus non nomen hominis sed patria indicetur, quemadmodum v. c. Heraclides medicus vulgo simpliciter *Tarentinus*, misso nominis mentione, vocatur. At noli credere, id quod nonnullis in mentem venit, Abydenum nostrum eundem esse cum Palæphato Abydeno, discipulo Aristotelis. — Primus qui Abydeni meminit, nunc est Eusebius. Unde ceterioris ævi scriptorem esse (secundi vel tertii post Chr. seculi, puto) recte coniecisse videtur Niebuhrius l. l. (*).

Scripsisse Abydenum Historiam Assyriorum et Medorum ex Eusebii testimonio et ex fragm. 11 patet luculentissime. Ex eodem opere deprompta sunt quæ ad Chaldæorum historiam pertinent, uti colligitur ex fr. 9, ubi de turri Babylonia deque Nabuchodonosoro laudatur ἡ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων γραφή. Cf. Eusebius in P. Ev. p. 414, D (not. ad fr. 1), qui de antiquissimis Chaldæorum regibus loquens τὰ Μηδικὰ καὶ τὰ Ἀσσυριακὰ Abydeni excitat. Igitur in fragm. 2, ubi Abydenum in *Chaldæorum historia* laudat idem Eusebius, rem narratam, non titulum libri spectasse putandum est. Ceterum quæ de Chaldæis ex Abydeno referuntur, maximam partem cum Berosi narratione adeo consentiunt, ut ex ea non possint non derivata esse. Plurima brevius minusque distincte quam in Berosi fragmentis dicta sunt; in nonnullis tamen expleri Berosiana nostra ex Abydeno possunt. — Assyriorum historiam, quantum iudicare de his licet, eodem fere modo adornavit, quo Castor Rhodius, auctor Excerptorum Barbarorum, alii, quorum narrationis fundamentum jecerat Ctesias. — Jam vero quum haud levis sit dissensus Ctesiae et Berosi, vel hinc colligas Chaldaica Abydeni non inserta Assyriacis per historiæ decursum, sed uno eodemque omnia loco esse prolata, eo, opinor, consilio, ut quam diversa sit Ctesianæ et Chaldaicæ narrationis indoles ostenderet. — Sententia hæc eo confirmatur quo-

(*) Contra Bauerus in *Ersch. u. Gruber. Encycl. v. Abydenus* Abydenum Berosi æqualem ejusque discipulum fuisse dicit, quasi res nota et explorata esset.

dammodo, quod e fragm. 11 discimus Abydenum seriem regum, qui in Babylonia imperium exercuerunt, usque ad Alexandrum Magnum recensuisse, antequam ad Assyriorum historiam, qualem Græci scriptores Ctesiae asseclæ exponere solent, se converteret.

Præterea etiam Κτίσεων opus scripsisse Abydenus videtur. Nam Abydenum in primo suo *Ori-ginum libro*, quem postea huc quidam attulerunt, de genealogia Armeniaca laudat Moses Chorenensis (fr. 12). In Assyria Historia dialectum ionicam auctor affectavit (v. fr. 1. 9).

ΑΣΣΥΡΙΑΚΑ ΚΑΙ ΜΗΔΙΚΑ.

1.

Syncellus p. 38, B : Ἐκ τῶν Ἀβυδηνοῦ Περι τῆς τῶν Χαλδαίων βασιλείας. Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίης περί τοσαῦτα. Βασιλεῦσαι δὲ τῆς χώρας πρῶτον λέγεται Ἀλωρον, τὸν δὲ ὑπὲρ ἑωυτοῦ λόγον διαδοῦναι ὅτι μιν τοῦ λεῶν ποιμένα ὁ θεὸς ἀποδείξει. Βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα. Σάρους δὲ ἐστὶν ἐξακόσια καὶ τρισχίλια ἔτεα, νῆρος δὲ ἐξακόσια, σῶσσοι δὲ ἐξήκοντα. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλάπαρον ἄρξαι σάρους τρεῖς, μεθ' ὃν Ἀμιλλάρους ἐκ πόλεως Παντιβίβλιος (Παντιβίβλιος cod. A.) ἐβασίλευσε σάρους ἰγ'. Ἐφ' οὗ δεύτερον Ἀννήδωτον τὴν θάλασσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Ὡάνη τὴν ἰδέαν ἡμιδαίμονα. Μεθ' ὃν Ἀμμένων ἐκ Παντιβίβλων ἤρξε σάρους ἰβ'. Μεθ' ὃν Μεγάλαρος ἐκ Παντιβίβλων ἤρξε σάρους ὀκτωκαίδεκα· εἴτα Δαῶς ποιμὴν ἐκ Παντιβίβλων ἐβασίλευσε σάρους δέκα, ἐφ' οὗ δ' εἰρνεῖς γῆν ἐκ θαλάσσης ἀνέδυσαν, ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα, Εὐέδωκος, Ἐνεύγαμος, Ἐνεύβουλος, Ἀνήμεντος. Ἐπὶ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα Εὐεδώρεσχοι Ἀνώδαρος. Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἤρξαν καὶ Σίσουθρος ἐπὶ τοῦ-

1.

EX ABYDENO. *De Chaldaeorum regno.* Et de Chaldaeorum quidem sapientia hactenus. Regioni vero impetrasse primus dicitur. Alorus populi que pastorem a deo se renunciatum famam sparsisse et saris decem regnasse. Sarus vero tribus millibus et sexcentis annis aestimatur, Nerus sexcentis, Sossus sexaginta. Post hunc Alaparium saris tribus regnasse, cui successit Amillarus ex urbe Pantibibli, regnavitque saris tredecim; ejus tempore secundum Annedotum semideum, qui Oanni forma similis erat, e mari emerisset. Hunc exceptit Ammenon ex Pantibibli, sarisque duodecim regnum obtinuit; post quem Megalarus item ex Pantibibli saris octodecim imperavit: tum Daos ex Pantibibli pastor saris decem populum rexit, cujus tempore quattuor animantia duplici natura constantia in terram e mari proruperunt; quorum nomina sunt: Euedocus, Eneugamus, Eneubulus et Anementus. Euedorescho, qui deinceps regnavit, Anodaphus successit; post quos imperium tenuerunt tum alii, tum Sisithrus, ita ut reges omnes numero de-

τοῖς, ὡς τοὺς πάντας εἶναι βασιλεῖς δέκα, ὧν ὁ χρόνος τῆς βασιλείας συνῆξε σάρους ἑκατὸν εἴκοσι. Καὶ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ παρόμοια μὲν, οὐκ ἀπαράλλακτα λέγει οὕτως· « Μετὰ Εὐεδώρεσχον ἄλλοι τινὲς ἤρξαν καὶ Σίσουθρος, ὃ δὲ Κρόνος προσημαίνει μὲν εἶσεσθαι πλῆθος ὁμῶν Δαισίου ιε'. κελεύει δὲ πᾶν ὅ τι γραμμῶν ἦν ἐχόμενον ἐν Ἡλιουπόλει τῇ ἐν Σισπόροισιν (1. Σιππάροισιν ex Euseb.) ἀποκρῦψαι. Σίσουθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλωε· καὶ παραυτίκα μὲν κατελάμβανε τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ· τρίτῃ δὲ ἡμερῇ ἐπεὶ ὤων ἐκόπασε, μετῴκει τῶν ὀρνέων, πείρην ποιούμενος εἰ κου γῆν ἰδοῖεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν. Αἱ δὲ ἐκδεχομένου σφέας πελάγεος ἀμυχανέος, ἀπορέουσαι ὅκη καθορμίσονται, παρὰ τὸν Σίσουθρον ὀπίσω κομίζονται· καὶ ἐπ' αὐτῇσιν ἔτε-ραι. Ὡς δὲ τῇσι τρίτησιν εὐτύχεον (ἀπύκατο γὰρ δὴ πηλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσοὺς), θεοὶ μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι, τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περιάπτα ξύλων ἀλεξίφάρμακα (καὶ) τοῖσιν ἐπιχωρίοις παρείχετο. »

Λέγεται Ἀλωρον] sic Scalig.; λέγων cod. A. An λέγω? λέγει Goar. — μιν τοῦ λεῶν] Scaliger.; μὴν τοῦ λεῶν Goar. Præter Euseb. cf. Moses Choren. (fr. 4). — Ἀμιλλάρους] *Almelon* Euseb.; *Amelon* Syncell. in Berosi fr. 6. — δεύτερον Ἀννήδ.] Ad hæc respicit Syncell. p. 39, B (Berosi fr. 6) : ὁ δὲ Ἀβυδηνὸς τὸν δεύτερον Ἀννήδωτον μετὰ σάρους εἴκοσιν ἐξ sc. εἴρηκε φανῆναι. Apparuit igitur vel Almelonis anno postremo, vel primo anno Ammenonis. Hoc ex Beroso posuisse videtur Alexander Polyhistor. Apollodorus secundum Annedotum post 40 saros apparuisse dixit, teste Syncello l. 1. Vereor ne hoc de tertio Annedoto intelligendum sit, cujus nulla mentio injicitur. — δ' διφωεῖς] sec. Berosum fr. 6 sub Devono apparet τέταρτος Ἀννήδωτος. Illud rectius; *septem* fuerint Annedotes. Vide Movers. *Phœniz* I, p. 104. — Εὐέδωκος] *Jodocus* Euseb.;

cem sint, quorum omnium in imperio tempus sarorum centum et viginti summam componit. — De diluvio supra memoratis similia nec disparia subjungit, hoc pacto. « Post Euedoreschum regnaverunt alii quidam, ac demum Sisithrus, cui Saturnus pluviarum maximam vim decimo quinto mensis Dæsi fore prænuntiavit, ac quicquid litteris consignatum esset apud Heliopolin Sisiparorum abscondit jussit. Sisithrus hæc exsecutus in Armeniam confestim navigavit. Ac statim quæ a deo prædicta erant, contigerunt. Tertio vero die quum aquarum inundatio remitteretur, quasdam aves emisit, num terram alicubi aquis exstantem delegerent, exploraturus. Illæ vero, profundis tantum aquarum vorticibus eas excipientibus, haud reperientes quo considere possint, ad Sisithrum remeant. Post hæc pariter aliæ. Quum vero tertio id fecisset et rem pro voto fuisset consecutus (volucubus nimirum pedibus limo infectis redeuntibus), illico a diis ex hominum conspectu subducitur, ac navigium in Armeniam delatum, amuleta collo suspendenda e tabularum fragmentis suppeditavit indigenis. »

Iotages mgo Euseb. — Ἐνεύδουλος] Ἐνάδουλος Scaliger. — Εὐεδώρεσχος] Ἀεδωρ. Scaliger.; *Erodanchus* Euseb. in Berosi fr. 5; Εὐερώδαχος Syncell. in Berosi fr. 6. — Ἀνώδαφος] Ἀνώ Δάφος Goar.; Ὡδάκων ap. Syncell. in Berosi fr. 6. Odacon sec. Berosum πάντα τὰ ὑπὸ Ὡάννου κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα κατὰ μέρος ἐξηγήσασθαι dicitur. Περὶ τούτου, Syncellus addit, Ἀβυδηνὸς οὐδὲν εἶπεν. — Ἄλλοι τε] ἄλλοι τοὶ τὲ cod. A; ἄλλοι δύο τε correxit Anonymus. — Ἄλλοι τινὲς κτλ.] Inde ab his verbis eadem exhibent Eusebius in P. E. p. 414, D (tom. II, p. 363 ed. Gsfd.) : Ἐγὼ δὲ σοὶ τὰ Μηδὶ καὶ καὶ Ἀσσυρίᾳ διελθὼν ἐκ τῆς Ἀβυδηνοῦ γραφῆς... τὰςδε τοῦ ἀνδρὸς παραθήσομαι τὰς λέξεις· « Μεθ' ὧν ἄλλοι τινὲς κτλ. et Cyrillus C. Jul. I, 1. Repetit et commentario illustravit Casaubonus in Vet. histor. fragm. select. p. 7 sqq. ad calcem libri De emendat. temp.

Chron. Barber. ap. Mai. Vett. scriptt. nov. coll. tom. VIII, p. 7 : Πρώτην πασῶν ἀναγράφουσι τὴν Χαλδαίων βασιλείαν ἄνδρες ἐν παιδείᾳ γινώριμοι, Ἀλέξανδρος ὁ Πολυίστωρ, Βηρωσσὸς καὶ Ἀβυδηνὸς καὶ Ἀπολλόδοτος. V. Berosi fr. 1, tom. II, p. 498.

2.

Eusebius Arm. p. 22 ed. Mai, postquam Chaldæorum historiam e Beroso Alexandri Polyhistoris narravit (v. Berosi fr. 12), pergit : *Quæ hactenus dicta sunt, Abydenus etiam satis consentaneus in Chaldæorum historia recitat : namque et ipse non absimilem Polyhistori narrationem ingreditur.*

ABYDENI DE PRIMO CHALDÆORUM REGNO.

De Chaldæorum sapientia hactenus. Jam ad ejusdem regionis dominium quod attinet : primum quidem Alorus regnavisse aiunt ; de quo homine nihil referunt, præterquam quod eum providentissimus deus populorum pastorem creavit. Is saris decem dominatum tenuit. Constat autem sarus annis ter mille sexcentis, nerus sexcentis, sossus sexaginta. Deinde Alaparus dominatus est : tum Almelon ex urbe Pantibiblis, sub quo secundus Anidostus (sic) mari emersit Oanni similis, cujus figura erat semidei. Tum Ammenon, tum Amegalarus, tum Davonus pastor, quo regnante quattuor biformes e mari in siccum semet ejecerunt, Iotagus, Eneugamus, Enebulus et Anementus : et sub Edorescho, qui postea regnavit, Anodaphus : deinde et alii dominati sunt demumque Xisuthrus. Quæ narratione historicus hic Polyhistori consonat. Tum etiam de diluvio hac ratione scribit : (v. fr. 3.)

Iotages, etc.] « Ita in margine codicis, quæ nomina in textu paullo corruptiora exhibentur :

Iodocus et Damosnes et Bolus et Anementus. » MAI. — « Post Erodeshcho lacuna est in codice unius vocabuli. » MAI.

3.

ABYDENI DE DILUVIO.

Euseb. 1. 1. : *Deinde alii quidam dominati sunt, tandemque Xisuthrus, cui prædixit Saturnus futuram esse imbrum copiam die quinta (decima quinta sec. Syncell.) mensis Daesii; mandavitque ut libros omnes in Solis urbe Siparis conderet. Iu ubi Sisithrus (sic h. l.) præstitit, pansisque velis in Armeniam cursum direxit, statim deo favente navim illuc appulit. Mox tertio die quum imbrum vis quiesceret, misit aves aliquot explorandi causa num tellus undis emergeret. Illæ immensum tranantes continuumque et fluctuans pelagus, nulla inventa sede, qua pes subsisteret, ad Sisithrum flexo cursu reversæ sunt. Tres deinde dies moratus, denuo easdem mittebat : quæ pedes limo oblitos reversæ retulerunt. Continuoque illum dii ex hominum conspectu eripiebant : navis autem in Armenia sistebat, lignoque suo salutarem medelam regionis ejus incolis exhibebat. — Atque his quæ dicta sunt, Abydenum, ad diluvium quod attinet, cum historia Hebræorum ad amussim congruere, cunctis esse exploratum confido. Jam quod hi historici, gente Græci aut Chaldei, Noachum alio nomine, id est Xisuthrum appellaverint, id quidem ne quæso miremur : itemque quod Deo more suo deorum nomen appinxerint, et columbam silentio presserint, proque ea indefinite aves dixerint; hæc, inquam, magnopere non sunt miranda. Sic de diluvio Abydenus in Chaldæorum historia. Idem et de turris ædificio congruentia cum Mosis narratione hoc pacto scribit (v. fr. 6). Cf. Berosi fr. 7.*

4.

Moses Chorenens. 1, 3 : *De totius generis humani radice... paucis oportet indicari quamobrem a sacris literis alii scriptores dissentiant; Berosum dico historicum literatissimum atque Abydenum; aut cur ipse Abydenus de navigii ædificatione, cæterisque familiarum principibus non modo quod ad nomina attinet et tempora, sed etiam in eo, quod genus humanum ab eadem stirpe non repellant. De ea re enim ita Abydenus pariter ac cæteri : « Deus quidem providentissimus pastorem constituit cum et rectorem populi. » Deinde dicit : « Regnavit Alorus saros decem, qui annos conficiunt 36,000. » Similiter ad Noam diversum adhibent nomen, ac tempus immensum, quanquam de aquarum violentia et terræ corruptione cum sacris literis con-*

sentanea tradunt; atque itidem decem familiarum principes simul cum Xisuthro numerant. Atque eorum anni non tantum a solaribus nostris, qui quattuor tempestatibus sunt conclusi, longe discrepant, atque adeo a divinis; verum neque cum Ægyptiis lunares computant ortus, neque eos vero, qui ex diis nomen invenere; adeo ut qui revera annos designari putant, ii ad veri confirmationem, Græcorum numeris aptent et connectant, alias collectionem minuentes, alias augentes.

5.

ΑΒΥΔΗΝΟΥ.

Syncell. p. 44, D: Ἐντὶ δ' οἱ λέγουσι τοὺς πρώτους ἀνασχόντας ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει γαυνομένους καὶ δὴ θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι τύρσιν ἡλίβατον αἰεῖρειν, ἣ νῦν Βαβυλῶν ἐστίν· ἥδη τε ἄσπον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἀνέμους θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχανήμα· τοῦ δὲ τὰ ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. Τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύθροον φωνὴν ἐνέγκασθαι· μετὰ δὲ Κρόνῳ καὶ Τίτῳ συστῆναι πόλεμον. Eadem Euseb. P. E. IX, 14 p. 416, B. (tom. II, p. 366 Gsfd.). Cf. Berosi fr. 10.

6.

ABYDENI DE TURRIS ÆDIFICIO.

Euseb. Chron. p. 24. *Ea tempestate prisci homines adeo viribus et proceritate sua tumuisse feruntur, ut etiam deos aspernarentur focisque facerent, celsissimumque eum obeliscum niterentur exstruere qui nunc Babylon appellatur. Quumque jam illum proxime ad deos cælo æquassent, dii ventorum adjutorio usi machinosum opus imbecillum impellebant, humique prosternebant: eaque rudera Babelis nomen contraxerunt. Quippe eatenus unius sermonis usura freti homines erant; tunc autem a diis confusio varia et dissona linguarum in eos, qui una lingua utebantur, immissa est. Deinde et Saturnus cum Titano prælio certabat. — Præterea idem vir Senecheribi quoque mentionem facit his verbis (v. fr. 7). — Eadem iterum tangit Euseb. p. 61.*

7.

Eusebius Chron. p. 25: ABYDENI DE SENECHERIBO. *His temporibus quintus denique et vige-*

simus rex fuit Senecheribus, qui Babylonem sibi subdidit, et in Cilicii maris litore classem Græcorum profligatam disjecit. Hic etiam templum Athe-niensium (i. e. Ἀθηναῖς) struxit: ærea quoque signa facienda curavit, in quibus sua facinora traditur inscripsisse. Tarsum denique ea forma, qua Babylon utitur, condidit, ita ut media Tarso Cydnus amnis transiret, prorsus uti Babylonem dividit Arazanes. Proximus huic regnavit Nergilus, quem Adrameles filius occidit. Rursus hunc frater suus Axerdis interfecit, patre eodem, alia tamen matre genitus, atque Byzantium usque ejus exercitum persecutus est, quem antea mercede conduxerat auxiliarem. In hoc miles erat Pythagoras quidam Chaldææ doctrinæ assecla (Cf. Berosi fr. 12, 3). Ægyptum præterea partesque inferiores Syriæ acquirebat Axerdis. Hinc Sardanapallus exortus est. Post quem Saracus imperitabat Assyriis: qui quidem certior factus turmarum vulgi collectitarum, quæ a mari adversus se adventarent, continuo Busalussorum militiæ ducem Babylonem mittebat. Sed enim hic capto rebellandi consilio, Amuhiam Asdahagis Medorum principis filiam nato suo Nabucodrossori despondebat; moxque raptim contra Ninum seu Ninivem urbem impetum faciebat. Re omni cognita, rex Saracus regiam (Eboritam) inflammabat. Tum vero Nabucodrossorus summæ rerum potitus firmis mœnibus Babylonem cingebat. Hisce narratis, reliqua etiam Nabucodrossori gesta ita persequitur Abydenus, ut a libris Hebræorum prorsus non abhorreat.

Quintus et vigesimus] Sec. Berosum usque ad Phulum sunt reges 45; ideoque Senecheribus foret quadragesimus nonus. Fortasse igitur scriba xε' perperam exaravit pro μθ'. — Proximus huic regnat Nergilus etc.] De Nergilo non constat; Adrameles sec. Script. sacrum et Berosum (ubi Ardu muzanes) filius et intersector est Senecheribi. — Axerdis apud Berosum fr. 12 est Asordanus. Cf. Niebuhr. *Kleine Schften*, p. 204. — ... quem mercede conduxerat auxiliarem] ad hæc Maius: «Locus in Arm. cod. obscurus videbatur.» De ipsa expeditione cf. Niebuhr l. I. p. 206. — Hinc Sard. exortus est] Aucher. vertit: Axerdis autem Ægyptum partesque Syriæ inferioris in suam potestatem redegit; ex qua Sardanapallus quoque exstitit. Totus hic locus paullo corruptior. Post Axerdin sive Asordanum apud Berosum sequitur Sammuges,

5.

EX ABYBENO. Sunt qui dicant primos homines viribus et corporum proceritate fisos in contemptum deorum, quasi superiores illis forent, venisse; eam ob rem miræ altitudinis turrim, quæ nunc Babylon est, molitos illamque ædificiis jam cælis vicinam adstruxisse, ventos autem diis opi ferendæ

advolantes vastam illam molem in suos auctores deturbasse, ac rudera, quæ superfuerunt, Babylonis nomen accepisse. Homines porro quorum ad id tempus una eademque lingua fuerat, diis ita jubentibus, multiplici et ab invicem diverso loquendi genere discrepasse, ac postmodum enatis dissidiis Saturnum et Titanem inter se bello decertasse.

post hunc Sardanapallus sive Saracus, Sammugis nulla apud Nostrum fit mentio; ejus loco poni videtur Sardanapallus, qui idem esse debet cum Saraco. Annotaverat quidam, ut puto, *Saracumeundem* esse qui vulgo dicitur *Sardanapallus*. Deinde nomen Sardanapalli alieno loco in textum receptum est, ita ut Sammugis, non vero Saraci nomini substitueretur. — *Busalussorus* est Nabopalassarus. — *Evoritam*] « In Armeniaco textu est RHOK ARNER ZARCHUNIS EVORIDA. Jam vero RHOK vox hactenus nobis inaudita, cujus etymologiam investigationibus occurrebat *hūa*, *ignis*. Dicendum est ergo: incendio tradebat regiam *Evoritam* s. *Evoritæ*. Tum de postremo hoc vocabulo *Evorita* dum cogitabamus, veniebat nobis in mentem *Aroiten* nomen pro *Amuhia*, quod vidimus in textu græco (ap. Syncell. p. 210, B. Vid. not. ad Beros. fr. 12). » MAI. Igitur hoc quoque loco glossa temere in ordinem verborum recepta est.

8.

Eusebius Arm. p. 26 ed. Mai: **ABYDENI DE NABUCHODONOSORO.** *Nabucodrossorus suscepto imperio Babylonem intra quindecim ferme dies cingebat mœnibus et triplici aggere: fluviumque Armacalem ab Arazane promebat: puteum item excelso loco apud Sipara urbem fodiebat, quadraginta parasangas latum, et ulnas viginti profundum. Huic autem claustra apponenda curavit, quibus reclusis universa planities rigaretur. Claustrorum nomen ἰχθυογνώμονας vocant, quasi ea voluntate quadam ingenitaque inclinatione sint prædita. Litus præterea Rubri maris adversus impetum fluctuum communivit: tum in limine Arabicæ regionis Teredonem urbem fundavit: regia palatia recentibus arborum surculis exornavit, nomenque his fecit viridaria pensilia. Mox accurate etiam edisserit quænam dicta sint viridaria pensilia, eademque ait a Græcis quoque in septem speciosisimis miraculis numerari.*

Rursus alio loco idem homo sic loquitur: Cuncta, inquit, olim aquis tenebantur; idque mare dicebatur: quod quidem Belus compescuit, et suum cuique rei locum tribuit. Idem Babylonem mœnibus ambiens communivit, quæ diuturnitate temporis diruta Nabucodrossorus demum restituit: eaque

supererant usque ad imperium Macedonum non sine valvis ære conflatis. Omnia Abydenus Danieli consona narrat, apud quem Nabuchodonosorus superbia tumidus ita inducitur loquens: « Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi ut sit regni sedes, virtute fortitudinis meæ, et in honorem gloriæ meæ (c. 4, 27)! »

Jam quod imperii ejus felicitatem testetur Danie. his verbis; quibus de Nabuchodonosoro loquitur; audi et Abydenum: Hercule, inquit, fortior erat; idque exponit hac ratione sermonis. Potentissimus, ait, Nabucodrossorus, qui et ipsi Herculi fortitudine præstitit, in Libyam atque Iberiam magnis copiis expeditionem suscepit: quibus regionibus debellatis, incolarum partem in Ponti dexteram oram transtulit. Deinde Chaldæi tradunt, mentem ejus ad regiam reducis deorum quorundam afflatu fuisse occupatam, ita ut in hæc verba erumperet: Ego Nabucodrossorus, o strenui Babylonii, superventuras vobis ærumnas prædicam. Tum alia id genus accurate narrat. Rursusque idem scriptor addit: eum, qui tanto elatus fastu imperabat, e conspectu repente ereptum evanuisse. Hinc filius ejus Amilmarodachus regnavit, quem brevi Niglisares gener occidit. Successit autem, qui unus supererat, Labossoracus filius: qui violento item fato quum ab eodem sublatus fuisset, Nabonedochus nullo jure fretus ad regni sedem accedere jussus est: is nempe, cui Cyrus, capta dein Babylone, Carmanie præfecturam concessit: a Dario autem rege cadem provincia pulsus est.

Eusebius P. E. IX, 41, p. 456, D (t. II, p. 440 ed. Gsfd.): Εἶδον δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀβυδηνοῦ Περὶ Ἀσσυρίων γραφῇ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ταῦτα·

« Μεγασθένης δὲ φησι Ναβουχοδρόσορον Ἡρακλῆος ἀλκιμώτερον γεγονότα ἐπὶ τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεύσαι· ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτῶν εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικῆσαι. Μετὰ δὲ, λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλῆϊα κατασχεθεῖν θεῷ δτεω δὴ, φθελγᾶμενος δὲ εἶπεν, Οὗτος ἐγὼ Ναβουχοδρόσορος, ὡς Βαβυλωνῖοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορὴν, τὴν ὃ τε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος ἦ τε βασιλεία Βῆλτις ἀποστρέψαι Μοίρας πείσαι ἀσθενοῦσιν. Ἡξεῖ Πέρσης ἡμίονος, τοῖσιν ὑμα-

9.

In ea quam Abydenus de Assyriorum rebus scripsit historia, de Nabuchodonosore hæc reperi:

« Megasthenes, inquit, auctor est Nabucodrosorum Herculi ipsi fortitudine atque animis præstitisse, atque in Libyam et Iberiam impetu facto, utriusque jam domitæ colonias in dextram Ponti plagam deportasse. Quibus peractis, Chaldæi ferunt, cum consensu palatio divinitus

repente afflatum, quod sequitur oraculum effudisse: Ille ego Nabucodrosorus, o Babylonii, imminentem vobis calamitatem prænnuncio, quam Parcis, uti averruncent, nec Belus generis nostri auctor nec regina Beltis persuadere unquam poterunt. Persicus veniet mulus, qui dæmonum vestrorum auxilio, durum cervicibus vestris jugum imponet. Atque hujus cladis auctor etiam Medes quidam erit, quo ante Assyrii inagnopere gloriabantur. O utinam ipse,

τέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισιν· ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. Οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης, τὸ Ἀσύ-
ριον αὐχμημα. Ὡς εἶθε μιν, πρόσθεν ἢ δοῦναι τοὺς πο-
λιήτας, Χάρυδίν τινα ἢ θάλασσαν εἰσδεξαμένην αἰστώ-
σαι πρόρριζον ἢ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι
διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄσπεα οὔτε πάτος ἀνθρώπων,
θῆρες δὲ νόμον ἔχουσι καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἐν τε
πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μῶνον ἀλώμενον· ἐμέ τε πρὶν
εἰς νόον βαλέσθαι ταῦτα τέλεος ἀμείμονος κυρῆσαι.
Ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο· ὁ δὲ οἱ παῖς
Ἀμιλμαρούδοκος ἐβασίλευε. Τὸν δ' ἐκ χειρὸς ἀποκτεί-
νας Ἰγλισάρης (i. q. Νηριγλισάρης) λείπει παῖδα
Λαθασσοάρασκον. Τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ,
Ναθαννίδογον ἀποδεικνῦσι βασιλέα, προσήκοντά οἱ
οὐδέν. Τὸν δὲ Κύρος ἐλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγε-
μονίῃ δωρεέται. »

Καὶ περὶ τοῦ κτίσαι δὲ τὸν Ναβουχοδονόσορ τὴν
Βαβυλῶνα, ὁ αὐτὸς ταῦτα γράφει·

« Λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θά-
λασσαν καλομένην. Βῆλον δὲ σφεα * παῦσαι, χώρην
ἐκάστῳ ἀπονείμαντα, καὶ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν·
τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἰκνευμένῳ ἀφανισθῆναι. Τειχίσαι δὲ
αὐτὴς Ναβουχοδονόσορον τὸ μέχρι τῆς Μακεδονίῃν
ἀρχῆς διαμεῖναι ἐὼν χαλκόπυλον. »

Καὶ μεθ' ἑτέρα ἐπιλέγει·

« Ναβουχοδονόσορος δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν,
Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχεσε τριπλῇ περιβολῇ ἐν πεντεκαί-
δεκα ἡμέρῃσι, τὸν τε Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν,
εὐὸντα κέρας Εὐφράτῃ, τὸν τε Ἀκράκανον (Ἀράκανον
nonnulli libri). Ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος
λάκκον ὀρυζάμενος, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα
παρασαγγέων, βάθος δ' ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστη-
σεν, τὰς ἀνοίγοντες ἀρδεσκον τὸ πεδῖον· καλέουσι δ' αὐ-
τὰς ἐχετογνώμονας. Ἐπετείχεσε δὲ καὶ τῆς Ἐρυθρῆς
θαλάσσης τὴν ἐπὶ κλυσιν καὶ Τερηδόνα πόλιν ἐκτισεν
κατὰ τὰς Ἀράων εἰσβολὰς· τὰ τε βασιλῆα δένδροις
ἤσκησε, κρεμαστοὺς παραδείους ὀνομάσας. » — Καὶ
ταῦτα δὲ μοι ἀπὸ τῆς δηλωθείσης κείσθω γραφῆς.

aut profundo pelago haustus atque absorptus periret,
priusquam cives meos ita proderet, aut Charybdi quadam
alias abreptus in vias per solitudines erro vagaretur, ubi
nullius neque urbis neque hominis vestigium appareat,
sed feræ duntaxat libere pascantur, volucresque circumvol-
lent, adeoque solus medius inter scopulos ac voragines
jactaretur. Mihi quoque, priusquam hæc ei tam nefaria
mens injecta sit, feliciorem exitum sortiri liceat. Hæc ef-
fatus, hominum ex oculis repente sublatus evanuit. Atque
Amilmarudocum filium regni habuit successorem. Quem
occidit affinis Iglisares (Neriglisares) filiumque relinquit
Labassoarascum. Hoc etiam violente nece sublato, Naban-
nidochum, nulla cum eo affinitate conjunctum, regem creant,
cui Cyrus postea Babylone potitus Carmaniaz principatum
ultra concessit. »

Idem porro conditam a Nabuchodonosore Babylonem
fuisse ita narrat :

« Ferunt, inquit, loca hæc omnia initio aquis obruta

10.

Moses Chorenens. II, c. 7, p. 95 : ... ut Aby-
denus scriptum reliquit ita dicens : « Potens ille
Nabuchodonosorus Herculem Libycum vi supera-
bat. Exercitu coacto, in Iberorum regionem venit,
et profligatam oppressamque in ditionem suam re-
degit, et partem quandam populæ ad dextram maris
Pontici abduxit collocavitque. »

10. a.

Syncell. p. 226 A : Μετὰ τοῦτον (sc. τὸν Ναβου-
χοδονόσωρ) υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλὰδ Μαροδὰχ λεγόμενος
ἔτη δύο μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς ἐβασίλευσεν, ὡς
μαρτυροῦσιν οἱ τὰ Καλδαϊκὰ συγγραψάμενοι Ἀλέξαν-
δρος καὶ Ἀβυδηνός, οἷς καὶ Ἰώσηπος καὶ πάντες ἐν τού-
τοις ἔπονται, συμφωνούσης καὶ τῆς θείας γραφῆς.

11.

ABYDENI DE REGNO ASSYRIORUM.

Eusebius Chron. p. 36 : *Chaldæi regionis suæ
reges ab Aloor usque ad Alexandrum hoc pacto
enumerant. Nini quidem et Samiramidis nullam
rationem habent. His autem dictis ita suam histo-
riam exorditur : « Fuit, inquit, Ninus Arbeli,
Chaali, Arbeli, Anebi, Babii, Beli regis Assyrio-
rum. Deinde accurate reges enumerat a Nino et a
Samiramide ad Sardanapallum, qui omnium ex-
tremus fuit : a quo ad primam Olympiadem sexa-
ginta et septem anni putantur. » De Assyriorum
regno hac diligentia scripsit Abydenus. Nihilominus
et Castor primo libro summarii Chronicorum eadem
plane ad litteram narrat de regno Assyriorum.*

Annos 67 a fine Sardanapalli usque ad Olymp.
1 numerat etiam auctor Excerptorum Barbarorum
(ex Africano). De hoc computo diximus in Fragm.
chronol. p. 162. Ceterum Castor quamvis in uni-

fuisse marisque nomine appellata : verum suam singulis re-
gionem Belum assignasse, Babylonemque mœnibus cinxis-
se, ac deinceps mortalium oculis ereptum esse : postea vero
septum illud, valvis distinctum æreis, a Nabuchodonoso-
re exstructum esse, quod ad Macedonum imperium usque
steterit. »

Ac rursus nonnullis interjectis :

« Nabuchodonosorus, inquit, regno potitus Babylonem
intra quindecim dierum spatium triplici muro cinxit, atque
Armacalen Acracanumque fluvios, ab Euphrate ortos, alio
derivavit. Tum Sipparenorum urbis in gratiam paludem
fodit, cujus ambitum parasangas quadraginta, altitudo vero
ulnas viginti obtineret. Eidem claustra imposuit, Echeto-
gnomonas vocant, quibus patefactis agrum illi suum irri-
gant. Maris quoque Rubri eluvionem objectis repressit
obicibus, ac Terephonem urbem adversus Arabum irru-
ptiones excitavit, palatiumque suum arboribus consitis
(pensiles hortos vocabat) exornavit.

versum eandem de Assyriorum temporibus chronologiam sequitur (Ctesianam scilicet), minime tamen *ad verbum* eadem tradidit. Vid. Castor. fr. 1, p. 156 sqq.

12.

Moses Choren. I, c. 4, p. 13 : *Neque est quod quis de hujus rei veritate dubitet, quum de iis nobis complura tradat Abydenus, auctor certus, ita dicens : « Ninus ortus Arbelo, Chæalus Arbelo; is Anebi, is Babio, is Belo. » Similiterque stirpem nostram ab Haico ad Arcem pulchrum, quem Semiramis interfecit, hoc ordine enumerat : « Arcæus pulcher Arami filius, qui Harmæ, qui Gelamii, qui Amasiæ, qui Aramæis, qui Armenaci, qui Belo adversatus vitam amisit. » Atque hæc narrat Abydenus in primo suo Originum libro, quem postea quidam huc attulerunt. Ejusdem rei testis est Cephalimus (v. fragm. Cephalionis).*

ACESANDER.

ΠΕΡΙ ΚΥΡΗΝΗΣ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Plutarch. Qu. Conviv. V, 2, p. 675, B : Εἶπον δὲ καὶ Πελλίαν θάπτων Ἀκαστος ὁ υἱὸς ἁγῶνα ποιήματος παράσχοι, καὶ Σίβυλλα νικήσειεν. Ἐπιφουμένων δὲ πολλῶν, καὶ τὸν βεβαιωτὴν ὡς ἀπίστου [καὶ] παραλόγου τῆς ἱστορίας ἀπαιτούντων, ἐπιτυχῶς ἀναμνησθεὶς ἀπέφραiven Ἀκέσανδρον ἐν τῷ Περὶ Λιβύης ταῦτα ἱστοροῦντα. Καὶ τοῦτο μὲν, ἔφη, τὸ ἀνάγνωσμα τῶν οὐκ ἐν μέσῳ ἐστί· τοῖς δὲ Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου κτλ. (v. Polemon. fr. 27, tom. III, p. 123).

DE CYRENE.

1.

Dixi Acastum Peliam patrem funerantem poematum certamen instituisse, idque Sibyllam vicisse. Hic quum multi me reprehenderent, et narrationis tanquam incredibilis et absurdæ testem aliquem poscerent; commodum recordatus asserui Acesandrum in opere De Libya auctorem ejus esse. Sed hujus, aiebam, lectio non est omnibus in promptu : Polemonis autem Atheniensis etc.

2.

Pherecydes Naiade et Peneo, Acesander vero Phyllira Æsopi filia et Peneo Hypseum natum esse dicunt.

3.

Hunc Apollonius modo Eurypylum modo Tritonem appellat. Acesander vero Eurypylum fratrem esse Tritonis dicit; verba sunt : « Eurypylus Neptuni et Celenus Atlante

Scriptum Περὶ Λιβύης non diversum fuisse puto ab eo, quod a reliquis laudatur Περὶ Κυρήνης.

2.

Schol. Pindar. Pyth. IX, 27 : Ναΐδος δὲ καὶ Πηνειοῦ τὸν Ὑψέα Φερεκύδης, Ἀκέσανδρος δὲ Φιλύρας τῆς Αἰσωποῦ καὶ Πηνειοῦ ἱστορεῖ τὸν Ὑψέα.

3.

Idem Pyth. IV, 57 : Τοῦτον (sc. τὸν Εὐρύπυλον, quem Pindarus Neptuni filium dicit) δὲ Ἀπολλώνιος ποτὲ μὲν Εὐρύπυλον προσαγορεύει, ποτὲ δὲ Τρίτωνα. Ἀκέσανδρος δὲ φησιν ἀδελφὸν εἶναι τὸν Εὐρύπυλον Τρίτωνος, γράφων οὕτως « Εὐρύπυλος Ποσειδῶνος καὶ Κελαινοῦς τῆς Ἀτλαντος, Τρίτωνος ἀδελφός. Οὗτος γαμει Στερόπην τὴν Ἥλιου, Πασιφάης ἀδελφὴν, καὶ γεννᾷ παῖδας δύο Λυκάονα καὶ Λευκιππον. » Eadem Tzetz. ad Lyc. 886.

4.

Demosthenes Bithynus (fr. 5) (*) Βιθυνιακὰ, quæ decem minimum libros complectebantur, carmine scripsit, atque Κτῆσις, incertum num versibus an oratione soluta. Ætatem auctoris certius constituere non possumus. Alexandro Polyhistore at-

(*) Alius Demosthenes *Bithynus* est Demosthenes Philaethes, Alexandri Philaethæ discipulus, medicus Herophilus, qui tres *De oculis* libros scripsit, teste Galeno tom. III, p. 46 Basil., tom. VIII, p. 10 ed. Paris. — Qui apud Schol. Apoll. Rhod. II, 297 laudatur Δημοσθένης ἐν τοῖς Διμέσιν, esse debet Τιμοσθένης.

marina purpura tincti. Tum *calasires* opere Corinthio confectæ, quarum aliæ purpureæ sunt, aliæ violaceæ, aliæ hyacinthinæ; videas etiam flammeas et marini coloris. Sunt vero etiam Persicæ calasires, quæ sunt omnium pulcherrimæ. Videas etiam quas *actæas* vocant: quod ex omnibus Persicis amiculis pretiosissimum est. Est autem hoc dense textum, ut simul firmum sit et leve: et aureis milii granis conspersum; et quodlibet granum filo purpureo per medium transeunte in Interiore amiculi latere revinctum est. » His omnibus uti ait Ephesios in luxuriam effusos.

DE CNIDO.

Demognetus in libro De Cnido: « Et Coccynem Telesteri (?) filium, et Collum Sciri f., et Logaonem Autonomi f., et Ctesiam Mnesithei filium. »

que Polybio antiquiorem fuisse colligas e fragm. 15. At dubia res est num recte ibi se habeat nomen Demosthenis, et ad Nostrum scriptorem sit referendum. Meinekius ad Euphor. p. 31, æqualem Euphorionis fuisse suspicabatur. Scilicet quum apud Chæroboscum in Bekk. Anecd. p. 1383 legatur: Καὶ ἐν τῷ Εὐφορίωνος Δημοσθένει ὁμοίως ἐκτεταμένον (sc. τὸ ἄ in voce Ἰλαος) εὐρίσκεται, ὅσον· « Δαίμονος Ἰλάου, » Euphorionem carmen aliquod Demostheni cuidam inscripsisse, eumque Demosthenem esse Bithynum poetam opinatur. Quæ neque negare neque affirmare licet.

ΒΙΘΥΝΙΑΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

1.

Steph. Byz. v. Τάρας: Ἔστι καὶ Τάραντος ἀρσενικῶς λεγομένη πόλις Βιθυνίας, ἐνθα τιμᾶται Ταρανταῖος Ζεὺς, ὡς Δημοσθένης ἐν δευτέρῳ Βιθυνιακῶν. Εὐρηται καὶ διὰ τοῦ δ' Δάρανδος.

2.

Idem v. Ταρσός: Ἔστι καὶ Ταρσὸς ἄλλη τῆς Βιθυνίας. Τὸ ἐθνικὸν ταύτης Τάρσιος καὶ Ταρσία. Δημοσθένης ἐν δευτέρῳ Βιθυνιακῶν Ταρσίαν διὰ τῆς εἰ διτθόγγου τὴν πόλιν οἶδε. Τὸ ἐθνικὸν Τάρσειος· ἔστι καὶ χωρίον Βιθυνίας Τάρσος λεγόμενον.

E LIBRO TERTIO.

3.

Idem: Τευμησὸς, ὄρος Βοιωτίας. Ὁμηρος ἐν τῷ εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνῳ (v. 224) (ἄστρ, ὡς Δημοσθένης ἐν τρίτῳ Βιθυνιακῶν)·

εἰς Μυκαλησσὸν ἰὼν καὶ Τευμησσὸν λεχέποιον.

Turbatum aliquid videtur, quum Demosthenis mentio inter Homeri mentionem et versum Homericum interjecta sit inepte.

BITHYNIACA.

1.

Est etiam Tarantus masculine dicta urbs Bithyniæ, ubi colitur Taranteus Juppiter, teste Demosthene in secundo De Bithynia. Reperitur etiam per d litteram Darandus.

2.

Tarsus etiam est Bithyniæ urbs. Civis ejus Tarsius et Tarsia. Demosthenes in secundo De Bithynia Ταρσίαν per αἰ diphthongum urbis nomen scribit. Civis Tarseus. Est etiam castellum Bithyniæ, cui Tarsus nomen.

3.

Teumessus, mons Bæotiae. Homerus in Hymno in Apollinem (tanquam urbem memorat Demosthenes tertio De Bithynia):

Μυκαλῆστυν τένδεις ἐτ Τευμῆστυν ἑρβόσανι.

E LIBRO QUARTO.

4.

Idem : Ἀλεξάνδρεια, πόλεις δκτωκαίδεκα... Δευτέρα ἔστι πόλις Τροίας, ἐν ᾗ ἐγένετο Ἡγήμων ἐποποιός, δς ἔγραψε τὸν Λευκτρικὸν πόλεμον τῶν Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων· περὶ ᾗς Δημοσθένης ἐν τετάρτῳ Βιθυνιακῶν.

5.

Idem : Ἡραία, ἄκρα οὕτω λεγομένη, καταντικρὺ Χαλκηδόνος. Ταύτην δ' ἐν τῇ συνηθείᾳ Ἡρείαν φασί τινες, κακῶς, ἄλλοι δὲ Ἡρίον, μυθοποιούντες ὡς ἐκείσε δρύξαντες τάφους χύτρας εἶρον καὶ δστᾶ. Πειστέον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένει ἐν τῷ δ' βιβλίῳ.

Ἔστι δὲ τις προπάρσις κλυτῆς Χαλκηδόνος ἄκρη Ἡραία τρηχούσα, πολυσπιλὰς· ἐνδοθὶ δ' αὐτῆς λατρεῖν περὶ τεῖχος ἰὼν κοιλαίνεται εἰς τὸν κόλπον ἄλός· φαίης κεν ἰδὼν βαθυδίενα πάντη ἔμμεναι. Εἰαμένη δὲ καὶ οὐ βύθος ἔστι θαλάσσης, ἐνθα τε νῆας ἀνήγον, οἰόμενοι σκέπας εἶναι αὐτοφρούς ὁρμιοι, κακῶ δ' ἐνέκυρσαν ἐτοίμῳ.

Eadem Etym. M. p. 437, 40, omissis verbis inde a τρηχούσα usque ad ἄλός. Ibidem pro ἐνθα τε νῆας ἀνήγον est : ἐνθα θαλάσσης νῆας ἄγον, x. δ' ἐν. ἐτοίμους. Vocem ἄγον pro ἀνήγον præbet etiam cod. Rhedig.

6.

L. LIBRO NONO.

Idem : Ἀρτάκη, πόλις Φρυγίας, ἀποικὸς Μιλησίων... Τὸ ἐθνικὸν Ἀρτακηνός. Σοφοκλῆς δὲ Ἀρτακεύς

εἶπε... καὶ Ἀρτάκιος εἶπε Δημοσθένης ἐν ἐνάτῳ Βιθυνιακῶν.

Νάσσατο δ' Ἀρτακίοισιν ἐφέστιος αἰγιαλοῖσι.

Οὕτω γὰρ αὐτόθι ἡ Ἀφροδίτη καλεῖται. In ultimis excerptorem negligentem accusamus.

7.

E LIBRO DECIMO.

Idem : Κοσσός, ὄρος Βιθυνίας, ὡς Δημοσθένης Βιθυνιακῶν δεκάτῳ. Οἱ οἰκοῦντες Κοσσαῖοι.

8.

Idem : Μαυσωλοὶ, οἱ Κᾶρες, ἀπὸ Μαυσωλοῦ. Δημοσθένης δεκάτῳ Βιθυνιακῶν· « Δαίδαλα Μαυσωλῶν. »

E LIBRIS INCERTIS.

9.

Idem : Ἀμαστρίς, πόλις Παφλαγονίας, ... ἀπὸ γυναικὸς Περσίδος Ἀμαστρίδος, θυγατρὸς Ὀξυάθρου τοῦ ἀδελφοῦ Δαρείου, ἣ συνίκησε Διονυσίῳ τῷ Ἡρακλείας τυράννῳ. Δημοσθένης δ' ἐξ Ἀμαζόνος οὕτω λεγομένης.

10.

Idem : Ἀπολλωνία, πρώτη πόλις Ἰλλυρίας... κβ', τῶν ἐπὶ Θράκης Ἰωνῶν, ἣν Δημοσθένης φησίν.

11.

Idem : Δορυλαῖον, πόλις Φρυγίας, δ καὶ Δορύλαιον Δημοσθένης φησί.

12.

Idem : Κρήσσα, πόλις Παφλαγονίας, ἣν Μηριόνης μετὰ Τροίαν ἔκτισε, Ζητίας δὲ εἶλεν ὁ Νικομήδους υἱός. Δημοσθένης γράφει τὸ ἐθνικὸν Κρησσαῖος.

4.

Alexandria. Secunda ejus nominis urbs in Troade est, ex qua Hegemon poeta epicus oriundus est, qui Leuetricum bellum Thebanorum et Lacedæmoniorum scripsit. De hac urbe Demosthenes dicit in quarto De Bithynia libro.

5.

Heræa, promontorium sic nominatur Chalcedonis e regione situm, quod nonnulli ex consuetudine Heeriam vocant, perperam. Alii vero Herium, fabulantes quod ibi fodientes sepulcra (Ἡραία) invenerint urnas et ossa. Sed fides habenda potius est Demostheni Bithyno, qui libro quarto ita habet :

Est vero ante celebrem Chalcedonem promontorium, Heræa, asperum, scopulis oblitum. Intra illud, saxosum circa murum, procedens cavatur sinus maris. Quem conspiciens dixeris profundum ubique esse. At humectum quidem solum, sed nulla maris profunditas. Ibi naves subduxerunt, credentes tutamen esse portus natura facti ; at in paratum inciderunt malum.

6.

Artaces, urbs Phrygiæ, Milesiorum colonia. Gentile Artacenus. Sophocles vero Artaceus dixit, et Demosthenes in nono De Bithynia Artacius habet :

Habitavit in Artacii sedem figens oris.

Sic enim (Artacia) ibi Venus dicitur.

FRAGMENTA HISTOR. GR. — VOL. IV.

7.

Cossus, mons Bithyniæ, teste Demosthene in libro decimo De Bithynia. Incolæ Cossæi.

8.

Mausoli, Cares, a Mausolo. Demosthenes decimo De Bithynia : « Dædala Mausolorum. »

9.

Amastris, urbs Paphlagoniæ... a muliere Perside Amastride, filia Oxyathræ, Darii fratris, quæ nupsit Dionysio Heracleæ tyranno. Demosthenes vero ab Amazone Amastride urbem nomen habere ait.

10.

Apollonia, urbs Ionum in Thracia, quam Demosthenes memorat.

11.

Dorylaeum, urbs Phrygiæ, quam etiam Dorylaeum Demosthenes dicit.

12.

Cressa, urbs Paphlagoniæ, quam Meriones post Troica condidit ; Zeilas vero Nicomedis filius cepit. Demosthenes gentile scribit Cressæus.

ΚΤΙΣΕΙΣ.

13.

Steph. : Ὀλιζών, πόλις Θεσσαλίας... Ὀνομάσθη δὲ ἀπὸ τοῦ μικρὰ εἶναι. Θεσσαλοὶ γάρ, ὡς ἱστορεῖ Δημοσθένης ἐν Κτίσει, τὸ μικρὸν ὀλιζον καλοῦσι. Τὸ ἐθνικὸν Ὀλιζώνιος.

14.

Idem : Λάμψακος, πόλις κατὰ τὴν Προποντίδα, ἀπὸ Λαμψάκης, ἐπιχωρίας τινὸς κόρης. Ἔστι δὲ Φωκαέων κτίσμα, πάλαι Πιτυοῦσα λεγομένη, ὡς Δημόχορος δὲ Κυζικηνός... ἔστι δὲ εὐοίνος... Δημοσθένης δὲ διὰ τὸ εὐοίνον καὶ Πριάπου κτίσμα ταύτην φησί, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Διονύσου.

15.

Idem : Χαλκεῖα, πόλις Λιθῦνης δὲ Πολυτίστῳ ἐν Λιθυκῶν τρίτῳ, ὡς Δημοσθένης, ᾧ μεμφόμενος Πολύβιος ἐν τῷ δωδεκάτῳ ὧδε γράφει : « Ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ τὰ περὶ τῶν Χαλκείων· οὔτε γὰρ πόλις ἐστίν, ἀλλὰ χαλουργεῖα. » Num recte sese habeat h. l. nomen Demosthenis, viri docti addubitarunt. V. not. ad Callisthenis fr. 35, p. 26.

DEMOTELIS.

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

Demoteles apud Plinium H. N. XXXVI, 12, inter eos recensetur qui de pyramidibus scripserunt. Vide fragmenta Aristagoræ. — Præterea mentionem ejus injicit Plinius XXXVI, 13, 19, 1 : *Dicamus et labyrinthos, vel portentosissimum humani impendii opus, sed non, ut existimari potest, falsum. Durat etiamnum in Ægypto, Heracleopolite* (deb. Arsinoite) *nomo, qui primus factus est ante annos, ut tradunt, MMMDC a Petesuchi rege Sevecnefroe* (sic Bunsen.; libri : *Petesuchi vel Petesucco rege sive Tithoe*), *quamquam Herodotus totum opus XII regum dicit esse novissimique Psammetichi. Causam faciendi varie interpretantur. Demoteles regiam Menevidis* (sic Bunsen.;

URBIUM ORIGINES.

13.

Olizon, urbs Thessaliæ, nomen ex eo habet, quod est parva. Thessali enim, ut Demosthenes narrat in Urbium originibus, ὀλιζον dicunt pro parvo. Gentile Olizonius.

14.

Lampsacus, urbs ad Propontidem, nomen habet a Lampsace, puella quadam indigena. Est vero Phocensium co-

Moteridis cod. Bamberg., *Motherudis* vgo), *Lycæas sepulcrum Mæridis; plures Soli sacrum id exstructum, quod maxime creditur*. V. Bunsen. *Ægypten* tom. III, p. 89; tom. II, p. 54, not. Manethon. fragm. tom. II, p. 542.

DERCYLUS (ARGIVUS).

Nomen auctoris vario modo exaratur : Δερκύλος, Δέρκυλος, Δέρκυλλος. Similiter Δερκυλίδας in multis libris scribitur Δερκυλλίδας. (*) Præferendum duplici lambda simplex esse demonstravit L. Dindorfius in Steph. Thes. Gr. s. h. v., ubi vide. Patriam Dercyli Argolidem fuisse puto. Dialecti patriæ formas eum sermoni suo admiscuisse docemur ab auctore Etym. Mag. p. 391, 12 : Ἀργεῖοι, inquit, καὶ Λάκωνες καὶ Παμφύλιοι καὶ Ἐρετριεῖς καὶ Ὀρώπιοι, ἐνδείαν τοῦ σ ποιούντες, δασείαν χαράττουσι τοῖς ἐπιφερομένοις φωνήσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ ποιῆσαι ποιῆται, καὶ βουσὸα βουδα, καὶ μουσικὰ μωία· κέχρηται τούτῳ τῷ εἶδει τῆς δασείας καὶ Δέρκυλλος (**).

Quod ætatem scriptoris attinet, post Alexandri M. tempora eum vixisse liquet ex fr. 8. Senioris ævi hominem arguit etiam Panemi mensis nomen Macedonicum (fr. 3). Ubi simul cum Dinia vel Agia Noster laudatur, loco ponitur postremo; unde illos antiquiores esse, eorumque memoriam ex ipso Dercylo excitari suspicaris.

ΑΡΓΟΛΙΚΑ.

1.

Athenæus III, p. 86, F, et schol. Vatic. Eurip. Troad. 14. Vide Agiæ fr. 1 et 3.

(*) Dercyllidas quidam ἐν τῇ Περὶ Πλάτωνος φιλοσοφίᾳ laudatur ap. Simplicium in Aristot. Phys. p. 54 b, 56 b. Cf. Proclus in Platon. p. 7.

(**) Valckenar. ad Adonias. p. 274 : « Hinc discimus historicum antiquissimum (?) Argivum Dercyllum Argolica sua scripsisse patria dialecto; ut adeo λέξεις Ἀργεῖαι inter Hesychianas videri possint ab grammatico partim etiam ex historiis Dercylli derivatas. »

lonia, olimque Pityusa vocabatur, teste Deiocho Cyziceno. Vinl ferax est. Quare etiam Priapi Baccho et Venere nati opus eam Demosthenes dicit.

15.

Chalcea, urbs Libyæ. Polyhistor De Libya libro tertio, secundum Demosthenem, quem reprehendens Polybius libro duodecimo sic scribit : « Ignorat vero magnopere etiam quæ pertinent ad Chalcea. Neque enim urbs est, sed metalli officinæ sunt. »

2.

Schol. Pindar. Ol. VII, 49, de Tlepolemo Licymnii interfectore : Οἱ δὲ περὶ Δεινίαν (fr. 6) καὶ Δέρκυλόν φασιν ἀκούσιον τὸν φόνον γενέσθαι.

3.

E LIBRO TERTIO.

Clemens Alex. Strom. I, p. 139, 5 Sylb. : Ἁγίας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανέμου ἡγδόῃ φθίνοντος sc. Ilium captum esse statuunt. Ead. Eus. P. E. p. 293, ubi Κερκύλος.

(ΒΟΙΩΤΙΚΑ?)

4.

Schol. Eur. Phœn. 7 : Δέρκυλλος Θηβαίου τινὸς, Δράκοντος τοῦνομα, βασιλέως δὲ Θηβαίων, θυγατέρα τὴν Ἀρμονίαν εἵναι φησιν, ὃν φονεύσας Κάδμος ἐγήμεν Ἀρμονίαν. Ἐφορος δὲ x. τ. λ. (Eph. fr. 12)... Δημάγυρας δὲ x. τ. λ. (v. fr.).

« Cod. August. : Δέρκυλος δὲ Θηβαίου τινὸς Δράκοντος, Ἀρεως Θηβαίου, φησὶν εἶναι τὴν Ἀ. θ. quocum consentit Havn. et Taurin., nisi quod hic δὲ ponit post Ἀρεως. Valck. scriptum fuisse suspicatur : Δ. μὲν, Θ. τ., Δρ. τοῦνομα, Ἀρεως υἱοῦ, βασιλέως δ. Θηβ. Cf. Palæphatus c. 6. » ΜΑΤΤΗΙΕ. — Vocem Θηβαίου post Ἀρεως non mutaverim, quippe quam expresse addidisse historicus noster videtur, ne de deo Marte cogites. Ceterum fragmentum peti potuit e Κτίσεων libris.

ΑΙΤΩΛΙΚΑ.

E LIBRO TERTIO.

5.

Plutarch. De fluv. 22, 5 : Γεννᾶται ἐν αὐτῷ (Ἀχελώϊ) βοτάνη ἡ μύωψ προσαγορευομένη· ἦν ἑάν τις εἰς ὕδωρ βαλὼν νίψεται τὸ πρόσωπον, ἀποβάλλει τὴν δρασιν, Ἄρτεμιν δ' ἐξίλασάμενος ἀνακτᾶται τὸ φῶς· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' Αἰτωλικῶν.

ΙΤΑΛΙΚΑ.

E LIBRO TERTIO.

6.

Plutarch. Par. m. c. 38 : Ἡρακλῆς τὰς Γηρυόνης βοῦς ἐλαύνων δι' Ἰταλίας ἐπεξενώθη Φαύνῳ βασιλεῖ, δὲ ἦν Ἑρμοῦ παῖς, καὶ τοὺς [γε] ξένους τῷ γεννήσαντι ἔθυσεν· ἐπιχειρήσας δὲ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνηρέθη· ὡς Δέρκυλλος ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν.

ΚΤΙΣΕΙΣ.

E LIBRO PRIMO.

7.

Idem ibid. c. 17 : Ἐν Ἰλίῳ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἐμπρησθέντος, προσδραμὼν Ἴλος τὸ διοπετὲς ἤρπασε παλλάδιον, καὶ ἐτυφλώθη· οὐ γὰρ ἐξὸν ὑπ' ἀνδρὸς βλέπεσθαι· ὕστερον δ' ἐξίλασάμενος ἀνέβλεψεν· ὡς Δέρκυλλος ἐν πρώτῳ Κτίσεων.

ΠΕΡΙ ΟΡΩΝ.

E LIBRO TERTIO.

8.

Plutarch. De fluv. I, 4 : Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνης μετὰ στρατεύματος εἰς Ἰνδίαν ἐλθόντος, καὶ τῶν

ARGOLICA.

2.

Dinias et Dercylus libro tertio invitum Tlepolemum cædem commisisse aiunt.

3.

Agias et Dercylus die vicesimo tertio Panemi mensis Ilium captum esse statuunt.

4.

Dercylus Thebani cujusdam, cui Dracontis (Areo Thebano nati) nomen, filiam Harmoniam esse dicit. Quo interfecto Cadmus Harmoniam duxit.

ÆTOLICA.

5.

Nascitur in Acheloo herba quæ myops vocatur : eam si quis in aquam jecerit et faciem lavarit, visum amittit, quem, simulac Dianam placaverit, recuperat, ut testatur Dercylus tertio Ætolicorum.

ITALICA.

6.

Hercules Geryonis boves per Italiam agens hospitio usus est Fauni regis, qui Mercurii fuit filius, ac patri immolare hospites solebat : is aggressus Herculem, ab ipso est trucidatus. Dercylus tertio Italicorum.

URBIUM ORIGINES.

7.

In Ilio Minervæ templo ardente, Ilius occurrens cælo delapsam Palladium eripuit, ac captus est luminibus, quod illud videri a viro nefas erat. Postmodo tamen placato numine visum recepit, testante Dercylo in primo De urbium originibus.

DE MONTIBUS.

8.

Quum Alexander Macedo in Indiam venisset cum exercitu, et indigenæ ei totis viribus resistere decernerent, elephas

25.

ἐγχωρίων κρίσιν ἐχόντων ἀντιπολεμεῖν αὐτῶν, Πῶρου τοῦ βασιλέως τῶν τόπων ἑλέφας αἰφνιδίως οἰστροπλήξ γενόμενος, ἐπὶ τὸν Ἥλιου λόφον ἀνέβη, καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρῆσάμενος εἶπεν· Δέσποτα βασιλεῦ, τὸ γένος ἀπὸ Γηγασίου κατάγων, μηδὲν ἐξ ἐναντίας Ἀλεξάνδρου ποιήσης· Διὸς γάρ ἐστι Γηγασίος. Καὶ τελέσας τὸν λόγον ἔθανεν. Ἀκούσας δὲ τούτων ὁ Πῶρος, φοφοδελὴς τοῦ Ἀλεξάνδρου γόνασι προσέπεσεν, εἰρήνην αἰτούμενος· τυχὼν δὲ ὧν ἤθελε, τὸ ὄρος Ἐλέφαντα μετωνόμασεν· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' Περὶ ὄρων.

9.

Plutarch. De fluv. 8, 4 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (πρὸ Λυκόρμα ποταμῷ) Λευκοῖον ἄνθος, ὃ μητρυιᾶς ὀνομασεῖσθαι, μαραινέται· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' Περὶ ὄρων. Lege quæ antecedunt ap. Plutarchum.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

E LIBRO PRIMO.

10.

Plutarch. De fluv. 19, 4 : Παράκειται (Ἀλφειῷ ποταμῷ) ὄρος, Κρόνιον καλούμενον ἀπ' αἰτίας τοιαύτης. Μετὰ τὴν γιγαντομαχίαν Κρόνος, τὰς Διὸς ἀπειλὰς ἐκκλίνων, εἰς ὄρος παρεγένετο Κτοῦρον, ὃ ἀπ' αὐτοῦ Κρόνιον μετωνόμασεν· λαθὼν δὲ πρὸς ὀλίγον καιρὸν, καὶ ἀφορμῆς δραξάμενος, διῆρεν εἰς Καύκασον τῆς Σκυθίας. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ὄρει τούτῳ Κύνιδρος καλούμενος λίθος ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· ὁσάκις γὰρ ἂν ἀστράψῃ Ζεὺς ἢ βροντήσῃ, τοσαυτάκις ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας διὰ φόβον κυλιέται· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν α' Περὶ λίθων.

11.

Joh. Lydus De mens. p. 104 ed. Ræther. : Δέρ-

κυλλος δὲ φησιν, ὅτι γεννᾶται ἐν τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ λίθος λυχνίς καλούμενος· οὗτος, σελήνης αὐξομένης, ἤχον μελωδίας ἀποδίδωσι. Eadem brevius in Boissonad. Anecd. I, p. 417. Plutarch. De fluv. 1, 2 de hoc lapide ait : Σελήνης δ' αὐξομένης εὐρίσκεται πρὸς μελωδίαν αὐλῶν.

ΣΑΤΥΡΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

12.

Plutarch. de fluv. 10, 3 : Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ (Μαρσύῃ) βοτάνη, αὐλὸς ὀνομαζομένη, ἣν ἐὰν πρὸς ἄνεμον σείσῃ τις, μουσικὴν ἔχει μελωδίαν, καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν α' Σατυρικῶν.

DIEUCHIDAS

ΜΕΓΑΡΙΚΑ.

1.

Clemens Alex. Strom. VI, p. 267, 9 Sylb. : Διευχίδας τε ὁ Μεγαρικὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς Δευκαλιωνίας μετέλαβεν.

E LIBRO TERTIO.

2.

Harpocratio : Ἀγυιᾶς... Ἀγυιεύς δὲ ἐστὶ κίων εἰς ὃν λήγων, δν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν. Ἰδίους δὲ εἶναι φασιν αὐτοὺς Ἀπολλωνος, οἱ δὲ Διονύσου, οἱ δὲ ἄμφοιν. ... Φασὶ δ' αὐτὸ ἴδιον εἶναι Δωριέων, ὡς δῆλον ποιεῖ Διευχίδας (codd. Δευχίδας; em. Casaub.) ἐν τῇ γ' τῶν Μεγαρικῶν.

Pori, illius regionis regis, derepente astro percitus Solis collem adscendit, et vocem humanam depromens in hæc erupit : « Domine rex, qui a Gegasio genus ducis, ne quicquam contra Alexandrum suscipias : Jovis enim Gegasius est. » Et absoluto sermone occubuit. Quibus auditis Porus supplex Alexandri genua amplexus est pacem expetens ; quam quum consecutus esset, montem illum Elephantem nominavit, ut testatur Dercylus libro tertio De montibus.

9.

Nascitur in Lycorma fluvio flos Leucoium (*alba viola*), qui pronuntiatio novercæ vocabulo, statim marcescit, ut narrat Dercylus in tertio De montibus.

DE LAPIDIBUS.

10.

Adjacet Alpheo mons Cronius, id est Saturnius, ea de causa sic dictus. Post Gigantoniachiam Saturnus, Jovis minas declinans, ad montem Clurum pervenit, quem de se denominavit Cronium. Quum autem per aliquod tempus latuisset, rapta occasione, divertit in montem Caucasum

Syriæ. Provenit in eo monte lapis, quem ab eventu cylindrum vocant ; nam quotiescunque fulgurat aut tonat Jupiter, toties de cacumine præ timore volvitur, ut narrat Dercylus primo De lapidibus.

11.

Dercylus narrat nasci in Hydaspe lapidem, qui lychnis nominatur, qui crescente luna sonum melodicum edit.

12.

Nascitur in Marsya fluvio herba aulus, id est *lîdia*, dicta, quæ si ad ventum moveatur, musicos sonos edit, referente Dercylo libro primo Satyricorum.

MEGARICA.

1.

Dieuchidas Megaricus initium historiæ suæ e Deucalonia mutuatus est.

2.

Agyieus est columna in acutum desinens, quam pro foribus statuunt. Eas alii Apollini, alii Baccho, alii utrique sacras esse dicunt.... Aiunt vero proprium hoc esse Doriensium, ut exponit Dieuchidas in tertio Megaricorum.

Schol. Aristoph. Vesp. 875 : Περὶ τοῦ ἀγυιῶς Ἀπόλλωνος Διευχίδας (Διευχυίδας cod. Ven.; ἰδίως εὐτυχίας Ald.) οὕτως γράφει· « Ἐν δὲ τῷ Ιατρῷ τοῦτο διαμένει, καὶ ἐστὶ καὶ νῦν ἔστιν ὡς ἀγυιὺς τῶν Δωριέων οἰκησάντων ἐν τῷ τόπῳ ἀνάθημα. Καὶ οὗτος καταμηνύει ὅτι Δωριέων ἐστὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων· τούτοις γὰρ ἐπὶ τὰς στρατιάς * φάσματος οἱ Δωριεῖς ἀποιμιμούμενοι τὰς ἀγυῖας ἱστᾶσιν ἐστὶ καὶ νῦν τῷ Ἀπόλλωνι. »

Ιατρῷ κτλ.] cod. Ven. : Ιατρῷ τούτῳ δ. ἐστὶ καὶ νῦν ἔστι καὶ ὡς ἀγ. Unde Dindorf. conj. : ἐν δὲ τῷ Ιατρῷ τούτῳ διαμένει ἐστὶ καὶ νῦν, ἔστηκε βωμὸς ἀγ. Etiam sequentia mutila esse patet. Ceterum cf. Müller. Dor. I, 299.

3.

Schol. Pind. Nem. IX, 30 : Διευχίδας (sic Bæckh. pro v.g. Διευχυίδας) δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Μεγαρικῶν τὸ μὲν κενήριον Ἀδράστου ἐν Σικυωνί φησιν, ἀποκείσθαι δὲ αὐτὸν ἐν Μεγάρῳ.

E LIBRO QUARTO.

4.

Clemens Alex. Strom. I, p. 141, 46 Sylb. : Διευχυίδας γὰρ ἐν τετάρτῳ Μεγαρικῶν περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἔτος ὑστερον τῆς Ἰλίου ἀλώσεως τὴν ἀκμὴν Λυκούργου φέρεται. Cf. Müller. Dor. I, p. 132 sq.

5.

Plutarch. Lycurg. c. 2 : Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς οὗκ Εὐνόμου λέγει τὸν Λυκούργον πατὴρ, ἀλλὰ Πρυτάνιδος καὶ τὸν Λυκούργον καὶ τὸν Εὐνόμον, οἱ δὲ πλεῖστοι σχεδὸν οὐχ οὕτω γενεαλογοῦσιν, ἀλλὰ Προκλέους μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου γενέσθαι Σόον· Σόου δὲ Εὐρυπῶντα, τούτου δὲ Πρύτανιν, ἐκ τούτου δὲ Εὐνόμον, Εὐνόμου δὲ Πολυδέκτην ἐκ προτέρας γυναικὸς, Λυκούργον δὲ νεώ-

3.

Dieuchidas in tertio Megaricorum cenotaphium quidem Adraști Sicyone esse, ipsum vero corpus Megaris jacere ait.

4.

Dieuchidas in quarto Megaricorum circa ducentesimum post captam Trojam annum Lycurgum floruisse statuit.

5.

Simonides poeta Lycurgi patrem non Eunomum dicit, sed Prytanidem patrem Lycurgi et Eunomi; plerique vero non ita seriem generis deducunt, sed e Procle, Aristodemi filio, natum produunt Soum, huic filium suisse Eurypontem, hoc natum Prytanin, cujus filius Polydeces fuerit ex priore uxore, ex posteriore, cui Dionassæ nomen, Lycurgus, ut Dieuchidas narrat Lycurgum a Procle sextum, ab Hercule undecimum dicens.

6.

Homeri poemata ut vicium ordine et quasi tenore ab rhapsodis recitarentur, scripsit, tali modo, ut, ubi primus desineret, inde alter exciperet seriem. Magis ergo Solon

teron ἐκ Διωνάσσης, ὡς Διευχυίδας (scr. Διευχυίδας) ἱστορήκεν, ἔκτον μὲν ἀπὸ Προκλέους, ἐνδέκατον δὲ ἀπ' Ἡρακλέους.

E LIBRO QUINTO.

6.

Diog. L. I, 57, de Solone : Τὰ τε Ὀμήρου ζῆ ὑποβολῆς γέγραφε βραψωδεῖσθαι, ὅον δπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἀρχεσθαι τὸν ἐχόμενον. Μᾶλλον οὖν Σόλων Ὀμηρον ἐρώτισεν ἢ Πεισίστρατος, ὡς φησι Διευχυίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. Cf. Welcker. Cycl. p. 378. 380.

E LIBRIS INCERTIS.

7.

Athenæus VI, p. 262, F : Διευχυίδας δ' ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς * * τὰς καλουμένας (φησὶν) Ἀραιὰς (μεταξὺ δὲ τῆς Κνίδου καὶ τῆς Σύμης εἰσί), γενομένης διαφορᾶς τοῖς συνεξορμήσασιν τῷ Τριόπᾳ μετὰ τὸν ἐκεῖνου θάνατον, καὶ τῶν μὲν εἰς τὸ Δωτιον ἀναχωρησάντων, οἱ μὲν μετὰ Φόρβαντος μέναντες εἰς Ἰηλυσὸν ἦλθον, οἱ δὲ μετὰ Περιέργου τὴν Καμερίδα κατέσχον. Τότε λέγεται καταράσασθαι τὸν Περιέργον τῷ Φόρβαντι, καὶ διὰ τοῦτο τὰς νήσους Ἀραιὰς κληθῆναι. Ναυαγήσας δ' ὁ Φόρβας καὶ Παρθενία, ἡ τοῦ Φόρβαντος καὶ τοῦ Περιέργου ἀδελφῇ, διενήξαντο εἰς Ἰηλυσὸν περὶ τὸν καλούμενον τόπον Σχεδίαν. Καὶ αὐτοῖς περιτυχὼν Θαμνεὺς, ὃς ἐτύγχανε κατὰ τὴν Σχεδίαν κυνηγετῶν, ἦγεν ὡς ξένισον εἰς οἶκον, καὶ τὸν οἰκέτην ἀπέστειλεν ἀπαγγελοῦντα τῇ γυναικὶ τὰπιτήδεα παρασκευάζειν, ὡς ἀγοντὸς αὐτοῦ ξένους. Ἐλθὼν δ' εἰς οἶκον, ὡς οὐδὲν εὔρε παρασκευασμένον, αὐτὸς ἐπιβάλων τὸν σίτον ἐπὶ τὸν ἀλετῶνα, καὶ τᾶλλα τὰκόλουθα, ἔπειτα ἀλέσας ἐξένισεν αὐτούς. Καὶ ὁ Φόρβας οὕτως ἐπὶ τῷ ξενισμῷ

quam Pisistratus Homerum illustravit, ut in quinto Megaricorum Dieuchidas ait.

7.

Dieuchidas in Megaricis hæc scribit : « Circa Aræas insulas (sunt hæc inter Cnidum et Symen) orto post Triopæ obitum inter eos, qui cum illo expeditionem susceperant, dissidio, aliisque domum repetentibus, Phorbas cum suis manens, Ialysum venit; Periergus vero cum suis Camiridis portum tenuit. Tunc dicitur Phorbantem diris imprecationibus proscutus esse Periergus; indeque aiunt Aræas (ab eisdem illis imprecationibus) nominatas insulas esse. Igitur naufragium passus Phorbas, cum Parthenia, Phorbantis et Periergi sorore, Ialysum enatavit, et eo loco, cui Schedia nomen, terram attigit. In quos incidens Thamneus, qui forte circa Schediam venabatur, domum suam eos deduxit hospitio excepturus, præmisso servo qui uxori nunciaret, ut pararet necessaria hospitibus quos esset adducturus. Verum quum domum pervenisset, nihilque offendisset paratum, ipse frumentum in molam conjectum moluit; reliquisque rebus paratis, cibavit hospites. Qua hospitali benignitate ita delectatus Phorbas est, ut in extremo vitæ

ἦσθη, ὥς καὶ τὸν βίον τελευτῶν ἐπέσκηψε τοῖς φίλοις, δι' ἐλευθέρων τοὺς ἐναγισμοὺς ἐπιτελεῖν αὐτῷ, καὶ τὸ ἔθος διαμένει ἐν τῇ θυσίᾳ τοῦ Φόρβαντος. Ἐλευθεροὶ γάρ εἰσιν οἱ διακονοῦντες, δούλῳ δὲ προσελθεῖν οὐκ ἔστιν ὄσιον. » Cf. Müller. *Dor.* I, p. 107. Aristidis fr. 24.

8.

Schol. Apollon. Rhod. I, 517 : Διευχίδας (vg. Διρηχίδας) δὲ ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς ἱστορεῖ, ὅτι Ἀλκαθούς ὁ Πέλοπος διὰ τὸν Χρυσίππου φόνον φυγαδευθεὶς ἐκ Μεγάρων, ἀπήρχετο κατοικησῶν εἰς ἑτέραν πόλιν. Καὶ δὴ περιπεσὼν λένοντι λυμαινομένῳ τὰ Μέγαρα (ἐφ' ὅν καὶ ἕτεροι ἦσαν ἀπεσταλμένοι ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν Μεγάρων) καταγωνίζεται τοῦτον, καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ εἰς πῆραν θέμενος, ἐπανῆλθεν αὐθις εἰς τὰ Μέγαρα. Καὶ ἀπαγγελλόντων τῶν ἀπεσταλμένων ἐπὶ τὴν θῆραν, ὅτι αὐτοὶ εἰσιν οἱ καταγωνισμένοι τὸ θηρίον, προσκομίσας τὴν πῆραν, ἤλεγξεν αὐτούς. Διόπερ θύσας τοῖς θεοῖς ὁ βασιλεὺς, τὸ τελευταῖον τὴν γλῶσσαν ἐπέθηκε τοῖς βωμοῖς· καὶ ἀπὸ τότε ἔθος τοῦτο διέμεινεν Μεγαρεῦσι. Φιλόχορος δὲ (fr. 173) ἐν τῷ Περὶ θυσίων x. τ. λ. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 229.

9.

Idem ibid. I, 118 : Ἀμυθάνας, τοῦ Κρηθέως, τοῦ Αἰόλου, τοῦ Ἑλλήνος, τοῦ Διὸς καὶ Δωρίππης, γίνε-ται Μελάμπους, ὥς φησι Διευχίδας (vg. Διρηχίδας; cod. Par. Διρυχίδας). Κληθῆναι δὲ αὐτὸν οὕτως διὰ τὸ τεκοῦσαν τὴν μητέρα ἐκθεῖναι αὐτὸν εἰς σὺνδενδρον τόπον, τοὺς δὲ πόδας μελανθῆναι τῷ ἡλίῳ, ἀσπίους ὄντας.

spiritu inungeret amicis, ut per liberos homines inferias sibi fieri curarent. Qui mos constanter dein in Phorbantis sacro duravit : ministrant enim liberi homines ; servisque accedere nefas habetur. »

8.

Dieuchidas in Megaricis narrat Alcathoum Pelopis filium ob cæsum Chrysaippum Megaris abiisse in exilium, aliaque in urbe sedem figere voluisse. Incidisse tum in leontem Megara infestantem, contra quem complures a rege Megarensium emissi fuerant. Hunc Alcathous interfecit, atque linguam ejus in peram suam condens Megara rediit. Et quum ii qui in venationem emissi erant, nuntiarent ipsos bestiam debellasse, peram ille afferens coarguit eos. Quare sacra diis faciens rex, postremo linguam in aris ponit, qui mos ab hoc inde tempore apud Megarenses mansit.

9.

Amythaon, Crethei, Æoli, Hellenis, Jovis et Dorippes filius, pater est Melampodis, testante Dieuchida. Melampus vero inde est nominatus, quod in lucem editum mater exposuerit in locum arboribus consitum, ita tamen ut pedes, extra umbram positi, solis radiis nigrescerent.

10. 11.

Scirphæ, oppidum Phocidis. Gentile Scirphius et Scirphæus, teste D. — Gerania, mons Megaridis, ut D. ait.

10.

Steph. Byz. : Σκίρραι, πόλις Φωκική. Τὸ ἐθνικὸν Σκίρριος καὶ Σκίρφατος, ὡς Διευχίδας φησιν.

11.

Harpocratio : Γερανία... ἔστι δὲ ὄρος Μεγαρίδος, ὡς Διευχίδας.

12.

Parthenius Erot. c. 13. Περὶ Ἀρπαλύκης. Ἱστορεῖ Εὐφορίων Θρακὶ καὶ Δεκτάδας (I. Διευχίδας). Κλύμενος δὲ ὁ Τελέως ἐν Ἀργεὶ γήμας Ἐπικάστην γεννᾷ παῖδας, ἄρρενας μὲν Ἰδαν καὶ Θήραγρον, θυγατέρας δὲ Ἀρπαλύκην, πολὺ τι τῶν ἡλικίων θηλειῶν κάλλει διαφέρουσαν. Ταύτης εἰς ἔρωτα ἐλθὼν χρόνον μὲν τινα ἐκαρτέρει καὶ περιτὴν τοῦ παθήματος· ὥς δὲ πολὺ μᾶλλον αὐτὸν ὑπέρρει τὸ νόσημα, τότε διὰ τῆς τροφῆς κατεργασάμενος τὴν κόρην, λαθραίως αὐτῇ συνῆλθεν. Ἐπεὶ μέντοι γάμου καιρὸς ἦν καὶ παρῇν Ἀλάστορα, εἰς τῶν Νηλειδῶν, ἀξόμενος αὐτὴν, ᾧ καθωμολόγητο, παραχρῆμα μὲν ἐνεγείρισε, πάνυ λαμπροὺς γάμους δαΐσας· μεταγνοὺς δὲ οὐ πολὺ ὕστερον διὰ τὸ ἐκφρων εἶναι καταθεῖ (μεταθεῖ Schneid.) τὸν Ἀλάστορα, καὶ περὶ μέσῃ ὁδῶν αὐτῶν ἡδὴ ὄντων, ἀφαιρεῖται τὴν κόρην, ἀγόμενός τε εἰς Ἄργος ἀναφανδὸν αὐτῇ ἐμίσγητο. Ἡ δὲ δεινὰ καὶ ἔκνομα πρὸς τοῦ πατρὸς ἀξιοῦσα πεπονθέναι, τὸν νεώτερον ἀδελφὸν κατακόπτει, καὶ τινος ἑορτῆς καὶ θυσίης παρ' Ἀργείοις τελουμένης, ἐν ᾗ δημοσίᾳ πάντες εὐωχοῦνται, τότε σκευάσασα τὰ κρέα τοῦ παιδὸς παρατίθει τῷ πατρί. Καὶ ταῦτα δράσασα αὐτὴ μὲν εὐχαμένη θεοῖς ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι, μεταβάλλει τὴν ὄψιν εἰς καλγίδα ὄρνιν· Κλύμενος δὲ, ὡς ἐννοίαν ἔλαβε τῶν συμφορῶν, διαχρῆται ἑαυτὸν.

12.

DE HARPALYCE. Scribit Euphorion ad Thracem et Dieuchidas. Clymenus Telei filius Argis uxore ducta Epicaste, filios genuit masculos quidem Idam et Theragrum, filiam vero Harpalycen, multum sane comæteas puellas formæ præcellentem. In ejus amorem Clymenus incidit, et tempore quidem aliquo se continebat ac superabat affectum. Quum autem multo magis incresceret morbus, per nutricem conciliavit sibi puellam, ac clam cum ea coivit. Postea vero ubi nuptiarum tempus advenisset, adessetque Alastor, cui desponsata erat, unus Nelidarum, eam ducturus, statim sane splendidis nuptiis instructis eam illi concessit. Pœnitentia autem non longe post ductus propter amentiam, Alastorem insequitur e medioque itinere aufert puellam, ductamque Argos palam habuit pro uxore. Illa autem gravia atque enormia se passam a parente existimans, juniorem fratrem inactat, ac festo quoque sacrificiorum apud Argivos die, in quo publice omnes convivabantur, apparatus pueri carnes parenti apponit : quo perpetrato a diis petiit ex hominibus auferri. Mutata itaque est in chalcidem avem. Clymenus autem mente calamitates suas volvens, se ipsum interemit.

« Alios auctores secutus est Hyginus fab. 206, ubi Clymenus non Telei sed Schœnei filius dicitur et suam ipse filiam occidit. » *Meineke* ad Euphor. p. 74. — Δεινάρδας] Διευχίδας conjecit Gale, quod probant *Meinekios*, *Legrand* et *Passovius*. Bast. (epist. crit. p. 231) maluit Ἀθανάδας (Ἀμβρακικῶν auctor). Conjicere etiam possis Ἀρετᾶδας (Cnidius).

DINARCHUS.

Demetrius Magnes Περὶ ὁμωνύμων ap. Dionys. Hal. De Dinarch. c. 1 (tom. V, p. 631 R.) : Δεινάρχοις δ' ἐνετύχομεν τέτταρσιν· ὧν ἑστίν ὁ μὲν ἐκ τῶν ῥητόρων, τῶν Ἀττικῶν· ὁ δὲ τὰς περὶ Κρήτην συναγῆχε μυθολογίας. Ὁ δὲ πρεσβύτερος μὲν ἀμφοῖν τούτοις, Ἀήλιος δὲ τὸ γένος, πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα (γράμμα Bentl.). τέταρτος δὲ ὁ περὶ Ὀμηρον λόγον συνθετικῶς.

Delii poetæ meminit Euseb. Chron. p. 292 ed. Mai., ad an. Abrah. 712 : *Ut nonnulli aiunt, Bacchi gesta resque ejus in India, itemque Lyeurgi et Actæonis et Penthei, et quomodo Bacchus in prælio adversatus periiit, uti dicit Dinarchus poeta, non rhetor. Qui autem voluerit, licet ei adhuc spectare Bacchi sepulcrum Delphis juxta aureum Apollinem.* Sequuntur alia ex Philochoro (fr. 23), qui Dinarchum laudasse videtur. Cf. *Cyrril. C. Jul. X*, 341 : Ὁ Δεινάρχος ποιητὴς οὐκ ἄσκημος ὧν τὰς Διονύσου πράξεις ἀφηγούμενος, ὅσα τε αὐτῷ πεπότηται, καὶ μὴν καὶ Ἀκταίονα καὶ Λυκοῦργον ὅπως εἴη πεφονευκῶς, εὖ μάλα διειρηκῶς ἀνηρῆσθαι καὶ αὐτὸν ὑπὸ Περσέως καὶ κεχρηδεῦσθαι παρὰ τὸν χρυσοῦν Ἀπόλλωνα. *Augustin. Civ. D. XVII*, 12. *Cedrenus I*, p. 24. *Syncell. p.* 162. *Tatian. C. Gr. VIII*, 251. *Lobeck. Agl. p.* 573. Cf. etiam *Malala p.* 45 ed. Bonn., ubi postquam narraverat cur Bæoti Lycurgum contra Bacchum Bæotie imperio positurum auxilio advocaverint, pergit : Καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ Διόνυσος, ὅτι ὠπλίσατο κατ' αὐτοῦ, ἔφυγε τὸν Λυκοῦργον· καὶ εἰς Δελφοὺς ἀπελθὼν ἐκεῖ τελευτᾷ. Καὶ ἐτέθη τὸ λείψανον τοῦ αὐτοῦ Διονύσου ἐκεῖ ἐν σορῶ· καὶ τὰ ὅπλα δὲ αὐτοῦ αὐτὸς ἐκεῖ εἰς τὸ ἱερὸν ἐκρέμασε, καθὼς Δεινάρχος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο περὶ τοῦ αὐτοῦ Διονύσου. Ibi Δεινάρχος pro vulg. Δήμαρχος correxit Bentlej. Ad *Millium Ep. p.* 72 Ox.

Prosaicum de Delo scriptum, sive *Δηλιακὸν* sc. λόγον, memorat *Dionys. l. l.* : Δηλιακός· Ἀπολλωνος καὶ Ῥοιοῦς τῆς Σταφύλου· ὁδὸς οὐ τοῦ ῥήτορος ἀλλ' ἑτέρου τινὸς συγγραφέως ἐστὶ. *Δηλοὶ* δ' ἐκ τοῦ τρόπου καὶ τοῦ χαρακτῆρος, ἀρχαῖος ὧν καὶ περιτρέχων τὴν τοπικὴν Δήλου καὶ Αἰέρου ἱστορίαν.

Ap. *Dionysium Halicarnassensem* (Exc. de Virt.

tom. IV, p. 2362 R.) templi Junonis expilandi consilium Pyrrho suggessisse dicuntur οἱ κάκιστοι καὶ ἀνοσιώτατοι τῶν φίλων, Εὐήγορος (1. Εὐαγόρας) Θεοδώρου καὶ Βάλακρος Νικάνδρου καὶ Δεινάρχος Νικίου, τῶν ἀθέων καὶ ἐξαγίστων δογμάτων ζηλωταί. Tempora obstant ne ille Dinarchus veteris religionis contemptor idem sit cum nostro scriptore.

Inserere huc liceat mentionem *DIONIS ACADÉMICI*, qui de *Ægypto* quædam scripsisse videtur, si quid ex unico loco Athenæi colligere licet. Etenim *Athenæus Ep. I*, p. 34, B : Ἑλλάνικος δὲ φησιν, ἐν τῇ Πλινθίνῃ πόλει Αἰγύπτου πρώτη εὐρεθῆναι τὴν ἀμπελον. Διὸ καὶ Δίων, ὁ ἐξ Ἀκαδημίας, φιλοίνους φησὶ καὶ φιλοπότης τοὺς Αἰγυπτίους γενέσθαι· εὐρεθῆναι τε βοήθημα παρ' αὐτοῖς, ὥστε τοὺς διὰ πέναν ἀποροῦντας οἴνου τὸν ἐκ τῶν κριθῶν γεγόμενον πίνειν· καὶ οὕτως ἥδεσθαι τοὺς τοῦτον προσφερομένους, ὥς καὶ ἄδδιν καὶ ὀρχεῖσθαι καὶ πάντα ποιεῖν, ὅσα τοὺς ἐξοίνους γινομένους.

Dionem hunc Academicum tamquam ἀρχιπρεσβευτὴν legationis, quam Alexandrini Romam adversus Ptolemæum Auletæ miserunt, commemorat *Strabo XVII*, p. 796 (Cf. *Cicero Pro Cælio c.* 10; *Academ. II*, 4). Fortasse idem est cum *Ælio Dio*, quem de rebus Alexandriæ scripsisse infra videbimus.

DIOGENES CYZICENUS.

Suidas : Διογένης [ἢ Διογενιανὸς] Κυζικηνὸς, γραμματικός. Ἐγραψε Πάτρια Κυζίκου· Περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων, Περὶ ποιητικῆς, Περὶ στοιχείων.

Is qui de Cyzico scripsit, apud *Stephanum* constanter audit *Diogenes*; quare verba ἢ Διογενιανὸς unciis inclusi, quippe quæ *Suidæ* debere videantur diversa confundenti. Erroris origo fortasse in eo quærenda, quod *Suidas* opera grammatica Περὶ τῶν ἐν τ. β. σημείων, Περὶ ποιητικῆς, Περὶ στοιχείων, in codice aliquo depravato *Diogeni* tributa reperiret, quum ab aliis rectius tribuerentur *Diogeniano* (*Heracleotæ Pontico*) grammatico, *Hadriani* temporibus claro. Vide *Bernhardy* ad *Suid. l. l.* Contra *Rankius De Hesych. p.* 56 non ea tantum, quæ h. l. *Suidas* recenset, sed præterea etiam libros Περὶ ποταμῶν, λιμνῶν, κρηνῶν, ὄρων, ἀκρωρείων, et Περὶ ποταμῶν (ubi παροιμιῶν emend. *Schottus*, *Küster.*, *Schneidewin.* in *Paræm. p.* xxvii) κατὰ στοιχεῖον ἐπίτομον ἀναγραφὴν, Συναγωγὴν καὶ πίνακα τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ πόλεων, καὶ

τὰ λοιπά, quos Diogeniano Suidas dedit, Diogeni Cyziceno nostro vindicandos esse opinatur. Ceterum in operibus istis Περὶ ποταμῶν etc. atque in ethnicis res non tam geographice tractatas, quam ad rationes grammaticæ accommodatas esse Küsterus aliique recte monuerunt. Historicum Diogeniani opus non novi, nisi quod semel ap. Etym. M. p. 34, 5, nescio an perperam, laudantur Χρονικά : Αἴλιος ὁ Ἀδριανὸς ὁ βασιλεὺς ἐκαλεῖτο· ἔθεν Αἴλιοι χρηματίζουσι· καὶ Αἴλῖα πόλις Παλαιστίνης· ὁ πολίτης Αἰλιώτης. Ὅτι δὲ Αἴλιος ἐκαλεῖτο, Διογενιανὸς ἐν τοῖς Χρονικοῖς φησιν. — Ex titulo Πάτρια Κυζίκου conjeceris seri ævi scriptorem Diogenem nostrum esse. Nam ut ab antiquioribus scriptoribus titulus ille alienus, sic Byzantino ævo frequentissimus est.

ΠΕΡΙ ΚΥΖΙΚΟΥ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Stephan. Byz. : Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κύζικον, ὡς Διογένης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῃ περὶ τῶν ἑπτὰ τῆς πατρίδος νήσων, λέγων· « Προκόννησος καὶ Φοῖβη καὶ Ἀλόνη καὶ Φυσία καὶ Ὀφιόεσσα καὶ Βέσβικος, γόνιμοι καὶ λιπαραί. »

Περὶ τῶν ἑπτὰ τ. π. ν.] ita scribendum esse jam Vossius p. 430 significavit vertens *de septem patriæ suæ insulis*, quamquam in eo errasse mihi videtur, quod totum opus de insulis istis fuisse credit; quum nihil nisi caput libri primi operis De Cyzico citari consentaneum sit. Codd. : ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτὰ περὶ τῆς π. ν. Bernhardius legi vult ἐν πρώτῃ Περὶ τῶν τῆς π. ν., deleto ἑπτὰ. Cujus rei causam idoneam non video, etsi in sequentibus sex tantum insulæ memorantur. Rankius De Hesych. p. 55 in vulgata asquiescens septem operis libros fuisse putat, orationem vero ita distingui vult, ut νήσων ad verba Cyziceni scriptoris revocaretur. Quod merito improbavit Bernhardt. « Nam et obest λέγων, ait, præter Stephani morem inculcatum, et ipsa formulæ insolentia, ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτὰ, cujus ad integritatem requirebatur saltem τῶν εἰς ἑπτὰ. » — De Besbico ante Rhyndaci ostia conti-

nenti olim juncta cf. Plin. II, 88. V, 22; Agathoclis fr. 1 (tom. IV, p. 12); Strabo p. 576. Forbiger. *Alt. Geogr.* II, p. 160 sq.

2.

Idem : Ἀδράστεια, μεταξὺ Πριάπου καὶ τοῦ Παρίου, ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς καὶ πρῶτος ἰδρύσατο τὸ Νεμέσεως ἱερόν. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ χώρα Ἀδράστεια καὶ Ἀδραστιάς πεδῖον, καὶ ἡ πόλις Διογένης οὕτως ἐν πρώτῃ [Περὶ] Κυζίκου φησὶν ἀπὸ Ἀδραστιάς κεκληθῆσαι, μιᾶς τῶν Ὀρεστεϊάδων νυμφῶν. De re vide Marquardt. *Cyzicus* p. 110 sqq.

3.

E LIBRO TERTIO.

Idem : Ζέλεια, πόλις Τρωάδος... Ἔστι καὶ Ζέλεια φρούριον Κυζίκου, ὡς Διογένης ἐν τρίτῃ Περὶ Κυζίκου. Cf. Marquardt. *Cyzicus* p. 22.

DIOGENIS ΠΕΡΣΙΚΑ.

4.

Clemens Alex. Protr. I, p. 19, 31 Sylh. : Περσῶν δὲ οἱ μάγοι τὸ πῦρ τετιμηκασιν καὶ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοὶ, πρὸς δὲ καὶ Μακεδόνες, ὥς φησι Διογένης ἐν πρώτῃ Περσικῶν. Eadem in pagina Clemens de eadem re laudat Dinonem (fr. 9). Diogenem hunc Cyzicenum esse suspicor. Ceterum cf. not. ad Dioclis Peparethii fr. 3.

DIOGENES SICYONIUS, ὁ γράψας τὰ περὶ Πελοπόννησον, inter varios Diogenes recensetur ap. Diog. L. VI, 81.

Apud Parthen. Erot. c. 6 pro Διογένης καὶ Ἡγήσιππος ἐν Παλληνιακοῖς legendum est Θεαγένης κτλ. — Antonius Diogenes qui τὰ ὑπὲρ Θούλην ἄπιστα scripsit (Porphyrius Vit. Pyth. c. 8. Photius cod. 166. Servius ad Virg. Georg. I, 30. Photii excerpta ed. Passov. una cum Parthenio), sicuti reliqui ejus nominis auctores, ad nos nihil pertinet.

DE CYZICO.

1.

Besbicus, parva insula non longe a Cyzico dissita, ut testatur Diogenes in primo, de septem patriæ insulis dicens : « Proconnesus et Phrebe et Alone et Physia et Ophioessa et Besbicus, feraces et pingues. »

2.

Adrastea inter Priapum et Parium, ab Adrasto rege, qui etiam primus Nemesis fanum consecravit. Vocabatur et regio Adrastea et Adrasteæ campus, et urbs. Diogenes in primo

De Cyzico nomen illud inditum esse ait ab una ex Oresteidibus nymphis.

3.

Zelea, urbs Troadis. Est etiam Zelea Cyzici castellum, ut Diogenes in tertio De Cyzico ait.

PERSICA.

Persarum magi ignem coluerunt, sicuti etiam alii multi Asiam inhabitantes, nec non Macedones, ut Diogenes ait primo Persicorum.

DIONYSIUS CHALCIDENSIS.

Dionysius Chalcidensis De urbium originibus scripsit libros quinque. Testis est Scymnus Chius v. 115, ubi prae ceteris auctoribus se usum esse dicit Eratosthene,

Ἐφόρου τε καὶ τῶν τὰς κτίσεις εἰρηκότι
ἐν πέντε βίβλοις Χαλκιδεὶ Διονυσίῳ.

Quodsi ordine chronologico scriptorum nomina se excipiunt, Ephoro Dionysius antiquior est. Opinioni favet Plinius IV, 21 (fr. 9), qui de Eubœa loquens laudat *Dionysium et Ephorum*; nam Chalcidensem innui vix dubium esse potest. Porro Strabo (fr. 7) de Mysis Bithyniæ veterum testimonia recensens: Πρῶτον, αἶτ, μαρτυρήσει Σκύλαξ... εἶτα Διονύσιος ὁ τὰς Κτίσεις συγγράψας. Schol. Apollon. I, 538 (fr. 6) a junioribus ad antiquiores, ut videtur, progrediens excitat: Suidam et Aristotelem, qui de Eubœa scripserunt, τὸν τοῦς Φρυγίους λόγους γράψαντα, Daimachum, Dionysium Chalcidensem. Certiora indicia desidero; ex iis quæ præbentur, colligas Dionysium floruisse circa 350 a. C. vel etiam paullo prius.

A Tatiano Or. adv. Gr. c. 49, inter eos qui de Homeri genere et ætate dixerint, præter Theagenem, Stesimbrotum, Antimachum, asseruntur Ἡρόδοτος ὁ Ἄλις. καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος, deinde Ephorus, alii. Nescio an Olynthius ille a Nostro non sit diversus (*). Chalcidenses φιλαπόδημοι Dicæarcho sunt; Olynthus Chalcidensium colonia; Homeri historia haud uno modo cum Κτίσει Ἰωνίας conjungebatur.

In fragmentis Dionysius noster sexies (fr. 1. 5. 6. 10. 11. 13) nominatur ὁ Χαλκιδεύς, semel (fr. 12) ὁ Ἀθηναῖος; contra Dionysius poeta ille et orator et πολιτικός, quem omnes novimus, quum ceteris sit Atheniensis, Photio et Suidæ (v. Θουριόμαντις; τὴν γὰρ εἰς Σύβαριν ἀποικίαν οἱ μὲν Λάμπωνι ἀνατιθέασιν... οἱ δὲ τῷ Χαλκιδεὶ Διονυσίῳ κτλ.) dicitur Chalcidensis. Putari igitur possit Κτίσεων auctorem eundem esse cum Dionysio poeta. At parum hoc probabile. Chalcidem patriam poetæ pepererit τῷ

(*) Simili modo Ehippium Olynthium ab Arriano dici Chalcidensem probabiliter statuit Geier.

URBIUM ORIGINES.

1.

Arcades videntur ante lunam fuisse, ut etiam Eudoxus in Periodo ait. Theodorus vero in vicesimo nono paullo ante Herculis contra Gigantes bellum lunam apparuisse dicit.

χαλκοῦ cognomen et stupor librariorum (Cf. Osann. *Beitrage z. gr. u. rœm. Lit.* fasc. I, p. 80. Schiller. De Thuriorum Rep. p. 16). Vice versa ex Dionysio Chalcidensi nasci potuit D. ὁ χαλκοῦς, hinc deinceps ὁ Ἀθηναῖος. Quamquam hoc fortasse argutius est quam verius (v. not. ad fr. 12).

De auctoritate scriptoris ut bene auguremur, inprimis faciunt verba Scymni modo appicta, ac facile principem inter Κτίσεων auctores locum Dionysius obtinuerit. Certe malam ei notam ex parcis quæ perdurarunt fragminibus adspargere non licet. Si qua minus recte posita, sunt ea ejusmodi, ut summi nominis scriptorum exemplo excusari queant. Quod dispositionem operis attinet, nihil nisi chronologici ordinis indicia ex reliquiis (1. 2. 2 a) eruere potui.

ΚΤΙΣΕΙΣ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Schol. Apollon. Rh. IV, 264: Οἱ Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς σελήνης γεγονέναι, ὡς καὶ Εὐδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ. Θεόδωρος δὲ ἐν εἰκοστῇ ἐνάτῳ (ἐν κβ' cod. Par.), ὀλίγω πρότερον φησὶ τοῦ πρὸς τοὺς γίγαντας πολέμου Ἡρακλέους τὴν σελήνην φανῆναι. Καὶ Ἀρίστων ὁ Χίος ἐν ταῖς Θέσεσι (Κτίσει em. Rutgersius), καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς ἐν πρώτῳ Κτίσεων τὰ αὐτὰ φασὶ καὶ ἔθνος δὲ Ἀρκადίας Σεληνίτας εἶναι. Μνασείας δὲ κτλ. Sequuntur sententiæ Mnaseæ, Aristotelis, Duridis. Totum locum Musurus transtulit in schol. Ald. ad Aristoph. Nub. 397 (p. 431 ed. Dübner.). Cf. Eudoc. p. 481.

E LIBRO TERTIO.

2.

Harpocrat. v. Ἡφαιστία: Ὅτι β' πόλεις ἦσαν τῆς Ἀθήνου Μύρρινά τε καὶ Ἡφαιστία δηλοῖ καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς ἐν γ' Κτίσεων.

Crameri Anecd. Ox. IV, p. 271: Χαλκιδεῖς οἱ ἐν Εὐβοίᾳ τοῖς ῥήμασι τοῖς συντασσομένοις δοτικαῖς αἰτιατικὰς πρότερον ἐπιφέροντες τὰς δοτικὰς συνάπτουσιν· ὅσον Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς· « Μυρρίνην τὴν Ἀμαζονίδα περιβλεψάμενος, ἔδωκεν αὐτῇ τὰς ἄλλας Ἀμαζονίδας μετακαλέσασθαι. »

Atque Ariston Chius in Originibus et Dionysius libro primo Originum eadem narrant, atque populum Arcadiæ Selenitas esse.

2.

Duas fuisse Lemni urbes Myrrhinam et Hephæstiam etiam Dionysius Chalcidensis tertio Originum declarat.

E LIBRO QUINTO.

2 a.

Harpocratio : Ἡραῖον τεῖχος... χωρίον ἐστὶν ἐν Θράκῃ οὕτως ὀνομαζόμενον, ὑπὸ Σαμίων δὲ οἰκίσθη, ὥς φησι Διονύσιος ἐν ἐ' Κτίσεων. Cf. Etym. M., Suidas, Photius, Steph. B. s. v. Herodot. IV, 90. Circa Ol. 30 Samios eo misisse colonos suspicatur Panofka De reb. Samior. p. 23.

E LIBRIS INCERTIS.

3.

Photius Lex. : Πραξιδική, θεὸς, ἥ κεφαλὴν μόνον ἰδρύνοντο. Μνασείας δὲ ἐν τῷ Περὶ Εὐρώπης Σωτήρος καὶ τῆς ἀδελφῆς Πραξιδικῆς γενέσθαι Κτήσιον υἱόν, καὶ θυγατέρας Ὀμόνοϊαν καὶ Ἀρετὴν· αὗται ἀπὸ τῆς μητρὸς Πραξιδικῆς κληθῆναι. Διονύσιος δὲ ἐν Κτίσεσιν Ὠγύγου θυγατέρας· Ἀλκομενίαν, Θελξινίαν, Αὐλίδαν, αὗται ὕστερον Πραξιδικῆς ὀνομασθῆναι. Eadem Suidas. V. Müller. Min. p. 129.

4.

Photius Lex. : Τελμισσεῖς οἰκοῦσιν ἐν Καρίᾳ, ἀπέχοντες ἕ' στάδια Ἀλικαρνασσοῦ, ὥς Πολέμων (fr. 35). Τελμισσὸς δὲ πόλις ἐν Λυκίᾳ ἀπὸ Τελμισσοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ μιᾶς τῶν Ἀντήνορος θυγατέρων, ἥ ἐμύγη εἰς σκύλακα μεταβαλὼν· διὸ καὶ τερασκόπον αὐτὸν ἐποίησεν, ὥς Διονύσιος ἐν Κτίσεσιν. Eadem Suidas, Apostol. XVIII, 25.

De Telmisso urbe in Lyciæ et Cariæ confiniis sita, ac modo huic modo illi regioni annumerata, vide Strabon. XIV, p. 665, Steph. Byz. v. Τελμισσός, Eustath. ad Dionys. 859, Plin. H. N. V, 27, Liv. XXXVI, 16, Mela I, 15, 3, Arrian. Exp. Al. I, 24, II, 3. *Fan der Chys* in Comment. ad Arrian. geogr. p. 31. Cariæ urbs edicto assignata videtur ab Alexandro M. vel a Ptolemæis. Cf. Niebuhr. Opusc. p. 288 sq. — *Qua in urbe excelluit aruspicum disciplina*, Cic. De Div. I, 41; *Nec quisquam dixit quomodo (ars magica) venisset*

2 a.

Heræum tichus, locus Thraciæ sic dictus, a Samiis incolis frequentatus, ut ait Dionysius quinto Originum.

3.

Praxidice, dea cujus caput solum [in templis aliisve locis publicis] collocare solebant. Mnaseas vero in opere De Europa ait Soteris et sororis Praxidices fuisse Ctesium, filias vero Concordiam et Virtutem, quæ a matre Praxidicæ vocatæ fuerint. Dionysius vero in Originibus ait Ogygis filias fuisse Alalcomeniam, Thelxiniam, Aulidem, quæ postea Praxidicæ vocatæ fuerint.

4.

Telmessus urbs in Lycia, a Telmisso Apollinis filio et una

Telmessus, religiosissimam urbem, Plinius H. N. XXX, 1, 2. — Quos Photius τερασκόπους dicit, Herodoto I, 78 sunt ἐξηγηταὶ Τελμισσεῖς (*religionum interpretes* Cic. De legg. II, 26), quos Ctesius de portento Sardibus edito consuluit. Cf. Ruhnke. ad Tim. p. 110. — Filia Antenoris intelligenda est, nisi fallor, Κρινώ, quam νήπιον φέρουσαν in Lesche Delphica pictam vidit Pausan. X, 27 extr. Conferre licet Κρίνιν Apollinis Sminthei sacerdotem ap. Polemon. fr. 31. De quibus nominibus v. Welcker. *Cycl.* p. 152, 154. — εἰς σκύλακα μ.] Cum hac fabulæ adoratione componi velim nomen sacerdotale cum Apollinea religione conjunctum, Λάκιος (ab ἔλακε), quibuscum recte Welckerus p. 209 jungit nomina Πάκιος et Βράγχος. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 224, 226. Eodem refero Βάττον Cyrenensem, qui eo nomine est sacerdos Apollinis. De Telmisso v. Stephan. Byz. v. Γαλιῶται, ubi Apollinis et Themistūs filius dicitur, frater vero Galei, a quo Galeotæ Siciliæ nominati. V. Müller. l. l. p. 77. Welcker. *Das Bonner Museum* p. 77. Cf. *Lacium* et Antiphemum fratres, quorum ille Phaselidem Pamphyliæ, hic Gelam in Sicilia condidit.

5.

Zenob. V, 74 : Πῖσσα γῆ πατρίς : τοῦτο μέρος ἐστὶ χρησιμοῦ, ὃν ἀνέειλεν ὁ θεὸς Μελεῶ τῷ Πελασγῷ περὶ οἰκίσεως μαντευομένου. Μέμνηται τοῦ χρησιμοῦ καὶ Μνασείας καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς. — Μελεῶ] codd. ; aliis Μάλεος vel Μάλης audit. V. Müller. *Etrusk.* I, 83, II, 208 G. Hermann. De Gr. Minerva p. 6, citante Leutsch. ad h. l. Adde quæ habet Lobeck. in Aglaoph. p. 586 not. m.

6.

Schol. Apoll. Rhod. I, 558 : Σουίδας γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης οἱ περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένοι, καὶ ὁ τοῦ Φρυγίου λόγους γράψας, καὶ Δητίμαχος καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς, οὗ τὴν περὶ Ἀχιλλέως διεσπαρμένην ἀφῆκαν ἡμῖν ἐπὶ χώρας δόξαν. Ἀλλὰ τοῦναντίον οἱ μὲν ἐκ Θέτιδος αὐτὸν νομίζουσι γεγενῆσθαι, τῆς Χεί-

Antenoris filiarum, cum qua rem habuit in catulum mutatus. Quam ob causam illum etiam prodigiorum interpretem fecit, ut tradit D. in Originibus.

5.

Omnis terra patria. Est hæc oraculi pars, quod deus dedit Meleoe Pelasgo de habitationis loco responsum petenti. Meminit oraculi Mnaseas et Dionysius Chalcidensis.

6.

Suidas et Aristoteles, qui de Eubœa scripserunt, et de Phrygiis rebus auctor et Deimachus et Dionysius Chalcidensis de Achille non vulgatam illam quæ apud nos sparsa est sententiam emisserunt, quorum alii Thetide Chironis filia

ρωνος, Δηίμαχος δὲ ἐκ Φιλομήλης τῆς Ἀκτορος· ἄλλοι δὲ ἄλλως περὶ αὐτοῦ ἀποφαίνονται.

7.

Strabo XII, p. 566, A: Ὅτι δ' ἦν κατοικία Μυσῶν ἢ Βιθυνία, πρῶτον μαρτυρήσει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς, φήσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας καὶ Μυσούς· ἔπειτα Διονύσιος ὁ τὰς Κτίσεις συγγράψας, δς τὰ κατὰ Χαλκηδῶνα καὶ Βυζάντιον στενὰ, ἃ νῦν Θράκιος Βόσπορος καλεῖται, πρότερόν φησι Μύσιον Βόσπορον προσαγορεύεσθαι. Τοῦτο δ' ἂν τις καὶ τοῦ Θράκας εἶναι τοὺς Μυσούς μαρτύριον θεῖη. Cf. Xanthi fr. 8.

8.

Joann. Lydus De mensib. p. 78 ed. Ræther. : Διονύσιος ἐν ταῖς Κτίσεσι φησι τὸν Χαλκιδικὸν Εὐρίπον ἐπτάκις καθ' ἡμέραν στρεφόμενον, κατὰ μόνας δὲ ἑβδομάδας ἴστασθαι. « Vide Cic. De nat. d. III, 10, p. 524 ed. nostr., ibique annotata, et Wyttenbach. ad Phæd. p. 240, Zell. ad Aristot. Ethic. Nic. p. 401, et Annot. ad Cic. De legg. II, 1, p. 157 ed. Moser et Creuz. » CREUZER. Quibus Ræther. addit Antigoni Mirab. c. 140, Etym. M. v. Εὐρίπος, Plin. H. N. II, 97, Theon. Smyrn. Math. c. 46, p. 163.

9.

Plinius H. N. IV, 21 : *Eubœa ante vocitata est Chalcodontis, aut Macris, ut Dionysius et Ephorus tradunt.* De Dionysio Periæg. (v. 520 Ἀθανάτις ἑπλετο Μάκρις) Plinius cogitare non potuit; ad D. Milesium, utpote περιηγήσεως auctorem, retulit Schirlitz. in *Seebodes Archiv* 1828, II, p. 36. Chalcidensem intelligo, favente quod sequitur fragmento.

10.

Schol. Apoll. Rh. I, 1024 : Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεὺς εἰρήσθαι φησιν αὐτοὺς Μάκρωνας, ἐπειδὴ Εὐβοέων εἰσὶ Μάκρωνες ἀποικοι. Ἄλλοι δὲ Μάκρωνας αὐτοὺς φασὶ λέγεσθαι διὰ τὸ πλείστους εἶναι παρ' αὐτοῖς μακροκεφάλους, ὥστερ παρὰ τοῖς Πέρσας

natum putant, Demachus vero e Philomela Actoris filia; alii denique alio modo de eo statuunt.

7.

Mysos Bithyniam inhabitasse primum Scylax testatur Caryandensis, circa Ascanium lacum habitasse inquit Phryges et Mysos; deinde Dionysius, qui De urbium originibus scripsit, fauces, quæ inter Chalcedonem et Byzantium sunt ac Thracius nunc vocantur Bosphorus, ante ait Mysium Bosphorum fuisse appellatum: quod ipsum testimonio esse potest Thraciam gentem fuisse Mysos.

8.

Dionysius in Originibus dicit Euripum Chalcidum quum

γρυπούς. Μέμνηται δὲ τούτων Ἡρόδοτος ἐκ δευτέρᾳ [104, ubi v. Bæhr.].

11.

Dionys. Hal. A. R. I, 27 : Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεὺς οἰκιστὴν μὲν ἀποφαίνει τῆς πόλεως Ῥῶμον. Τοῦτον δὲ λέγει κατὰ μὲν τινὰς Ἀσκανίου, κατὰ δὲ τινὰς Ἡμαθίωνος παῖδα εἶναι.

Dionysium exscripsit Euseb. Chron. p. 205, Mai.; Eusebium Syncellus p. 193 B. Cf. Plutarch. Rom. c. 2 : Οἱ δὲ (οἰκίσαι τὴν πόλιν φασὶν) Ῥῶμον ἐκ Τροίας ὑπὸ Διομήδους ἀποσταλέντα τὸν Ἡμαθίωνος. Romulum Ascanii filium etiam Eratosthenes dicit ap. Serv. ad Virg. Æn. I, 273.

12.

Schol. Apoll. Rhod. II, 279 : Διονύσιος δὲ φησιν ὁ Ἀθηναῖος ἐν ταῖς κηρύξεσι (leg. Κτίσεσι) τὰς ἐλάφους οὕτω λέγεσθαι, πρόκας. Ὅθεν καὶ Προκόννησος, ἐπεὶ καὶ ἐν ταύτῃ πληθύνουσιν ἐλαφοί. Οἱ δὲ Προκόννησον λέγουσιν εἰρήσθαι ἀπὸ τῆς προχόου, ἣν ἔχουσα τοῖς Μιλησίοις ἀπήντησεν ἡ παρθένος, ὅτε τὴν ἀποικίαν ἐπέλλοντο. Οἱ δὲ Προκόννησον ἐτυμολογοῦσι, καθὼ πρότερον οὕσα νῆσος προσεχώσθη. Ὑπὸ τινων δὲ Προκόννηςος καὶ Ἐλαφόννηςος ἐκλήθη.

Cod. Paris. Προκόννησον.. Προκόννησον.. Προκούνησον.. Ἐλαφρόνηςος. Eadem Etym. M. v. Προκόννηςος, ubi pro ἐν κηρύξεσι (in conceptibus) est ἐν κτήσεσι. Hinc Sylburg. emendavit ἐν Κτίσεσι, idque probarunt Casaubonus (ad Athen. X, 14), Maussacus (ad Harpocrat. v. Ἡρασιτία), Vossius (H. Gr. p. 432), Daumius (ep. ad Reines. XX), Reinesius (Var. Lect. II, 8); κηρύξεσι lectionem tuetur vir doctus, qui indicem scriptorum in schol. Apoll. Rhod. laudantium transmisit Fabricio (Bibl. Gr. II, p. 136 ed. pr.). Κτίσεις sæpenumero abire in κτήσεις nota res; κτήσεις in κηρύξεις mutaverit sciulus, qui in seqq. e Philetæ Ἀτάκτοις tradi viderat πρόκας λέγεσθαι τὰς ἐλάφους τὰς πρώτας τικτούσας, ὅσον πρωτοτόκους. — Ἀθηναῖος Dionysius Chalcid. fortasse eodem modo dicitur quo Euphotion, qui φύσει μὲν Χαλκιδεὺς, θέσει δὲ Ἀθηναῖος

septies singulis diebus reciprocet, secundum solas hebdomadas stare.

10.

Dionysius Chalcidensis Macrones inde dici ait, quod sint coloni Eubæorum (quorum insula Macris appellabatur).

11.

Dionysius Chalcidensis conditorem Urbis fuisse contendit Romum, hunc vero dicit ab aliis Ascanii, ab aliis Emaθionis filium haberi.

12.

Dionysius Atheniensis in Originibus cervas appellari πρόκας ait. Unde etiam Proconnesus nominata, quod ea insula cervis abundat.

(Helladius Chrestom. p. 679). — Προχόννησον] πρόχουν in numo Proconnesio vides ap. Mionnet. *Suppl.* V, p. 496, n. 1262. — Ἐλαφόνησος] Ἀδελφόνησος Etym. M. Plin. H. N. V, 44 : *Elaphonnesus... eadem Neuris et Proconnesus dicta*. Distinguit inter Procon. et Elaphonesum Scylax Peripl. p. 35 Hudson : Νῆσος ἐστὶ καὶ πόλις Προκόννησος καὶ ἑτέρα νῆσος εὐλίμενος Ἐλαφόννησος. Hanc esse, quam tñn παλαιὰν Προκόννησον dicit Strabo XIII, p. 588, bene monet Marquardt. *Cyzicus* p. 18.

3.

De re vide O. Müller. Dgr. I, p. 412. 413. 427. Auctorem nostrum ad antiquiores Ionie logographos pertinere conjicio. Eundem signaverit Stephan. Byz. v. Τέως : Ἔστι γὰρ πρῶτον Τέσιος καὶ Τέσιος καὶ ἰωνικῶς Τήσιος· ἀφ' οὗ Πρωταγόρας Τήσιος καὶ Σκυθίνος ἰάμβων ποιητὴς Τήσιος. Scythinum Perli φύσεις laudat Stobæus Ecl. Ph. I, p. 43. Σκυτίνος δ' Χίος ap. Apollon. Mirab. c. 15 in Σκύμνος correxit Meursius. Cf. Meinek. in Scymno Chio, p. xix.

SELEUCUS EMESENIUS.

Suidas : Σέλευκος Ἐμιστηνὸς, γραμματικὸς. Ἀσπαλιευτικὰ δι' ἐπὶ βιβλία δ'· Εἰς τοὺς λυρικὸς ὑπόμνημα· Παρθικὰ β' (Παρθενικά cod. Par. B.).

6.

DE LESBO.

Mater Priami, ut Porphyrius ait in scripto De omissis apud Homerum nominibus, secundum Alcanem lyricum fuit Zeuxippe, secundum Hellanicum Strymo; Scamon vero in libro De Lesbo Thoasam, Teucri filiam, dicit.

HISTORIA.

Hermippus comicus in iambis ait :

In Cylicranum taniæ-similem agrum iter faciens perveni : viui igitur Heracleam, pulcrum valde oppidum.

Sunt autem hi Heracleotæ, qui sub Ceta monte habitant, ut ait Nicander Thyatirenus, nomen illos invenisse dicens a Cylice quodam, e Lydia oriundo, uno ex Herculis commilitonibus. Meminit eorumdem Scythinus Teius in opere, quod Historia inscribitur, ubi ait : « Hercules, Eurytum ejusque filium captos occidit, quod tributa exegissent ab Eubæensibus. Cylicranas devastavit, rapina viventes : ibique urbem condidit Heracleam, quæ Trachinia appellatur »

Seleucum Tarsensem, qui item Halieutica, sed prosa oratione, composuit, memorat Athenæus p. 13, C, et p. 320, A, coll. Suida v. Κικίλιος. Commentarii in Lyricos fortasse non Emeseni sunt, sed Alexandrini Seleuci, quem omnes pæne poetas explicasse Suidas testatur.

SEMERONIUS BABYLONIUS.

Chron. Paschal. p. 38 Par. (p. 68 Bonn.): Μετὰ τὸν Νίνον ἐβασίλευσεν Θούρρας ὀνόματι, ὅντινα ὠνόμασεν ὁ τοῦτου πατὴρ Ζάμης ὁ τῆς Ῥέας ἀδελφὸς Ἄρεα εἰς ὄνομα τοῦ πλάνητος ἀστέρος... Καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν Ἄρεως ἐβασίλευσεν ὁ Λάμης καὶ μετὰ Λάμην ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Σαρδανάπαλλος ὁ μέγας, ὅντινα Περσεὺς ὁ Δανάης ἐφόνευσεν καὶ ἀφείλετο τὴν βασιλείαν ἀπὸ Ἀσσυρίων, καὶ βασιλεύσας αὐτῶν εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα ἐπεκάλεσεν αὐτοὺς Πέρσας. Ἄτινα συνεγράψατο Σεμηρῶνιος ὁ Βαβυλωνίος Πέρσης.

Nomen Persicum auctoris fortasse fuit Σειράμνης. Siramnæ Persæ dictum affert Plutarch. Moral. p. 172, E.

SEMUS DELIUS.

Suidas : Σῆμος, Ἡλεῖος, γραμματικός. Ἐγραψε Δηλιακῶν βιβλία γ'. Περίόδους β'. Περὶ Πάρου α'. Περὶ Περγάμου α'. Περὶ παιάνων. Sequuntur nonnulla ex Athenæo XIV, p. 622 excerpta (v. fr. 20). Eadem Eudocia p. 386.

Σῆμος] sic Bernhardy; Σημὸς libri; nomen corruptum in Δῆμος et Σίμος fr. 12. — Ἡλεῖος] scr. Δήλιος, ut ipse Suidas v. Πράμνιος (fr. 5) et reliqui omnes (fr. 1. 4. 5. 7. 10. 12. 14. 15). — Δηλιακῶν] Hunc titulum etiam Harpocraton exhibet fr. 2. Ceteris locis (fr. 1. 3. 5. 6. 7. 8 — 11. 13. 19. 20) laudatur Δηλιάς. In exquisitoribus istis inscriptionibus placere sibi solebant senioris ævi auctores. Pro Δηλιάδος fr. 12 legitur Ἰλιάδος.

Post Ninum regnavit Thurras, quem pater ejus Zames Rheæ frater Martem de Marte planeta nominavit. Et post obitum Martis regnavit Lames. Et post Lamen Assyrii imperavit Sardanapallus magnus, quem Perseus Danai filius occidit, regnum Assyrii ademittit, ipseque regnans de suo nomine Persas nominavit. Literis hæc consignavit Semeronius Babylonius, natione Persa.

DELIAS.

1. Semus Delius in Deliadi libro primo Phœnicem, instru-

Semus ἐν δευτέρῳ Νησιάδος (*) citatur fr. 4, ubi item, puto, reponendum est Δηλιάδος. Quamquam indicari aliquis censuerit Periodi libros duos. Ex argumento fragminis, quod est de Cimolo insula, colligi nihil potest, quum de aliis quoque insulis, ut de Naxo (fr. 12) et de Icaro (fr. 5) in Deliade sermo fuerit, atque omnino ea sit indoles periegeseos antiquariæ, ut res diversissimæ in eodem libro exponantur vel certe tangantur. Opus de Pæanibus bis laudatur ap. Athenæum. Ex reliquis scriptis quæ Semo tribuuntur, nihil, quod certo judicio assignare iis possis, servatum habemus. Ceterum liber De Pergamo indicio est, auctorem diutius versatum esse Pergami, discendi vel docendi causa.

ΔΗΛΙΑΣ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Athenæus XIV, p. 637, B : Σῆμος δὲ ὁ Δήλιος ἐν πρώτῳ Δηλιάδος (sc. Φοίνικα τὸ ὄργανον κληθῆναι φησι) διὰ τὸ ἐκ τοῦ ἐν Δήλῳ φοίνικος τοὺς ἀγκῶνας αὐτοῦ ἐξεργάσασθαι.

2.

Harpocratio : Ἐκάτης νῆσος. Λυκοῦργος Κατὰ Μενεσαίχμου. Πρὸ τῆς Δήλου κεῖται τι νησίδριον, ὅπερ ὑπ' ἐνὶν καλεῖται Ψαμμητύχη, ὡς Φανόδημος ἐν α' Δηλιακῶν. Ψαμμητύχην δὲ κεκλησθαι φησιν ὁ Σημὸς ἐν τῇ α' διὰ τὸ τοῖς ψαμμητοῖς τιμᾶσθαι τὴν θεόν· ψάμμητα δ' ἐστὶ ψαιστῶν τις ἰδέα.

Ψαμμητύχη cod. B et Favorin. et Eudocia p. 144, Ψαμμητύχη cod. D. Suidas habet Ψαμμίτη (quod præferendum esse Bernhardyus censet) et deinceps ψαμμίτοις.. ψάμμητα. Phanodemi et Semi mentionem omittit sicut ap. Harpocratonem cod. B. — Siebelis ad fragm. Phanodemi p. 6 scribi voluit... ὡς Φανώδημος. Ἐν δὲ α' Δηλιακῶν Ψ. κεκλησθαι φησιν ὁ Σῆμος διὰ τὸ κτλ. Simplicius foret scri-

(*) Cononis Νησιάδος tertium laudat schol. Apoll. Rhod. Ibi Reinesius ad Suid. l. I. ap. Bernh. Semi nomen excidisse putat (V. not. ad Conon. fr. 3). Idem suspicatur Semum nostrum fortasse eundem esse cum Simo τῷ ἀρμονικῷ, ejus meminit Porphyrius in Vit. Pythag. p. 85.

mentum musicum, nominatum esse ait ex eo, quod brachia vel juga illius ex palma arbore quæ Deli est confecta sint.

2.

Hecates insula. Lycurgus Contra Menesæchmum. Ante Delum sita est parva insula, quæ a nonnullis vocatur Psammetiche (vel Psammitē), ut Phanodemus iu primo (Deliacorum). Psammetichen vero vocari ait Semus in primo [Deliacorum], quod Hecate dea psammetis ibi colatur. Sunt autem psammeta genus placentarum.

bere ὡς Φανόδημος ἐν α' (sc. Ἀθίδος)... Σῆμος ἐν τῇ α' τῶν Δηλιακῶν. Sed fortasse præstat cum Vossio pro Φανόδημος reponere Φανόδηκος, quem Deliacæ scripsisse constat. De Hecate in Deliorum cultu v. Müller. *Dor.* I, p. 34. Cf. Demadis fragm. 2, p. 377.

E LIBRO SECUNDO.

3.

Athenæus XIV, p. 645, B : Σῆμος ἐν δευτέρῳ Δηλιάδος « Ἐν τῇ τῆς Ἑκάτης (φησί) νήσῳ τῇ Ἰριδι θύουσι Δῆλιοι τοὺς βασιυνίας καλουμένους. Ἔστι δὲ ἐφθὸν πύρινον σταῖς ἐν μέλιτι, καὶ τὰ καλούμενα κόκκωρα, ἰσχὰς καὶ κάρυα τρία. »

4.

Idem III, p. 123, D : Σῆμος δ' ὁ Δῆλιος ἐν δευτέρῳ Νησιιάδος (scr. Δηλιάδος) ἐν Κιμώλῳ τῇ νήσῳ φησί ψυχρεῖα κατεσκευασθαι θέρους ὀρυκτὰ, ἐνθα χλιεροῦ ὕδατος πλήρη κεράμια καταθέντες κομίζονται χιόνος οὐδὲν διάφορα.

5.

Idem VIII, p. 335, A : Καὶ γὰρ ἐν Δῆλῳ φησί Σῆμος ὁ Δῆλιος ἐν δευτέρῳ Δηλιάδος, ὅταν θύωσι τῇ Βριζοῖ (αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ ἐν ὑπνῳ μάντις· βρίζειν δὲ οἱ ἀρχαῖοι λέγουσι τὸ καθεύδειν·

Ἔνθα δ' ἀποθρίξαντες ἐμείναμεν ἥῳ διαν·) ταύτη οὖν ὅταν θύωσιν αἱ Δηλιάδες, προσφέρουσιν αὐτῇ σκάψας, πάντων πλήρεις ἀγαθῶν, πλὴν ἰχθύων, διὰ τὸ εὐχεσθαι ταύτη περὶ τε [ἄλλων] πάντων καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πλοίων σωτηρίας.

E LIBRO TERTIO.

5. a.

Photius Lex. : Πράμνιος οἶνος· Σῆμος ὁ Δῆλιος ἐν

3.

Semus secundo libro Deliadis : « In Hecate insula, ait, Iridi sacrificant Delii, offerentes *basynias* quos vocant. Est autem cocta triticea farina cum melle, et quæ *coccora* vocantur, carica et nuces tres. »

4.

Semus secundo libro Deliadis scribit, in insula Cimolo per æstatem frigidarias specus effodi, in quibus postquam aquæ tepentis plena dolia reposuerunt, eadem deinde recipiunt nihil a nive differentia.

5.

In Delo insula, ut scribit Semus Delius secundo libro Deliadis, quum sacra faciunt Brizoi, quæ est vates per somnum (nam βρίζειν veteres dormire dixerunt; ut

Ibi quum dormissemus (ἀποθρίξαντες) divam expectabamus auroram) :

huic igitur quum sacra faciunt Deliacæ mulieres, offerunt ei scaphulas bonis rebus cuiusvis generis refertas, piscibus exceptis : vota enim faciunt huic quum aliarum rerum

τρίτῳ ἐν ᾗ καὶ ὁ πράγματων (scr. ἐν Ἰκάρῳ Πράμνον) πέτραι εἶναι, ἀφ' ἧς τὸν οἶνον εἶναι.

Suidas : Πράμνιος οἶνος... Σ. ὁ Δῆλιος ἐν γ', ἐν Νικίᾳ (lege Ἰκάρῳ) Πράμνον πέτραι εἶναι, ἀφ' ἧς τὸν οἶνον εἶναι. Fluxerunt hæc ex Athenæi libro, integre illo quam quem nos habemus.

Athenæus I, p. 30, C : Εἶναι γὰρ ἐν Ἰκάρῳ φησί Σῆμος Πράμνον πέτραι, καὶ παρ' αὐτῇ ὁρος μέγα, ἀφ' οὗ τὸν Πράμνιον οἶνον, ὃν καὶ φαρμακίτην τινὰς καλεῖν.

Sumpsisse hæc Athenæus videtur ex Eparchide, quem scriptorem ex uno novimus Athenæo.

E LIBRO QUARTO.

6.

Athen. IV, p. 173, E : Σῆμος δ' ἐν τετάρτῳ Δηλιάδος « Δελφοῖς (φησί) παραγινόμενοι εἰς Δῆλον παρεῖχον Δῆλιοι ἄλλας καὶ ὄξος καὶ ἔλαιον καὶ ξύλα καὶ στρώματα. » Quæ sequuntur vide in Aristotelis fragm. 198, tom. II, p. 164. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 259.

7.

Id. XV, p. 677, A : Πρῶτος ἐν τοῖς Ἑλλήσι στέφανος ὀνομάσθη, ὥς φησι Σῆμος ὁ Δῆλιος ἐν τετάρτῳ Δηλιάδος, τὸ παρὰ μὲν ἡμῖν στέφανος, παρὰ δὲ τισι στέμμια προσαγορευόμενον, διὸ καὶ τούτῳ πρῶτῳ στεφανωσάμενοι δεύτερον περιτιθέμεθα τὸν δάφνινον. Κέκληται δὲ στέφανος ἀπὸ τοῦ στέφειν.

E LIBRO QUINTO.

8.

Idem XIV, p. 614, A : Πάρμενισκος δὲ ὁ Μεταποντίνος, ὥς φησι Σῆμος ἐν πέμπτῳ Δηλιάδος, καὶ γένει καὶ πλούτῳ πρωτεύων, εἰς Τροφωνίου καταβάς,

omnium causa, tum pro conservandis ipsorum naviculis.

5 a.

Semus Delius in tertio ait in Icaro insula esse Pramnum scopulum, a quo vinum Pramnium dicatur.

Esse in Icaro Semus ait Pramnum scopulum, juxtaque eum montem spatiosum, unde Pramnium sit vinum quod et *medicatum* a nonnullis nominetur.

6.

Semus quarto Deliadis ait : « Delphis Delum venientibus præbuerunt Delii salem et acetum et oleum et ligna et stragula. »

7.

Corona (στέφανος) apud Græcos, ut ait Semus Delius quarto libro Deliadis, primum nominatum est id quod apud nos στέφος (*velamen*), apud nonnullos vero στέμμα (*infula, villa*) vocatur. Quare etiam hoc primo cincti, deinde demum lauream imponimus. Nominatus est autem στέφανος, a verbo στέφειν (*tegere, velare, cingere*).

8.

Parmeniscus Metapontinus (ut tradit Semus quinto

καὶ ἀνελθὼν οὐκ ἔτι γελᾶν ἐδύνατο. Καὶ χρηστηριαζομένην περὶ τούτου, ἡ Πυθία ἔφη·

Εἶργ' ἂν ἀμφὶ γελωτος, ἀμείλιγε, μελιχίοιο;
Δώσει σοι μήτηρ οἴκῳ, τὴν ἔξοχα τίς.

Ἐλπίζων δ', ἂν ἐπανεῖλθῃ εἰς τὴν πατρίδα, γελᾶσειν, ὥς οὐδὲν ἦν πλέον, οἴόμενος ἐξηπατῆσθαι, ἔρχεται ποτε κατὰ τύχην εἰς Δῆλον· καὶ πάντα τὰ κατὰ τὴν νῆσον θυμαζῶν ἦλθε καὶ εἰς τὸ Δητῶν, νομίζων τῆς Ἀπόλωνος μητρὸς ἀγαλμὰ τι θεωρήσειν ἀξιολογόν· ἰδὼν δ' αὐτὸ ξύλινον ἄμορπον παραδόξως ἐγέλασεν. Καὶ τὸν τοῦ θεοῦ χρησμὸν ξυμβάλλων, καὶ τῆς ἀρρωστίας ἀπαλλαγείς, μεγαλωστί τὴν θεὸν ἐτίμησεν.

9.

Athen. XI, p. 469, C : Σῆμος δ' ἐν πέμπτῃ Δηλιάδος ἀνακεῖσθαι φησιν ἐν Δῆλῳ χυρσὴν ἡδυποτίδα Ἐχενίχης ἐπιχωρίας γυναικὸς, ἥς μνημονεύει καὶ ἐν τῇ ὁδόῃ.

10.

Idem XIV, p. 618, A : Τὴν δὲ συναυλίαν τί ποτ' ἐστίν, ἐμφανίζει Σῆμος ὁ Δῆλιος ἐν πέμπτῃ Δηλιάδος, γράφων οὕτως· « Ἀγνοουμένης δὲ παρὰ πολλοῖς τῆς συναυλίας, λεκτέον. Ἦν τις ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαίως αὐλοῦ καὶ ρυθμοῦ, χωρὶς λόγου τοῦ πρόσμελωδοῦντος. »

E LIBRO SEXTO.

11.

Idem VIII, p. 331, F : Σῆμος δ' ἐν ἑκτῇ Δηλιάδος· « Ἀθηναίους (φησὶ) θυομένοις ἐν Δῆλῳ τὴν γέρνιθα βίβλας ὁ παῖς προσήνεγκε, κἄν τῇ φιάλῃ μετὰ τοῦ

libro Deliadis) vir et genere et opibus excellens, quum in Trophonii antrum descendisset, ex eo rediens ridere posthac non potuit. Cui de ea re oraculum consulenti Pythia respondit :

De jucundo risu me rogas, ridere nescius homo?
dabit tibi mater domi ; eam prae ceteris tu venerare.

Ille igitur sperans se in patriam reversum risurum esse, postquam nihil profecit, deceptum se ratus, Delum forte venit. Ibi quum omnia quæ in illa insula visuntur, esset admiratus, intravit etiam Latonæ templum, existimans se matris Apollinis statuam aliquam insignem visurum : quam ubi et ligneam et deformem est conspicatus, præter opinionem in risum effusus est. Et intelligens oraculum deæ, et infirmitate illa liberatus, magnifice deam coluit.

9.

Semus quinto libro Rerum Deliacarum scribit, Deli consecratam servari auream hedypotidem Echenices, mulieris Indigenæ; cuius rursus meminit idem libro octavo.

10.

Tibiarum concentus (ἡ συναυλία) quid sit, declarat

ὕδατος ἰχθύς κατέχευεν. Εἰπεῖν οὖν αὐτοῖς τοὺς τῶν Δηλίων μάντις, ὥς κυριεύσουσι τῆς θαλάσσης. »

12.

Etym. M. p. 197, 38 : Βίβλιος οἶνος. Σῆμος (1. Σῆμος) δὲ ἐν τῇ ἑκτῇ τῆς Ἰλιάδος (1. Δηλιάδος), ἐν Νάξῳ φησὶ ποταμὸν Βιδλίνην, ἀφ' οὗ καλοῦσιν οἶνον Βίδλινον, διὰ τὰς περὶ κυρίας ἀμπέλους. Διὰ δὲ τοῦ μ γράφουσι τὸν ποταμὸν, Βιμβλίνην· καὶ τὸν Νάξιον οἶνον διὰ τοῦ μ, Βίμβλινον.

Stephan. B. : Βιδλίνη, χώρα Θράκης· ἀπὸ ταύτης ὁ Βίδλινος οἶνος· οἱ δὲ ἀπὸ Βιδλίας ἀμπέλου. Δῆμος (1. Σῆμος) δ' ὁ Δῆλιος τὸν Νάξιον φησιν, ἐπειδὴ Νάξου ποταμὸς Βίδλος. Cf. Moschopol. in schol. ad Hesiod. Op. 589 : Οἶνον Βίδλινον, δν Νάξιον παρ' αὐτοῖς γεωργεῖσθαί φασι [περὶ] ποταμὸν οὗτω καλούμενον. Aliorum opiniones recenset Athenæus I, p. 31. Cf. qui laudantur in Steph. Thes. s. v.

E LIBRO OCTAVO.

13.

Athenæus III, p. 109, F : Ἀχάινας. Τούτου τοῦ ἄρτου μνημονεύει Σῆμος ἐν ὁδόῳ Δηλιάδος, λέγων ταῖς θεσμοφόροις γίνεσθαι. Εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι, καὶ ἐορτὴ καλεῖται Μεγαλάρτια, ἐπιλεγόντων τῶν φερόντων· « Ἀχάινην στέατος ἐμπλεων τράγον, » h. e. Achainam gestamus, tragum (genus pultis ex tritici semine et leguminibus variis factum, Plin. II. N. XVIII, 7, 16. 10, 20, 4) fermentatum. Idem festum esse videtur quod aliis grammaticis audit Ἀρτοφόρια. V. Theodorian. ap. Cram. Anecd. III, p. 277, 27; Theodos. Gr. p. 69, 17 Gættl. • Preller, ad Polemon. p. 72. Aliud libri octavi fragm. vid. sub nr. 9.

Semus Delius quinto libro Deliadis, ubi sic scribit : « Quum vero ignorent multi συναυλία quid sit, dicendum est nobis. Erat aliquod certamen symphonizæ tibiæ vicissim et rhythmi, nullo sermone modos tibiæ comitante. »

11.

Semus sexto Deliadis scribit : « Atheniensibus Delii sacra facientibus puer, aquam lavandis manibus quum hausisset, e phiala simul cum aqua pisces infudit. Respondisseque super ea re vates Deliorum, maris fore illos dominos. »

12.

Biblinum vinum. Semus sexto Deliadis in Naxo insula esse ait fluvium Biblinen, a quo vinum Biblinum ex nascentibus ibi vitibus proveniens vocetur. Ceterum scribunt etiam per m litteram *Bimblinen* fluvium, et *Bimblinum* vinum illud Naxium.

13.

Achinas. Hujus panis meminit Semus octavo libro Deliadis, eumque (Cereris et Proserpinæ) Legiferis sacrum fuisse. Sunt autem panes magni; et festi dies *Megalartia* vocabantur, quibus clamabant qui illos ferebant : *Achainam* (gestamus) *adipe plenam tragum*.

E LIBRIS INCERTIS.

14.

Steph. Byz. : Τέγυρα, πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Ἀπόλλωνά φασι γεννηθῆναι. Σῆμος δ' ὁ Δῆλιος· « Τὴν Ἀπόλλωνος γένεσιν οἱ μὲν ἐν Λυκίᾳ, οἱ δὲ ἐν Δῆλῳ, οἱ δ' ἐν Ζωστήρι τῆς Ἀττικῆς, οἱ δ' ἐν Τεγύρᾳ τῆς Βοιωτίας φασίν· ὅθεν καὶ Τεγυρῆϊος Ἀπόλλων. » Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν Ἑλληνικῶν (fr. 3) κτλ.

De Apolline Zosterio v. Etym. M. p. 414, 20 (Meinek. ad Euphor. p. 152); Schol. Hermog. p. 389; Pausan. I, 31.

15.

Athenæus II, p. 38, A : Σῆμος δ' ὁ Δῆλιός φησι· « Τρίπους χαλκοῦς, οὐχ ὁ Πυθικός, ἀλλ' ὃν νῦν λέβητα καλοῦσιν. Οὗτοι δ' ἦσαν οἱ μὲν ἄπυροι, εἰς οὓς τὸν οἶνον ἐξεκεράννουν· οἱ δὲ λοετροχόοι, ἐν οἷς τὸ ὕδωρ ἐθέρμαινον, καὶ ἐμπυριδῆται. Καὶ τούτων ἔνιοι ὠτῶν-τες, τρίποδα δὲ τὴν ὑπόβασιν ἔχοντες, τρίποδες ὠνομάζοντο. »

16.

Idem XI, p. 502, B : Ἐκαλεῖτο δὲ τις καὶ βαλάνωτῃ φιάλῃ, ἥς τῷ πυθμένι χρυσοὶ ὑπέκειντο ἀστράγαλοι. Σῆμος δὲ ἐν Δῆλῳ ἀνακείσθαι φησι χαλκοῦν φοίνικα, Ναξίων ἀνάθημα, καὶ καρυωτὰς φιάλας χρυσᾶς.

17.

Idem p. 71, C : Οἶδα δὲ καὶ Κίναρον καλουμένην νῆσον, ἥς μνημονεύει Σῆμος.

18.

Schol. Apoll. Rh. I, 1304 : Ὅτι Ἡρακλῆς ἀνείλε

14.

Tegyra, urbs Bœotiæ, in qua Apollinem natum esse dicunt. Semus Delius : « Apollinem natum esse tradunt alii in Lycia, alii in Delo, alii in Zostere Atticæ, alii Tegyrae in Bœotia, unde etiam Tegyraeus Apollo dicitur. »

15.

Semus Delius ait : « Aeneas tripus, non Pythicus, sed quem nunc lebetem vocant. Erant vero horum alii ἄπυροι (igni non exponendi), in quibus vinum temperabant : alii vero λοετροχόοι, in quibus aquam calefaciebant, et ἐμπυριδῆται. Ac horum nonnulli, qui auriti erant, et tribus pedibus instructi, tripodes vocabantur. »

16.

Nominata est etiam phiala quædam glandulata : cujus fundo aurei suppositi erant astragali. Semus vero ait, Deli dedicatam esse æneam palmam arborem, Naxiorum donarium, et amygdalatas phialas aureas.

17.

Novi etiam Cinaram quæ vocatur insulam, cujus Semus meminit.

τοὺς Βορεάδας, διὰ τὸ καλύσαι τὴν ναῦν ὑποστρέψαι πάλιν εἰς τὴν Μυσίαν, φησὶν Ἀπολλώνιος. Σῆμος δὲ φησι, διὰ τὸ ληθῆναι δρόμῳ τὸν Ἡρακλέα τῶν Βορεαδῶν. Στησίμβροτος δὲ κτλ.

18 a.

Schol. in Hom. Odys. μ, 124 e cod. Harl. 5674 in Cramer. Anecd. Paris. III, p. 479 : Κραταῖν (præstat Κραταῖν) Σχῆμος (l. Σῆμος Cramer.) φησιν Ἐκάτης καὶ Τρίτωνος, Κραταῖ ἡ τας δὲ (l. Κραταῖδος δὲ) καὶ Δείμου Σκύλλαν. Στησίχορος Λάμιαν φησὶ τῆς Σκύλλης μητέρα. Cf. schol. Apoll. Rhod. IV, 828 : Ἀκουσίλαος Φόρκυνος καὶ Ἐκάτης τὴν Σκύλλαν λέγει· Ὁμηρος δὲ τὴν Σκύλλης μητέρα Κραταῖν καλεῖ. Ἀμφοτέροις οὖν Ἀπολλώνιος κατηκολούθησεν. Ἐν δὲ ταῖς Μεγάλαις Ἡοίαις Φόρβαντος καὶ Ἐκάτης ἡ Σκύλλα. Στησίχορος δὲ ἐν τῇ Σκύλλῃ Λαμίας τὴν Σκύλλαν φησὶ θυγατέρα εἶναι.

ΠΕΡΙ ΠΑΙΑΝΩΝ.

19.

Athenæus XIV, p. 618, D : Σῆμος δ' ὁ Δῆλιος ἐν τῷ Περὶ παιάνων φησί· « Τὰ δράγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ καθ' αὐτὰ προσηγόρευον ἀμάλας· συναθροισθέντα δὲ καὶ ἐκ πολλῶν μίαν γενομένα δέσμην οὔλους καὶ ἰούλους· καὶ τὴν Δήμητρα ὅτε μὲν Χλόην, ὅτε δὲ Ἰουλώ. Ἀπὸ τῶν οὖν τῆς Δήμητρος εὐρημάτων τοὺς τε καρπούς καὶ τοὺς ἕμνους, τοὺς εἰς τὴν θεὸν, οὔλους καλοῦσι, καὶ ἰούλους. Δημήτρουλοι καὶ καλλίουλοι. Καὶ

Πλείστον οὔλον οὔλον ἱεῖ, ἰουλον ἱεῖ.

Ἄλλοι δὲ φασιν ἐριουργῶν εἶναι τὴν ᾠδὴν. Αἱ δὲ τῶν τιθεουσῶν ᾠδαὶ καταβαυκαλήσεις ὀνομάζονται. »

18.

Boreadas Hercules interfecit, quod impedire volebant quominus navis in Mysiam reverteretur, ut Apollonius dicit. Semus vero dicit propterea, quod cursu Hercules a Boreadis victus esset.

18 a.

Crataein Semus Hecates et Tritonidis filiam dicit, Crataeidis vero et Dimi (Metus) filiam Scyllam esse.

DE PÆANIBUS.

19.

Semus Delius in libro De Pæanibus ait : « Manipulos hordei singulos per se amalas vocabant ; collectos vero et ex pluribus in unum fasciculum colligatos, ulos et iulos : et Cererem nunc Chloen appellabant, nunc Iulo. A Cereris igitur inventis et ipsas fruges et hymnos in deam ulos vocant et iulos. Sic Δημήτρουλοι, et καλλίουλοι : et istud,

Plurimum ulum, ulum mitte, iulum mitte!

Alii vero aiunt, esse cantum illum eorum qui lanam tractant. Nutricum cantilenæ καταβαυκαλήσεις vocantur. »

20.

Athen. XIV, p. 622, B : Σῆμος δ' ὁ Δῆλιος ἐν τῷ Περὶ παιάνων « Οἱ αὐτοκάβδαλοι (φησί) καλούμενοι ἐστεφανωμένοι κιτῶν στέδην ἐπείραινον ῥήσεις. Ὅστερον δὲ ἱαμβοὶ ὀνομάσθησαν αὐτοὶ τε καὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν. Οἱ δὲ ἰθύφαλλοι (φησί) καλούμενοι προσωπεῖον μεθύνωντων ἔχουσι, καὶ ἐστεφάνωνται, χειρὶδας ἀνθινὰς ἔχοντες· χιτῶσι δὲ χρῶνται μεσολεύκοις, καὶ περιέζωνται ταραντίνον, καλύπτον αὐτοὺς μέχρι τῶν σφυρῶν. Σιγῇ δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος εἰσελθόντες, ὅταν κατὰ μέσσην τὴν ὀρχήστραν γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θέατρον, λέγοντες·

Ἄναγε', εὐρυχωρίαν
τῷ θεῷ ποιεῖτε.
Ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος
διὰ μέσου βαδίζειν.

Οἱ δὲ φαλλοφόροι (φησί) προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι, προπόλιον δὲ ἐξ ἐρπύλλου περιτιθέμενοι, καὶ παιδέρωτας ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται, στέφανόν τε δασύν ἰων καὶ κιττοῦ· αὐνακὰς τε περιβεβλημένοι παρέρχονται, οἱ μὲν ἐκ παρόδου, οἱ δὲ κατὰ μέσας τὰς θύρας βαίνοντες ἐν ῥυθμῷ, καὶ λέγοντες·

Σοί, Βάχχε, τάνδε μοῦσαν ἀγλαίζομεν,
ἀπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰὼλῳ μέλει,
καινὰν, ἀπαρθένευτον, οὐ τι ταῖς πάρος
κεχρημέναν ὠδαῖσιν, ἀλλ' ἀκηρατον
κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

Ἔττα προστρέχοντες ἐτώθαζον, οὓς ἂν προέλοιτο, στάδην δὲ ἐπράττον· ὁ δὲ φαλλοφόρος ἰθὺ βαδίζων καταπλησθεὶς αἰθάλῳ. »

Horum nonnulla excerpit Suidas v. Σῆμος. V. Müller. Dor. I, p. 404. II, p. 347. Bode *Gesch. d. Lyr.* passim.

20.

Semus Delius in libro De Præanibus : « Qui *autocabdali*, inquit, vocantur, hi hedera caput cincti, 'ingredientes [*sive*, ex tempore] versus recitabant. Idem postea *iambi* nominati sunt, quum ipsi, tum eorum carmina. Qui *ithyphalli* vocantur, ait, personas induunt ebriorum, coronanturque [et ipsi hedera], manicas habentes variegatas, tunicis vero utuntur medio albo intertexto, et Tarentina stola cinguntur, quæ ad malleolos pedis usque eos tegit. Hi tacite majorem portam ingressi, postquam circa medium sunt orchestram, versus theatrum se convertunt, dicentes :

Decedete de via, latum spatium
præbete deo!
vult enim deus rectus malleo ductus [*sive*, cuneatus]
per medium ingredi.

Phallopatori vero, inquit, personam quidem non induunt, sed tegmen quoddam sibi circumponunt ex serpillio, qui *pæderotas* (acanthos) insuper imponunt, spissamque coronam ex violis et hedera : et caunacis amicti prodeunt,

SOCRATES ARGIVUS.

Diog. L. II, 47 : Γέγονε δὲ Σωκράτης καὶ ἕτερος ἱστορικὸς, Περιήγησιν Ἀργους γεγραφώς· καὶ ἄλλος, περιπατητικὸς Βιθυνός· καὶ ἕτερος Ἐπιγραμμάτων ποιητής· καὶ ὁ Κῶιος, Ἐπικλήσεις θεῶν γεγραφώς.

De Socrate Rhodio, belli civilis scriptore, vidimus supra. *Periegesin* Socratis Argivi (fr. 2) præter Diogenem expressis verbis commemorat nemo. Quamquam sunt quæ commode ad eam referantur (fr. 1-4). Socratis Περὶ δσίων opus semel diserte (fr. 5), sæpius suppresso libri titulo laudat Plutarchus. Auctorem ejus Argivum esse argumenta fragmentorum comprobant. Eidem Argivo cum Meinekio (ad Euphor. p. 175) vindicavi libros quos Socrates scripsit Ad Idotheum, de quo aliunde non constat (fr. 10 et 14). — Subjeci quæ ad *Socratem Coum* referenda esse videntur, et quæ ad certum quendam Socratem revocare vix possis. — Ceterum nomen Socratis sæpius corruptum in Ἰσοκράτης (fr. 10 et 14) et Κράτης (fr. 3). Contra pro Σωκράτης fortasse reponendum Κράτης fragm. 20 et 19. Alibi Σωκράτης prave scriptum pro Σωσικράτης. V. fragm. Socratis 5. 8. Cf. etiam Anaxicratis fr. 2, not.

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ ΑΡΓΟΥΣ.

1.

Schol. Pind. Pyth. III, 14 : Οἱ μὲν Ἀρσινόης, οἱ δὲ Κορωνίδος φασὶν αὐτὸν (Ἀσκληπιὸν) εἶναι... Καὶ Σωκράτης γόνον Ἀρσινόης τὸν Ἀσκληπιὸν ἀποφαίνει, παῖδα δὲ Κορωνίδος εἰσποιητόν.

2.

Idem Nem. III, 93 : Ὁ Ἀσκληπιὸς παρὰ Χείρωνι ἐτράφη, ὡς καὶ Σωκράτης ὁ Ἀργεῖός φησιν.

alii a latere, alii media porta egredientes, modulato gressu incedentes, dicentesque :

Tibi, Bacche, hancce Musam ornatus,
simplicem rhythmum fundentes vario carmine,
virginibus quidem non convenientem. Nec vero pristinis
utimur cantibus, sed illibatum
auspicamur hunc hymnum.

Deinde procurrentes, sannis insectabantur quoscumque voluissent : et stando hoc agebant : is autem qui ipsum phallum gestabat, lente incedens, et fuligine impletus. »

PERIEGESIS ARGOLIDIS.

1.

Alii Arsinoes, alii Coronidis filium Æsculapium esse dicunt. Socrates Arsinoes filium, quem Coronis adoptaverit, esse ostendit.

2.

Æsculapius apud Chironem enutritus est, ut Socrates quocumque Argivus dicit.

3.

Idem Pyth. III, 102 : Οὕτω περίθυμος ἐγένετο ὁ Ζεὺς, ὥστε ἐνσκήψαι βέλους διαμπαῖ δι' ἀμφοτέρων τῶν μαστῶν ἢ τῶν πλευρῶν, ἢ δι' αὐτοῦ τε τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ τοῦ ἱατρευθέντος, ὥστε καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν ἀναιρεῖσθαι καὶ τὸν ἀναβεδυκῶτα· ὁ δὲ Σωκράτης τὸν Ἀσκληπιὸν φησι καὶ τὸν διδάξαντα αὐτὸν Χεῖρωνα. Οὐδεὶς δὲ τούτῳ συμμαρτυρεῖ.

Σωκράτης] Vulgo Κράτης. Correx. Valckenar. ad schol. Eur. Phœn. 45.

3 a.

Schol. Vatican. Eurip. Rhes. 28 : 'Ο δὲ Ἡσίοδος Εὐρώπης μὲν φησιν αὐτὸν (τὸν Σαρπηδόνα), ὡς Ἑλλάνικος· εἰσι δὲ οἱ Λευκάστου (scribe Λυκάστου) καὶ Ἰδης τῆς Κορύβαντος γενεαλογοῦσι μετὰ καὶ Μίνωος καὶ Ῥαδαμάνθους, καθάπερ Σωκράτης ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς. Pro Λευκάστου scribendum esse Λυκάστου colligas ex Diodoro IV, 60, ubi Lycastus, Minois f., cognomini Cretæ urbi nomen dedisse dicitur.

4.

Plutarch. De mul. virt. c. 4 : Οὐδεὶς δὲ ἤττον ἐνδοξὸν ἔστι τῶν κοινῇ διαπεπραγμένων γυναικῶν ἔργων ὁ πρὸς Κλεομένη περὶ Ἀργούς ἀγῶν, ὃν ἠγωνίσαντο, Τηλεσίλλης τῆς ποιητρίας προτρεψαμένης. Ταύτην δὲ φασιν οἰκίας οὖσαν ἐνδοξόν, τῇ δὲ σώματι νοσηματικὴν, εἰς θεοὺς πέμψαι περὶ ὑγίειας, καὶ χρησθῆν αὐτῇ Μούσας θεραπεύειν, πειθομένην τῇ θεῷ, καὶ ἐπιθεμένην ᾠδῇ καὶ ἁρμονίᾳ, τοῦ τε πάθους ἀπαλλαγῆναι ταχὺ, καὶ θαυμάζεσθαι διὰ ποιητικὴν ὑπὸ τῶν γυναικῶν. Ἐπεὶ δὲ Κλεομένης ὁ βασιλεὺς τῶν Σπαρτιατῶν

πολλοὺς ἀποκτείνας (οὐ μὴν, ὡς ἐνιοι μυθολογοῦσιν, ἐπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτακσίους πρὸς ἑπτακισχιλίους), ἐβάδιζε πρὸς τὴν πόλιν, ὁρμὴ καὶ τόλμα δαιμόνιος παρέστη ταῖς ἀκμαζούσαις τῶν γυναικῶν ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Ἰγουμενὴς δὲ τῆς Τηλεσίλλης, ὅπλα λαμβάνουσι, καὶ παρ' ἐπαλξιν ἰστάμεναι κύκλῳ τὰ τείχῃ περιέστεψαν, ὥστε θυμᾶζειν τοὺς πολεμίους. Τὸν μὲν οὖν Κλεομένη, πολλῶν πεσόντων, ἀπεκρούσαντο· τὸν δὲ ἕτερον βασιλεῖα, Δημάρατον, ὡς Σωκράτης φησὶν, ἐντὸς γενόμενον καὶ κατασχόντα τὸ Παμφυλιακόν, ἐξέωσαν. Οὕτω δὲ τῆς πόλεως περιγενομένης, τὰς μὲν πεσοῦσας ἐν τῇ μάχῃ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τῆς δόου τῆς Ἀργείας ἔθαψαν, ταῖς δὲ σωθείσαις ὑπόμνημα τῆς ἀριστείας ἔδωσαν ἰδρύσασθαι τὸν Ἐνυάλιον. Ἦν δὲ μάχῃν οἱ μὲν ἑβδομῇ λέγουσιν ἰσταμένου μηνός, οἱ δὲ νομηκίᾳ γενέσθαι τοῦ νῦν μὲν τετάρτου, πάλαι δὲ Ἑρμαίου παρ' Ἀργείους, καθ' ἣν μέχρι νῦν τὰ ὕβριστικά τελοῦσι, γυναικας μὲν ἀνδρείους χιτῶσι καὶ χλαμύσιν, ἀνδρας δὲ πέπλοις γυναικῶν παῖ καλύπτραις ἀμφιενύντες. Ἐπανορθούμενοι δὲ τὴν ὀλιγανδρίαν, οὐχ (ὡς Ἡρόδοτος ἰστορεῖ) τοῖς δούλοις, ἀλλὰ τῶν περιοίκων ποιησάμενοι πολίτας τοὺς ἀρίστους, συνώκισαν τὰς γυναῖκας· ἐδόκουν δὲ καὶ τούτους ἀτιμάζειν καὶ περιορᾶν ἐν τῷ συγκαθευδεῖν, ὡς χείρονας. Ὅθεν ἔθεντο νόμον τὸν κελεύοντα, πύγωνα δεῖν ἐχρούσας συναναπαύεσθαι τοῖς ἀνδράσι τὰς γεγαμημένας. Cf. Müller. Dor. I, p. 173.

ΠΕΡΙ ΟΣΙΩΝ.

5.

Plutarchus De Is. et Osir. c. 35 : Ἀ δ' ἐμφανῶς

3.

Ita iratus erat Juppiter, ut fulmen penitus trajiceret per ambas mamillas vel per ambo latera, aut per ipsum Æsculapium atque eum quem sanaverat, adeo ut et Æsculapius et is quem in vitam revocaverat, interfectus sit. Socrates vero Æsculapium et magistrum ejus Chironem interfectum esse dicit. Huic vero nemo ullus suffragatur.

3 a.

Hesiodus Europæ filium esse Sarpedonem dicit, ut Helianicus. Sunt vero qui eum Lycasti et Idæ Coryhante natæ esse filium, sicuti etiam Minoem et Rhadamanthum, tradant. Inter eos est Socrates in Argolicis.

4.

Inter res a mulieribus publice præclare gestas, nullum illustrius exstat facinus certamine, quod Argivæ pro patria adversus Cleomenem, Telesillæ poetriæ hortatu, obierunt. Hanc ferunt nobili ortam familia, quum esset corpore morbis obnoxio, deos de paranda bona valetudine consuluisse : oraculoque monitam ut Musas coleret, deæ obtemperasse, studiumque in carmina et harmoniam collocasse : et quum morbo brevi liberata esse, tum ob poeticam in admiratione mulieribus fuisset. Quum Cleomenes Spartæ rex, multis Argivorum occisis (fabula est quod quidam numerum eorum perhibent septies milenos, septingenos, septagenos et septem),

ad ipsam urbem duceret, impetus et divinitus quædam injecta audacia mulieres quæ ætate integra essent, excitavit ad propulsandos a patria hostes. Proinde Telesilla duce arma capiunt, propugnacula occupant, muros corona cingunt, non sine admiratione hostium. Ac Cleomenem quidem repulerunt, multos suorum desiderantem : alterum regem Demaratum, ut Socrates ait, qui in urbem pervenerat, et Pamphyliacum occupaverat, vi exturbant. Hoc modo urbe servata, mulieres quæ in pugna ceciderant, in via Argiva sepultæ sunt a civibus : superstitionibus autem præmium virtutis dedicatio Martis concessa est. Pugnatum alii septima die, alii ipso in novilunio tradunt mensis, qui nunc quartus, olim Hermæus, id est Mercurialis, apud Argivos dicitur. Ea die etiam hodie Hybristica (id est Contumeliosa) sacra agunt, mulieres virilibus tunicis et lænis, viros muliebribus vittis ac velis vestientes. Virorum penuriam ut resarcirent, mulieres non, ut Herodotus narrat, servis, sed vicinorum optimis in civitatem receptis conjunxerunt : quos illæ videbantur contemnere et ignominia afficere in concubitu, ut se deteriores. Itaque legem posuerunt, quæ nuptas barbam jubebat habere quando cum viris concumberent.

DE SACRIS.

5.

Quæ palam faciunt sacerdotes, dum Apidis cadaver

δρῶσι θάπτοντες τὸν Ἄπιν οἱ ἱερεῖς, δταν παρακομίζωσιν ἐπὶ σχεδίας τὸ σῶμα, βακχείας οὐδὲν ἀποδεῖ. Καὶ γὰρ νεβριδᾶς περικαθάπτονται, καὶ θύρσους φοροῦσι, καὶ βοαῖς χρῶνται καὶ κινήσσειν, ὥσπερ οἱ κάτοχοι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς. Διὸ καὶ ταυρόμορφα Διονύσου ποιοῦσιν ἀγάλματα πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων· αἱ δ' Ἡλείων γυναῖκες καὶ παρακαλοῦσιν εὐχόμεναι, ποδὶ βοεῖν τὸν θεὸν ἔλθειν πρὸς αὐτάς. Ἀργεῖοις δὲ βουγενῆς Διόνυσος ἐπὶ κλην ἐστίν· ἀνακαλοῦνται δ' αὐτὸν ὑπὸ σαλπίγγων ἐξ ὕδατος, ἐμβάλλοντες εἰς τὴν ἄβυσσον ἄρνα τῶν πυλαρχῶν. Τὰς δὲ σάλπιγγας ἐν θύρσοις ἀποκρύπτουσιν, ὡς Σωκράτης ἐν τοῖς Περὶ Ὀσιῶν εἴρηκεν. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ τὰ Τιτανικά, καὶ νῦν τελεία τοῖς λεγομένοις Ὀσίριδος διασπασμοῖς, καὶ ταῖς ἀναβιώσεσι καὶ παλιγενεσίαις· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ταφάς. Αἰγύπτιοι τε γὰρ Ὀσίριδος παρακαλοῦσιν ὡς ἔρηται, δεικνύουσι, καὶ Δελφοὶ τὰ τοῦ Διονύσου λείψανα παρ' αὐτοῖς παρὰ τὸ χρηστῆριον ἀποκεῖσθαι νομίζουσι· καὶ θύουσιν οἱ Ὅσιοι θυσίαν ἀπόρρητον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, δταν αἱ θυιάδες ἐγείρῃσι τὸν Αἰκνίτην.

Ad eundem locum Socratis respicit Plutarchus in *Quæst. Gr.* c. 36 : Διὰ τί τὸν Διόνυσον αἱ τῶν Ἡλείων γυναῖκες ὑμνοῦσαι παρακαλοῦσι βοεῖν ποδὶ παραγίνεσθαι πρὸς αὐτάς; Ἐγεί δ' οὕτως ὁ ὕμνος· Ἐλθεῖν, ἥρω Διόνυσε, ἅλιον ἐς ναὸν ἄγνόν, σὺν χαρίτεσσιν ἐς ναὸν τῷ βοεῖν ποδὶ θύων. Εἴτα δις ἐπάδουσιν· Ἀξιε ταῦρε ! • Πότερον ὅτι καὶ βουγενῇ προσαγορεύουσι καὶ ταῦρον ἔνιοι τὸν θεόν; Cf. Müller. *Min.* p. 456.

6.

Idem *Qu. Rom.* c. 52 : Ἀργεῖους δὲ Σωκράτης φησὶ τῇ Εἰλειθυῖᾳ κύνα θύειν διὰ τὴν βραστὴν τῆς λοχείας. Cf. Welcker. *Trilog.* p. 239.

rate advectionem sepeliunt, nihil distant a Bacchi sacrificio : quippe et hinnuleorum pelles circum appendunt, et thyrsos gestant, iisque utuntur clamoribus et motibus, quibus Bacchico furore correpti dum orgia peragunt. Ea de causa plerique Græcorum Bacchi simulacra faciunt tauri forma : et Eleorum mulieres vota facientes precantur *ut ad se deus veniat bubulo pede* : et Argivis Bacchus est bovigena, et evocant eum tubis ex aqua, Janitorem in abyssum injicientes, et tubas inter thyrsos occultant, ut Socrates scripsit in libris De Sacris. Conveniunt et Titanica, et nox quæ perfecta dicitur, his quæ dicuntur de discripto Osiride et rediivo ac renato; necnon et sepultura. Nam et Ægyptii multis in locis sepulcrum Osiridis monstrant, ut supra ostendimus : et Delphi reliquias Bacchi apud se juxta oraculum sitas putant, arcanumque sacrificium Hosii in fano Apollinis peragunt, quo tempore Thyiades Linitham (id Bacchi est nomen) excitant.

6.

Argivos Socrates ait canem Lucinæ rem sacram facere ob facilitatem pariendi.

7.

Idem *ib.* c. 25 : Ἐν δ' Ἀργεὶ λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν, ὡς Σωκράτης φησὶν, ὑδατόκλυστα.

8.

Plutarch. *Qu. Gr.* c. 25 : « Τίς ἀλάστωρ, ἀλιτήριος, παλαμναῖος; » Οὐ γὰρ πειστέον τοῖς λέγουσιν ἀλιτηρίους κεκλῆσθαι τοὺς ἐπιτηροῦντας ἐν τῷ λιμῷ τὸν ἀλοῦντα καὶ διαρπάζοντα· ἀλλ' ἀλάστωρ μὲν κέκληται ὁ ἄλστα καὶ πολὺν χρόνον μνημονευθεῖσθαι δεδρακώς· ἀλιτήριος δὲ, ὃν ἀλεύσασθαι καὶ φυλάξασθαι διὰ μοχθηρίαν καλῶς εἶχε. Ταῦτα, φησὶν ὁ Σωκράτης, ἐν διπθέραις γαλκαῖς γεγράφασιν.

In antecedentibus Plutarchus quærit : Τίς ὁ Μιξαρχαγέτας ἐν Ἀργεὶ, καὶ τίνες οἱ Ἑλάσιοι (c. 23); Τί τὸ παρ' Ἀργείοις λεγόμενον ἐγκνισμα (c. 24); De his procul dubio egerat Socrates Argivus, ex quo sua petiverit Plutarchus. Nec aliunde fluxerint c. 50 (Διὰ τί πρὸς τὸ τοῦ Ἀγνήνορος τέμενος τὰς δις προσελαύνοντες οἱ Ἀργεῖοι βιδάζουσιν;) et c. 51 (Διὰ τί Βαλλαχράδας ἑαυτοὺς Ἀργείων παῖδες ἐν ἐορτῇ τινα παίζοντες ἀποκαλοῦσιν;).

ΠΡΟΣ ΕΙΔΟΘΕΟΝ.

9.

Schol. *Apoll. Rhod.* I, 1207 : Σωκράτης ἐν τῷ Πρὸς Εἰδόθεόν φησι τὸν Ἰλᾶν ἐρώμενον Πολυφῆμου, καὶ οὐχ Ἡρακλέους, γενέσθαι. Ead. *Eudoc.* p. 410.

10.

Idem *ib.* I, 40 : Τὸν Πολύφημον Ἑλάτου παῖδα εἶπεν Ἀπολλώνιος. Σωκράτης δὲ καὶ Εὐφορίων Ποσειδῶνος. Libri Ἰσοκράτης; correxit Toup. ad schol. Theocr. XIII, 7. Cf. Meinek. *Euphor.* p. 175.

7.

Socrates scribit Argis in luctu albas geri vestes aqua elutas.

8.

Quid significant Alastor, Aliterius, Palamænus? Non enim fides habenda est aliterios dictos perhibentibus qui famis tempore observant molentes (hos Græci vocant *aluntas*) et farinam diripiunt. Verum est *Alastor* qui perpetravit *alasta* (id est oblivioni nunquam mandanda) et diuturnam habitura memoriam. *Aliterius*, quem vitare (*aleuasthæ*) ob improbitatem convenit. Hæc Socrates ait in tabulis æreis inscripta fuisse.

AD IDOTHEUM.

9.

Socrates in libro Ad Idotheum Hylam Polyphemi, non vero Herculis amasium fuisse dicit.

10.

Polyphemum Apollonius Eliati. Socrates vero et Euphorion Neptuni filium fuisse dicunt.

11.

Schol. Theocrit. XIII, 7 : Τὸν Ὑλαν Σωκράτης υἱὸν Ἡρακλέους φησίν.

12.

Schol. Pindar. Isthm. III, 104 : Σωκράτης δὲ ὑπὸ Αὐγέου φησὶν αὐτοὺς (Herculis e Megara liberis) δολοφονηθῆναι. Cf. fr. Lysimachi ex h. l.

13.

Schol. Eur. Phœn. 45 : Τὴν δὲ Σφίγγα οἱ μὲν λέγουσιν ἔχειν πρόσωπον παρθένου, στῆθος δὲ καὶ πόδας λέοντος, πτερὰ δὲ ὄρνιθος· Σωκράτης δὲ αὐτὴν φησι χρησμολόγον δύσγνωστα μαντευομένην· ἅπρη ἀγνοοῦντες οἱ Θηβαῖοι καὶ ἐναντίως αὐτοῖς χρώμενοι ἀπώλοντο. Ἀσκληπιάδης δὲ κτλ. Taur. codex : ὡς Κράτης.

14.

Suidas v. Χιάζειν. Vide Aristoxeni fragm. 51, tom. II, p. 285. Pro Σωκράτης ibi vulgo legitur Ἰσοκράτης ἐν τοῖς Πρὸς Εἰδόθεον, quod correxit Fabricius B. Gr. IV, p. 286.

SOCRATES COUS.

ΕΠΗΚΛΗΣΕΙΣ ΘΕΩΝ.

15.

E LIBRO SEXTO.

Athenæus III, p. 111, B : Σωκράτης ἐν ἔκτῳ Ἐπικλήσεων τὸν ὀβελίαν φησὶν ἄρτον Διόνυσον εὐρεῖν ἐν ταῖς στρατείαις.

15 a.

Schol. Apoll. Rhod. I, 966, de Apolline ἐχθασιῶ. Vide Deiochi fr. 3, tom. II, p. 17.

11.

Hylam Socrates filium Herculis fuisse dicit.

12.

Socrates ab Augea Herculis et Megaræ filios dolo interfectos esse refert.

13.

Sphingem alii faciem virginis, pectus pedesque leonis, alas avis habuisse dicunt; Socrates vero eam fuisse ait fatidicam indigenam, quæ perobscura vaticinata sint. Hæc non intelligentes Thebani et contraria iis agentes perierunt.

DE DEORUM COGNOMINIBUS.

15.

Socrates sexto libro De (deorum) cognominibus ait obeliam panem a Baccho in militaribus expeditionibus esse inventum.

16.

E LIBRO DUODECIMO.

Suidas : Κυνήσιος, Ἀπολλων Ἀθήνησιν οὕτω λεγόμενος, ὃν ἰδρύσατο Κύνιος, Ἀπολλωνος καὶ Παρνηθίας νύμφης, ὡς Σωκράτης ἐν 16'. *** θεμένης τῆς Λητοῦς τὰ βρέφη ὑπὸ κυνῶν ἀρπασθῆναι· τοῦ κυνηθμοῦ γὰρ αἰσθομένους κύνας καὶ ποιμένας ἀνασῶσαι τῇ μητρὶ· ὀνομασθῆναι οὖν ἐν Ὑμετῶ ἀπὸ τῶν κυνῶν.

Κυνήσιος] sic vulg. Κύνειος cod. A. et Phot. Κύνιος ap. Polyb. 32, 25, 12. Κύνιος, Ἀπολλωνος ἐπιθετον Hesych. Ἀπολλωνος Κυνει[ου] in lapide Corinthio ap. Bœckh. C. I. I, p. 573; hæc vera forma, ut videtur. Cf. Hesych. v. Κυνίδαί, γένος Ἀθήνησιν, ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κυνίου Ἀπολλωνος. V. Dindorf. in Steph. Thes. s. h. v. — Quæ sequuntur (e Socrate?) manca sunt. — ἀρπασθῆναι κτλ.] Photius : ἀρπασθῆναι τοῦ κυνέειν· τοὺς γὰρ αἰσθανομένους. « An rescribendum τοῦ κν. γ. ἀ. τῆς κυνὸς τοῦς π. etc. Tamen ne sic quidem hæc pro integris habenda sunt. » Hemsterh. De re cf. Müller. Dor. I, p. 247. Cf. Crates Athen. fr. 2.

ΠΕΡΙ ΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΟΠΩΝ ΚΑΙ ΠΥΡΟΣ
ΚΑΙ ΛΙΘΩΝ.

17.

Athenæus IX, p. 388, A : Σωκράτης δ' ἐν τῷ Περὶ ὀρῶν (ὄρων vgo) καὶ τόπων καὶ πυρὸς (ποταμῶν?) καὶ λίθων, « Ἐκ τῆς Λυδίας μετακομισθέντες (φησὶν) εἰς Αἴγυπτον οἱ ἄτταγαί, καὶ ἀφελθέντες εἰς τὰς ὕλας, ἕως μὲν τινὸς ὄρνυτος φωνὴν ἀφίσταν, ἐπεὶ δὲ τοῦ ποταμοῦ κοίλου ῥυέντος λιμὸς (λοιμὸς Ἄλιαν.) ἐγένετο, καὶ πολλοὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἀπώλλυντο, οὐ διέλιπον σαφέστερον τῶν παίδων τῶν τρανοτάτων ἕως νῦν λέγοντες, τρεῖς τοῖς κακούργοις κακά. Συλλή-

16.

Cynneus Apollo Athenis sic dictus, cujus fanum dedicavit Cynnus, Apollinis et Parnethiæ nymphæ filius, ut scribit Socrates libro XII.... Quum Latona infantes (in Hymetto) deposuisset, eos raptos esse a canibus (a lupis?), verum audito vagitu canes et pastores matri eos restituisse. Quare in Hymetto Apollo a canibus nomen habet.

DE MONTIBUS ET LOCIS ET IGNE (?)
ET LAPIDIBUS.

17.

Socrates in libro De montibus et locis et igne et lapidibus scribit : « Ex Lydia in Ægyptum translati attagenes, ac deinde in silvas dimissi, coturnicis vocem aliquamdiu ediderunt : sed quum aliquando fluvius humilior fluxisset, fames [pestis] secuta est, quæ multos terræ incolae perdidit; ex eo non cessarunt usque ad hunc diem voce magis distincta, quam qua utuntur planissime loquentes pueri, ca-

32.

φθίντες δὲ οὐ μόνον οὐ τιθασεύονται, ἀλλ' οὐδὲ φωνῆν ἔτι ἀφίπαι. Ἐὰν δὲ ἀφεθῶσι, φωνήεντες πάλιν γίγνεται. » Cf. Ælian. H. an. XV, 17.

18.

Schol. Apoll. Rh. IV, 973 : Ὁρείχαλκος. Ἄλλοι δὲ ἀνδριαντοποιοῦ λέγουσιν ὄνομα, ὡς Σωκράτης καὶ Θεόπομος ἐν κε'.

Apud Plutarchum Parall. min. c. 18 pro Σωκράτης ἐν β' Ὁρακικῶν ex Stobæo Flor. VII, 16 reponendum Σωσικράτης. — Subjicio grammatica hæcce : Etym. M. p. 389, 18 : Εὐβοίς : Τὰ εἰς εὐς ἐθνικὰ, εἰ μὲν ἔχουσι προηγούμενον σύμφωνον, εἰς ις ποιοῦσι τὸ θηλυκόν· ὅσον Ἀλεξανδρεὺς, Ἀλεξανδρὶς γυνή..., εἰ δὲ φωνῆν, εἰς ας, Ἰλιεύς, Ἰλιάς. Οὕτω Ὀρος. Ὁ δὲ γραμματικὸς Σωκράτης ἀντιλέγει, ὅτι ἰδοὺ τὸ Εὐβοεὺς προηγούμενον ἔχει φωνῆν, καὶ ἔστι Εὐβοῖς γυνή. Schol. Aristoph. Eq. 963 : Παρὰ δὲ τοῖς κομικοῖς μὲν ἡ γῆς ὁ μοχλῆρὸς, γόης. Οὕτω Σωκράτης. Valckenar. ad Eur. Phœn. 47 voluit : Οὕτως δὲ Κράτης.

SOSANDER.

Apud Marcianum (vel Minippum) Peripl. p. 157 ed. Hoffm. inter geographos recensetur Σώσανδρος ὁ κυβερνήτης, τὰ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν γράψας. Novimus Onesicritum gubernatorem, non item Sosandrum. Fortasse corrupta vox est.

SOSICRATES.

Sosicrates, probatus de rebus Cretensium auctor (fr. 1 et 2), Apollodoro antiquior fuit (v. fr. 2). Accuratus ætas ejus constitui posset, si pro explorato ponere liceret, Κρητικῶν scriptorem eundem esse cum *Sosicrate Rhodio* (fr. 19) qui De philosophorum successionibus opus concinnavit. Is enim Hermippo Callimacheo, cujus testimonio utitur

nere, τρεῖς τοῖς κακούργοις κακά (id est, *ter improbis mala*). Hi si capiuntur, non modo non cicurantur, sed ne vocem quidem amplius emittunt : sin dimittantur, rursus fiunt vocales.

18.

Orichalcus. Alii hoc statuarii nomen esse aiunt, ut Sosicrates et Theopompus libro vicesimo quinto.

CRETICA.

2.

Magnitudinem Cretæ Sosicrates, quem res hujus insulæ accurate exponere Apollodorus ait, ita definit, ut longitudo sit stadiorum his mille trecentorum et amplius, latitudo

(fr. 16), fuit junior. Itaque Sosicrates inter Hermippum et Apollodorum medius floruisse censendus foret sub Ptolemæo Epiphane (205-181). Sed incerta hæc. Σωσικράτης nomen in Σωκράτης abiit fr. 5 et 8 (*).

KPHTIKA.

1.

Diodorus V, 80, 4, in narratione de Cretensium mythologumenis historiaque antiquissima secutum sese ait Epimenidem theologum, Dosiadem, *Sosicratem*, Laosthenidem, quippe quos fide dignissimos habuisset.

2.

Strabo X, p. 475 : Μέγεθος δὲ (sc. τῆς Κρήτης) Σωσικράτης μὲν, ὃν φησιν ἀκριβοῦν Ἀπολλόδωρος τὰ περὶ τὴν νῆσον, ἀφορίζεται, μήκει μὲν πλείονων ἢ δισχιλίων σταδίων καὶ τριακοσίων· πλάτει δὲ οὐ κατὰ τὸ μέγεθος· ὥσθ' ὁ κύκλος γένοιτ' ἂν πλέον ἢ πεντακισχίλιοι στάδιοι.

3.

E LIBRO PRIMO.

Apostolius Prov. VII, 37 : Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Δουλόπολις, ὡς Σωσικράτης ἐν τῇ α' τῶν Κρητικῶν. Eadem Suidas v. Δούλων πόλις. Cf. Theopompi fr. 122. Steph. Byz. s. v. : Φασι καὶ κατὰ Κρήτην Δουλόπολιν εἶναι χιλιάνδρον. Müller. *Dor.* I, p. 255.

4.

EX EODEM LIBRO.

Athenæus VI, p. 261, E : Σωσικράτης δ' ἐν πρώτῳ Κρητικῶν ἰδίῳν τί φησι περὶ τοὺς Φαιστίους ὑπάρχειν. Δοκοῦσι γὰρ ἀσκεῖν ἐκ παιδαρίων εὐθὺς τὸ γέλοιον λέγειν· διὸ καὶ συμβέβηκεν αὐτοὺς ἀποφθέγγεσθαι πολυλάκις εὐκαίρως, διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς συνήθειαν. Ὡστε πάντας τοὺς κατὰ Κρήτην τούτοις ἀνατιθέναι τὸ γέλοιον.

(*) Inter reliquos Sosicrates h. l. notandi *S. Phanagorita* Ἡοίων auctor (Athenæus XIII, p. 590, B.); *S. comicus* (ibid. I, p. 31, E; XI, p. 474, A); *Sosicrates orator* (Rutil. Lup. I, 9, ubi v. Ruhnck.); *S. Cysicenus* (v. fr. 9).

vero non pro ratione longitudinis : adeo ut circuitus Cretæ fiat major quinquies mille stadiis.

3.

In Creta quoque est Dulopolis (*Servorum urbs*), ut Sosicrates ait libro primo Rerum Creticarum.

4.

Sosicrates primo libro Rerum Creticarum proprium aliquid habere ait Phæstios. Dicuntur enim jam a pueris ad dicenda ridicula exerceri : quare sæpe accidit, ut salsum aliquid et acutum opportune respondeant, propter usum ab ineunte ætate contractum. Itaque his Cretenses omnes hoc tribuunt, quod in ridicule dictis excellant.

5.

E LIBRO SECUNDO.

Schol. Aristoph. Av. 521: Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν', δταν ἐξαπατᾷ τι] "Οτι [lege Oū. *Dübner.*] Πρῶτοι οἱ Σωκρατικοὶ ἐπετήδευσαν οὕτως ὀμνύναι. Σωσικράτης γὰρ ἐν τῷ β' τῶν Κρητικῶν οὕτως φησί· « Πάδαμανθος δὲ δοκεῖ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν δικαιοτάτος γεγενῆσθαι πάντων ἀνθρώπων. Λέγεται δὲ αὐτὸν πρῶτον οὐδένα ἔαν ὄρκους ποιῆσθαι κατὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' ὀμνύναι κελεύσαι χῆνα καὶ κύνα καὶ κριὸν καὶ τὰ ὅμοια. »

« Σωσικράτης Küsterus [et Meursius]. Legebatur Σωκράτης, hic et ap. Zenob. Prov. V, 81 (ubi eadem brevius). » DINDORF. Idem ex Zenobio ἐν τῷ β' scripsit pro vulg. ἐν τῷ ιβ', laudatque de Sosicrate Hemsterhusium in Anecd. vol. I, p. 197 et Geelium in Bibl. crit. nova vol. I, p. 62. Cf. Apostol. XVII, 7; schol. Platon. p. 331 Bekker.; Eustath. ad Hom. p. 1871, 4; Hœck. in *Creta* II, p. 198.

6.

Athenæus VI, p. 263, F. Fragmentum libri quarti. V. Dosiadæ fr. 2, p. 399.

7.

Athenæus XIII, p. 561, E: Λακεδαιμόνιοι δὲ πρὸ τῶν παρατάξεων Ἐρωτι προθύονται, ὡς ἐν τῇ τῶν παραταττομένων φιλικῇ κειμένῃ τῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης. Καὶ Κρητὲς δ' ἐν ταῖς παρατάξεσι τοὺς καλλίστους τῶν πολιτῶν κοσμήσαντες, διὰ τούτων θύουσι τῷ Ἐρωτι, ὡς Σωσικράτης ἱστορεῖ.

8.

Schol. Eur. Hippol. 47: Πάσαις ταῖς ἀφ' Ἡλίου γενομέναις ἐμήνισεν Ἀφροδίτη διὰ τὴν μηνυθεῖσαν αὐτῆς ὑφ' Ἡλίου μοιχείαν. Τὴν οὖν Παισιφάνην οὐ μόνον τοῦ ταύρου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Μίνως ἐρασθῆναι φασιν, ὡς ἱστορεῖ Σωσικράτης. Codd. Σωκράτης; em. Barnesius.

5.

Sosicrates libro secundo Rerum Creticarum ita habet: « Rhadamanthys in regno succedens omnium hominum iustissimus fuisse videtur. Is primus fertur vetasse, ne quis per deos juraret, sed jussisse per anserem jurare vel per canem, arietem et alia ejusmodi. »

7.

Lacedæmonii priusquam prælia ineunt, Amori sacra faciunt, in eorum qui una in acie stant amicitia salutem victoriamque positam existimantes. Et Cretenses, quum aciem instruunt, formosissimos civium exornant, et per hos Amori sacrificant, ut Sosicrates tradit.

8.

Omnibus Solis posteris Venus irascebatur quod adulte-

9.

Fulgentius Planciad. De vocib. antiq.: *Nesfrendes*: *Diophantus Lacedæmonius*, qui *De sacris deorum scripsit*, ait, *apud Athenas Marti solere sacrificari sacrum, quod Ἐκατομφόνια appellatur; si quis enim centum hostes interfecisset, Marti de homine sacrificabat apud insulam Lemnum; quod sacrificatum est a duobus, Aristomene Gortynensi et Theocle Elæo, sicut Sosicrates scribit.*

Cf. Pausan. IV, 19, 2. Müller. *Dor.* I, 142. Hæc Creticorum auctori vindicanda esse probabile est propter Aristomenem Gortynensem. Quamquam idem Fulgentius in *Myth.* II, 14 alium *Sosicratem* laudat, *Cyzicenum*. *Collecta pecuniarum suarum summa*, ait, *ut Sosicrates Cyzicenus in libris Historiæ scribit, omni censu suo Mida rex Pactoli fluvium, qui in mare decurrere solitus erat, per innumerales meatus ad irrigandam provinciam derivavit, suaque expensa avaritia fluvium fertilem reddidit. Mida enim græce quasi μηδὲν εἶδων, id est nihil sciens. Avarus enim tantum stultus est, ut sibi prodesse non norit.*

SOSICRATES RHODIUS.

ΔΙΑΔΟΧΑΙ.

10.

Diog. L. I, 38, de Thalete: Ἐτελεύτησε δ' ἐτῶν ἑβδομήκοντα ὀκτὼ, ἧ, ὡς Σωσικράτης φησιν, ἐν ἐνέκοντα. Τελευτῆσαι γὰρ ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ὁγδόης Ὀλυμπιάδος, γεγονότα κατὰ Κροῖσον, ᾧ καὶ τὸν Ἄλυν ὑποσχέσθαι ἀνευ γεφύρας περᾶσαι, τὸ βεῖθρον παρατρέψαντα.

11.

Idem I, 49, de Solone: Τοῦ δὴ λοιποῦ προσεῖχον αὐτῷ ὁ δῆμος καὶ ἡδέως καὶ τυραννεῖσθαι ἤθελον ὑπὸ

rium ejus a Sole patefactum esset. Pasiphaë igitur non tauri (*Minois*?) solum sed *Minois* (*tauri*?) etiam anorem iniecit, ut memorie mandavit Sosicrates.

PHILOSOPHORUM SUCCESSIONES.

10.

Thales mortuus ætatis anno septuagesimo, vel, ut Sosicrates ait, nonagesimo: quinquagesima quippe et octava Olympiade esse defunctum. Cræsi vero vixisse temporibus, cui etiam pollicitus esset Halyn fluvium sine ponte trajicere, averso flumine.

11.

Ex eo jam tempore Solon plebis in se animos ita converterat, ut sibi illum omnes uno animo imperare cuperent. Eis vero ille tantum abfuit ut acquiesceret, ut, auctore

αὐτοῦ· ὁ δὲ οὐχ εἴλετο, ἀλλὰ καὶ Πεισίστρατον τὸν συγγενῇ, καθά φησι Σωσικράτης, προαισθόμενος τὸ ἐφ' ἑαυτῷ διεκώλυσεν. Ἄξας γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν μετὰ δόρατος καὶ ἀσπίδος προεῖπεν αὐτοῖς τὴν ἐπιθεσιν τοῦ Πεισιστράτου· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοηθεῖν ἔτοιμος εἶναι, λέγων ταῦτα· « Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν μὲν σοφώτερος, τῶν δὲ ἀνδρειότερός εἰμι· σοφώτερος μὲν τῶν τὴν ἀπάτην τοῦ Πεισιστράτου μὴ συνιέντων, ἀνδρειότερος δὲ τῶν ἐπισταμένων μὲν, διὰ θεός δὲ σιωπώντων. » Καὶ ἡ βουλὴ, Πεισιστρατίδαι ὄντες, μαίνεσθαι ἔλεγον αὐτόν· ὅθεν εἶπε ταυτί·

Δεῖξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαῖος χρόνος ἀστοῖς,
δεῖξει, ἀληθείης ἐξέσσης ἐρχομένης.

Τὰ δὲ περὶ τῆς τοῦ Πεισιστράτου τυραννίδος ἐλεγεία προλέγοντος αὐτοῦ ταῦτα ἦν·

Ἐκ νεφελῆς φέρεται χιόνος μένος ἢ δὲ χαλάζης·
βροντὴ τ' ἐκ λαμπρῆς γίγνεται ἀστεροπῆς·
ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὀλλυται· ἐς δὲ μονάρχου
δῆμος αἰδρεῖται δουλοσύνην ἔπασεν.

Ἡδὴ δὲ αὐτοῦ κρατοῦντος οὐ πείθων ἔθηκε τὰ δπλα πρὸ τοῦ στρατηγίου καὶ εἰπὼν, « ὦ πατρίς, βεβοήθηκά σοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, » ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον καὶ εἰς Κύπρον, καὶ πρὸς Κροίσον ἦλθεν.

12.

Idem I, 68, de Chilone : Γέγονε δὲ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν πέμπτην Ὀλυμπιάδα. Παμφίλῃ δὲ φησι κατὰ τὴν ἑκτὴν· καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου, ὥς φησι Σωσικράτης.

13.

Idem I, 75, de Pittaco : Τότε δ' οὖν τὸν Πιττακὸν ἰσχυρῶς ἐτίμησαν οἱ Μυτιληναῖοι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐνεχείρισαν αὐτῷ. Ὁ δὲ δέκα ἔτη κατασχὼν καὶ εἰς τάξιν ἀγαγὼν τὸ πολίτευμα, κατέθετο τὴν ἀρχὴν, καὶ δέκα ἐπεβίω ἄλλα. Καὶ χώραν αὐτῷ ἀπένειμαν οἱ Μυτιληναῖοι· ὁ δὲ ἱερὰν ἀνῆκεν, ἥτις νῦν Πιττάκειος καλεῖται. Σωσικράτης δὲ φησιν ὅτι ὀλίγον ἀποτερόμενος ἔρη τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πλεῖον εἶναι.

14.

Idem I, 95, de Periandro : Σωσικράτης δὲ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἐνὶ, πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐνάτης Ὀλυμπιάδος.

15.

Idem I, 101, de Anacharsi : Λέγει δὲ αὐτὸν Σωσικράτης ἔλθειν εἰς Ἀθήνας κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἐβδόμην Ὀλυμπιάδα, ἐπὶ ἀρχοντος Εὐκράτους.

16.

Idem I, 106, de Mysone : Μύσων Στρώμωνος, ὡς φησι Σωσικράτης, Ἑρμιππον παρατιθέμενος, τὸ γένος Χηνεὺς, ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταικῆς ἢ Λακωνικῆς, σὺν τοῖς ἐπτά καταριθμεῖται. Λέγεται δὲ πρὸς τινος (τινῶν?) Ἀναχάρσιδος πυθανομένου εἰ τις αὐτοῦ σοφώτερος εἴη, τὴν Πυθίαν εἰπεῖν ἅπερ προείρηται ἐν τῷ Θαλοῦ βίῳ ὑπὲρ Χεῖλωνος·

Οἰταῖον τινὰ φημι Μύσων' ἐνὶ Χηνὶ γενέσθαι
σοῦ μᾶλλον πραπίδεςσιν ἀρηρότα πευκαλίμῃσι.

Sosicrate, Pisistratum quoque propinquum suum, quum sibi tyrannidem parare intelligeret, quantum in se fuit, prohibuerit. Nam quum in concionem prouulisset hasta armatus et clypeo, Pisistrati insidias et improbos conatus ipsis aperuit : neque id solum, verum et iuvare paratum sese asseveravit, « Viri, inquit, Athenienses, aliis ego sapientior, aliis vero fortior sum : sapientior quidem illis, qui Pisistrati conatus non animadvertunt ; fortior autem iis qui sciunt quidem illos, sed metu silent. » Senatus vero, qui studeret Pisistrato, insanire illum proclamabat. Itaque ille hac dixit :

Noscetur mea post paullo vesania civi,
noscetur, veris in medium positis.

Elegi autem quibus Pisistrati tyrannidem prædixit, sunt hi :

Vis nivis et nebuloso agitur in æthere grando,
horrendum excutunt fulgura clara sonum :
et cecidere viris persæpe potentibus urbes,
detrusa inque ferum plebs stolidæ imperium est.

Jam vero Pisistrato rerum potito, quum a proposito revocare non posset, ante curiam arma deposuit, dicens illud : « O patria, tibi equidem verbo et opere auxiliatus sum. » Inde profectus in Ægyptum navigavit atque in Cyprum, denique ad Cræsum pervenit.

12.

Chilo ephorus fuit Olympiade quinquagesima quinta ; Pamphila vero ait Olympiade quinquagesima sexta ; ac pri-

mum ephorum fuisse sub Euthydemo archonte ait Sosicrates.

13.

Hinc igitur Pittacum in summo honore Mytilenæ habuere, eique principatum tradiderunt, quem ille quum decem annis tenuisset ac rempublicam præclare constituisset, se ipsum sponte magistratu abdicavit. Decem inde alios supervixit annos, agrumque sibi a Mytilenæis permissum sacrauit, qui nunc Pittaceus dicitur. Sed Sosicrates ait eum partem exiguam sibi reservasse, et dixisse, dimidium plus toto esse.

14.

Sosicrates Periandrum ante Cræsum obisse diem asserit annis uno et quadraginta, ante quadagesimam novam Olympiadem.

15.

Sosicrates Anacharsin Athenas venisse ait Olympiade quadagesima septima, archonte Eucrate.

16.

Myson Strymonis filius, ut ait Sosicrates Hermippum testem citans, Chenensis genere e vico quodam Cetaico vel Laconico, septem sapientibus accensetur. Fertur a quibusdam, Pythiam, quum ab Anacharside quaereretur quisnam se esset sapientior, respondisse ut de Chilone prædiximus in Thaletis vita :

Cætæum quendam prognatum Chene Mysonem
te magis esse aiō rebus sublimibus aptum.

Πολυπραγμονήσαντα δὲ ἔλθειν εἰς τὴν κόμην καὶ εὐρεῖν αὐτὸν θέρους ἐγέτην ἀρότρω προσαρμόττοντα, καὶ εἰπείν, « Ἄλλ', ὦ Μύσων, οὐχ ὥρα νῦν ἀρότρου ». « Καὶ μάλα, » εἶπεν, « ὥστε ἐπισκευάζειν. » Ἄλλοι δὲ τὸν χρησμὸν οὕτως ἔχειν φασί· « Ἡτεῖόν τινά φημι. » καὶ ζητοῦσι τί ἐστὶν ὁ Ἡτεῖος. Παρμενίδης μὲν οὖν δῆμον εἶναι Λακωνικῆς, θένε εἶναι τὸν Μύσωνα. Σωσικράτης δ' ἐν Διαδοχαῖς, ἀπὸ μὲν πατρὸς Ἡτεῖον εἶναι, ἀπὸ δὲ μητρὸς Χηνέα. Εὐθύφρων δ' ὁ Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικῶ, Κρητὰ φησιν εἶναι. Ἡτεῖαν γὰρ πόλιν εἶναι Κρητῆς· Ἀναξίλαος δ' Ἀρκάδα.

17.

Idem VIII, 8, de Pythagora : Σωσικράτης δὲ ἐν Διαδοχαῖς φησιν αὐτὸν ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος τοῦ Φλιασίων τυράννου, τίς εἴη; Φιλόσοφος, εἰπεῖν.

18.

Idem II, 84, de Aristippo : Ἐνιοὶ δὲ καὶ Διατριβῶν αὐτόν φασιν ἔξ γεγραμέναι· οἱ δ' οὐδ' ὁλως γράψαι· ὧν ἐστὶ καὶ Σωσικράτης ὁ Ῥόδιος.

19.

E LIBRO TERTIO.

Idem VI, 13 : Πρῶτος (Antisthenes) ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα, καθά φησι Διοκλῆς, καὶ μόνῳ αὐτῷ ἔχρητο· βάκτρον τε ἀνέλαβε καὶ πῆραν· πρῶτον δὲ καὶ Νεάνθης φησὶν διπλῶσαι θοιμάτιον· Σωσικράτης δ' ἐν τρίτῃ Διαδοχῶν, Διδώρον τὸν Ἀσπένδιον καὶ πύγωνα καθεῖναι καὶ βάκτρῳ καὶ πῆρᾳ χρῆσθαι.

20.

εὐθὺς Exc.; dein Βασσιανῶ Suid. — καὶ ἀπλῶς] om. Suidas.

ένα τῶν ἀρχόντων, ὅτι « Τῷ κρείττονι ὑμῶν πέπομφα δῶρα· καὶ ἐγὼ μὲν σὲ οἰόμενος εἶναι τὸν κρείττονα διὰ σὲ τοῦτο ἔγραψα, ἕτερος δὲ τις ἀφείλετο ταῦτα βία λέγων ἐκεῖνος εἶναι κρείττων. Σπούδασον οὖν ὅτι σὺ πάντων ὑπερέχεις, καὶ λάβε τὰ ἀφαιρεθέντα τιμωρησάμενος αὐτὸν κατὰ λόγον. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσης, εὐδην δὲ ἔστιν ὁ μείζων, καὶ πάντως ἡμεῖς ἐκείνῳ προσκεισόμεθα, καὶ σὺ στερηθήσῃ τοσούτων. » Ταῦτα μαθὼν ὁ Οὐννος ἐκρότησε πόλεμον κατὰ τῶν ὁμοεικῶν. Καὶ οὕτως ἐπὶ πολὺ μαχόμενα ταῦτα τὰ ἔθνη ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλοντο.

218.

Ibid. : Ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως σὺν Οὐννοῖς ἐπτακισχιλίοις διαβὰς τὸν Ἰστρον Ζαθεργάν ἐγγὺς τῆς

βασιλίδος ἔφθασε λεηλατῶν τὰ μεταξὺ, ἅτε μὴ στρατιᾶς που φρουρούσης· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων [εἰς] ἑξακοσίας καὶ τεσσαράκοντα πέντε χιλιάδας μαχίμων ἀνδρῶν ὁ τῶν Ῥωμαίων ἐκορυφῶτο στρατός· Ἰουστινιανὸς δὲ μόλις εἰς ἑκατὸν καὶ πενήκοντα περιέστησεν. Ὡστε μὴδὲ δύνασθαι ἔξαρχεῖν ἐν τῇ Λαζικῇ καὶ Ἀρμενίᾳ καὶ Λιθύῃ καὶ Γόθοις καὶ Ἰταλίᾳ.

219.

Exc. De virt. p. 853 : Ὅτι εἶχε φίλην ὁ Φωκᾶς Καλλινίκην ἀπὸ προῖσταμένων. Ὁ αὐτὸς Φωκᾶς ὑπῆρχεν αἰμοπότης.

Τέλος τῆς ἱστορίας Ἰωάννου μοναχοῦ.

Fr. 217 et 218. Hæc duo fragmenta de rebus Justiniani ex Joannis Antiocheni Collectaneis affert Alemannus in Comment. ad Procop. Hist. arcan. p. 400 et 454 ed. Bonn. Sunt procul dubio Exc. περὶ ἐπιβουλῶν codicis Vaticani. De rebus cf. quæ monet Alemannus l. l. [Fr. 217, l. 4, ἵνα τοὺς μὲν scribendum videtur ἵν' αὐτὸς μὲν.]

ADDENDA ET CORRIGENDA.

VOLUMEN I.

PROLEGOMENA.

HECATÆUS. Pag. x, a, lin. 7. — *Idem cadit in Strabonis locum* (XII, p. 828 Alm., 550 Cas.) *ubi Hecatæus Xenocratis familiaris* (potius: *discipulus*) *fuisse dicitur.* Non Strabo, sed editores Strabonis errarunt. Etenim vulgo ap. Strab. legitur: τὴν Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου καὶ Μενεχράτους τοῦ Ἐλατίου, τῶν Ξενοκράτους γνωρίμων ἀνδρῶν. Quam lectionem in fragmentis Menecratis (tom. II, p. 342, fr. 3) ita mutavi ut pro ἀνδρῶν scriberem ἀνδρὸς, adeo ut unus Menecrates sit Xenocratis discipulus. Sic enim in tribus certe codicibus legi e Tzschuckio noveram. Nunc e Crameriana editione disco eandem lectionem, a Cramero quoque receptam, etiam in reliquis codicibus esse omnibus, exceptis duobus.

Ibid. in not. lin. penult. — Pro δ Κιττιεύς scribe: δ Κιττιεύς (deb. δ Σιγείεύς).

P. xi, a. — Commemoranda h. l. est inscriptio in Lero insula reperta, quam edidit Lud. Rossius (Inscr. gr. ined. fasc. 2, p. 68. an. 1842): [εὐ]νοία[ν] καὶ προθυμίαν δικαίαν παρε[χόμενος] ἐς τὴν νήσῳ κατοικοῦντας τῶν [πολ]ιτῶν δεδότηναι τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπ[ι]νησθαι Ἑκαταίων ὑπὸ τῶν οἰκητόρων τῶν ἐλ Λέρῳ [ἀ]ρετῆς ἕνεκα καὶ ἐπιμελείας, ἣν ἔχει περὶ αὐτοῦς ὑπάρχειν δὲ καὶ φιλίαν Ἑκαταίων πολλὴν καὶ εὐνοίαν παρὰ τῶν ἐν τῇ νήσῳ κατοικούντων καὶ αὐτῶ καὶ ἐκγόνοις· τὸ δὲ ψήφισμα τὸδε ἀν[αγράφ]αι ἐς στήλην λιθίνην καὶ στήσαι κατὰ τὴν ἀγορὰν, ὅπως [τ]αῦτα.... Demonstrare studet Rossius Lerum tunc non fuisse sui juris civitatem, sed cleruchiam Milesiorum. Quando et qua ratione in hanc redacta fuerit conditionem docere Herodotum (V, 125). Auctorem autem rei fuisse Hecatæum nostrum, quem tamquam οἰκιστὴν et πρόξενον cleruchi in insula honorarint. (Cf. etiam L. Ross. *Reisen in die gr. Inseln* II, p. 119.) Oblocutum his esse Gottfr. Heroldum in *Münchener Gel. Anzeigen* 1843, n. 158 sq. monet Creuzerus in *Wiener Jhrb.* tom. 106, p. 31.

P. xii, b, p. 21 sqq. — Tabulam geographicam, quam Aristagoras Cleomeni regi ostendit, ab Hecatæo delineatam fuisse, post Gronovium (ad Herod.

V, 49), Santo-Crucium (*Exam. crit. des hist. d'Al.* p. 662), Ukertum (*Geogr.* I, 1, p. 70) et Clausenium nuper etiam Rheinganum (*Gesch. der Erd-und Lænderabbildungen der Alten.* Jena 1839, I, p. 109) et Forbiger. (*Alt. Geogr.* II, p. 58) censuerunt.

Ib. lin. 42. — *ad insulanum quendam.* Ap. Athenæum pro Καλλίμαχος γὰρ νησιώτῳ αὐτὸ ἀναγράφει, probabiliter cum Dindorfio scribendum est Νησιώτῳ, cujus nominis proprii exempla habes ap. Boeckh. C. Inscr. II, n. 1930, 2655, nec non ap. Plinium in H. N. XXXIV, 8, 9 (ex cod. Bamberg.) et Lucian. Rhet. præc. c. 9; quibus locis itidem nomen proprium viri docti addubitant usque dum confirmaretur inscriptt. Atheniensibus, de quibus agitur in *Kunstblatt* 1836 N. 16; 1840, N. 17 et in *Pauly's Realencycl.* tom. II, p. 761 v. *Kritios*.

Ib. not. 1. — Dele verba: *Verum nescio etc...* continebat.

P. xvi, b, 31. — Fragmentum ex schol. Thucyd. petitum insere p. 26, post fr. 341.

XANTHUS. P. xx, b, lin. 12. — Pro: fr. 19 lege: fr. 102, p. 262. Quæ ibidem leguntur: *atque huic historiæ scribendæ auctorem fuisse* (Ephorus: Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκέναι), humanissimus censor, Creuzerus (in *Wien. Jhrb.* t. 106, p. 38) parum accurate dicta esse censet, idque merito. Sed de industria ambiguo sermone usus sum, nescius quippe quo potissimum sensu verba Ephori accipienda sint. Ad græca propius accedere licebat vertendo *ansam dedisse*, verum nihilo magis eo modo rem ipsam definiissem. Apponit Creuzerus verba Valckenarii De Aristobulo p. 65, ubi hæc: « Ἀφορμὴν εἰληφότες et ἀφορμηθέντες hinc illinc dicebantur, qui sua partim aliis debebant, sive ex aliorum scriptis derivarant; quique præbuerant aliis materiam, cujus ope potuerint eniti ad sua scribenda, ἀφορμὰς δεδωκότες ». Atque hoc sensu etiam Ephori verba de Xantho intelligenda esse Creuzerus cum Galeo et Larchero (ad Her. t. I, p. 381) censet, adeo ut materiam historiæ Lydiæ scribendæ a Xantho Herodotus acceperit. Contra ipse Valckenarius ad Herodot. p. 300 negat historiæ

patrem Lydica sua e Xantho mutuatum esse. « Quia in re, Creuzerus ait (Hist. ant. fr. p. 143), si probabiliter disputare licet, hactenus incautius iudicasse videtur criticus Batavus, quod nimium tribueret illi uni loco Dionysii, in quo discedens a Xanthi sententia Herodotus Tyrrenos Lydorum colonos facit. Potest enim fieri ut is in re quadam primaria diversa secutus sit, neque tamen in aliis rebus tradendis non ejusdem vestigia legerit. Namque lectitatum ab eo fuisse Xanthi scriptum vix dubitare licet cuiquam, qui meminerit, quod in Præfatione monuimus, eum in ipsis rebus Lydiis aliorum testimonia attigisse. Quidni igitur dicamus, si vere fuerunt illius Lydica, eadem in nonnullis ab ipso adhibita esse? » Verumenimvero tutius jam de re judicare licet, quæ in meras fere conjecturas hucusque retrusa erat. Nacti enim sumus Nicolai, quem Xanthi sectatorem in rebus Lydiis esse nemo nescit, fragmenta luculentissima de rebus Candaulis Gygisque, quæ ab Herodotea narratione tantopere discrepant, ut nihil inveniri possit dissimilius. Igitur e Xantho Herodotum materiam petiisse is demum contendere ausit, qui omnia hæc Dionysii Scytobrachionis sive Pseudo-Xanthi figmenta dixerit. Sed vix quemquam fore puto, qui indolem narrationis vere Lydicas traditiones sapere non agnoverit, quas a vetusto Xanthii opere acceptas Dionysius interpolaverit, ornaverit, partim etiam mutaverit, minime vero de suo omnes effinxisse sit censendus. Num igitur dixeris Xanthi exemplum Herodotum excitasse, ut ipse quoque historias scribendas susceperet; id vero ita eum fecisse, ut in minima illa operis sui parte, quæ de rebus Lydorum est, diversas prorsus traditiones adoptaret, nulla habita ratione Xanthi Lydi? Haud tu probaveris. Immo non noverit unquam Xanthum Herodotus, ut etiam nunc cum Dahlmanno statuo; Ephorus vero fabellam narraverit qualem alii narrarunt de Thucydide Herodotum audiente, et de Hellanico qui Hecataem apud Amyntam regem convenisse inepte fingitur. Nimirum priscis illis historicis idem prorsus accidit quod philosophis antiquissimis accidisse constat: quos singulos quum disciplinæ et successionis vinculis inter se conjungere senior ætas temere allaboraret, factum est ut historia eorum magna vi mendaciorum sit adulterata. (Cf C. Fr. Hermann. *Disput. De philosophorum ionicorum ætatibus*. Gœtting. 1849, p. 5 sq.)

Ibidem. — Inter eos, qui Xanthi meminerunt, omisi Solinum c. 42 ed. Steph.: *Ingenia Asiatica inclyta per gentes fuere... historiæ conditores Xanthus, Hecataeus, Herodotus, cum quibus Ephorus et Theopompus*.

HELLANICUS. Pag. xxv a, lin. 3. — Quodsi Hellanicum non Ol. 74, 3, ut ex conjectura posui, sed Ol. 75, 1, ipso illo anno, quo ad Salaminem Græci vicerunt, natum esse malueris, nihil refragor, neque ipse quidquam conjecturæ meæ tribuo. Simili modo Plutarchus De mal. Her. 39 Adimantum liberos Salaminæ victoriæ causa appellasse dicit Nausidicen, Acrothinium, Alexibiam, Aristæum, notante Krügero in *Leben des Thucyd.* p. 28.

Ibid. b, lin. 30. — *Appendix Deucalionæ fuisse videtur Asopis*.] Prellerus partem Troicorum fuisse statuit, collato Apollodoro; idque verum esse puto.

P. xxvii a, 6-12. — *Itaque quum etc.* Hæc deleas. Præ ceteris cum Hellanici opere genealogico conferri merentur Andronis Halicarnassensis Συγγένεια, quod opus simili modo adornatum fuisse per est probabile. Vid. tom. II, p. 346. — Ibid. lin. 34 pro *Callisthene* lege *Clisthene*.

P. xxix, b, 30. — Τῇν Χίου κρίσιν Prellerus partem Λεσθιακῶν fuisse censet. Res ambigua. — Ib. 36-38 dele verba: *accedit... verior sit*.

P. xxx, b, 18. — Pro *Ælii Severi* lege *Ælii Dii*. De loco Damasci quem in nota laudavi, v. Lobeck. Aglaopham. p. 340.

P. xxx, a, 35. — Orphica theologia Hellanici, quam nonnulli Hieronymo nescio cui (de Rhodio peripatetico cogitare noli) tribuisse videntur, vel quam Hieronymus exscripserat, non referenda est inter spuria Hellanici nostri opera, sed ad alium Hellanicum pertinet, ad eum, puto, cujus filius et ipse de Orpheo scripsisse dicitur. Contra vero Hellanico historico illa affingebantur opera, quæ sunt de Ægyptiis aliisque populis barbaris.

P. xxxi, a, 26. — *Libyorum*] 1. *Libyum*. — b, 38. *edidit, ut ita dicam, Hieronymus*] 1. *aliquis edidit, ut ita dicam*.

P. xxxiv, a, not. lin. 12 ab ima. — Lege: *pro ἐν ταῖς ἱστορίαις scribendum suspicatur ἐν ταῖς ἱεραῖαις*.

ACUSILAUS. Pag. xxxvii, b. De tabulis æneis cf. Nitzsch. Hist. Hom. p. 73. — Ibid. ad testimonia adde Menand. Περὶ ἐπιδείκτ. in Rhett. gr. tom. IX, p. 144 Walz.: Οἱ μὲν... καὶ τὰς γενεαλογίας μύθους εἶναι φασιν, ὅον, εἰ βούλει, δσα γε Ἀκουσιλειως καὶ Ἠσιόδοος καὶ Ὀρφεὺς ἐν ταῖς Θεογονίαις εἰρήκασιν.

ANTIOCHUS. Pag. xlv, not. 10 lin. ultim. pro *et Phot. Bibl.* lege: *in Phot. Bibl.* — Ceterum Antiochus, Μυθικῶν auctor, idem esse mihi videtur cum illo Antiocho, cujus Περὶ θεῶν opus laudat

Plutarchus in Lucull. c. 28 (v. locum in fragm. 8 Strabonis, tom. III, p. 492); unde colligas auctorem hunc Pompeii fere ætate vixisse.

PHILISTUS. Pag. XLV. Vit. Philisti, lin. 1. *Archimenedæ filius.*] Sic Hemsterhusius scripsit ad Pollucem X, 42, p. 1191. At Pausanias V, 23 6 (sic lege pro X, 23) habet Ἀρχομενίδου. Veram nominis formam dederit Suidas l. l., apud quem Philistus est Ἀρχωνίδου υἱός.

Pag. XLV, b, lin. 4, ab ultima. — Pro: *Ol.* 98, 4, lege: *Ol.* 98, 3 sec. *Diodorus* XV, 7. — In seq. pag. XLVII, a, lin. 15, calami lapsu scriptum est *Ol.* 103, 1 pro *Ol.* 98, 3. Ceterum de Diodori narratione ita habet Arnoldtius (*De Athana, Gumbinnæ* 1841, p. 14): « Diodori autem tota ea est narratio ut, etiamsi Philistum Leptinemque *Ol.* 98, 3 (386) et exterminatos esse et revocatos scribit, res tamen omnis redeat ad conjecturam. Nam ille, posteaquam XV, 6 et 7 generatim atque univarse de studiis poeticis locutus est, in quibus factum *Ol.* 97, 1 (392) per pacem Punicam otium Dionysius prior consumpserit, narrat deinde quam ægre tyrannus Philoxeni Platonisque reprehensionem tulerit, quoque furore etiam in proximos inter eosque in Leptinem fratrem et Philistum familiarem sævierit, ex quo carmina ejus Olympiæ turpiter ceciderint. Sed quanquam Diodorus hunc casum sub *Ol.* 98, 3, accuratius persecutus est, Dionysii prioris ista ignominia, etiamsi suo loco (XIV, 109) a Diodoro diserte non esset præmonitum, a nobis referri non posset nisi ad *Ol.* 98, 1 (388. V. Kayser. Hist. crit. tragg. gr. p. 263). Ac Plutarchus quidem pro irato percitoque tyranni animo ut certiore ita probabilior affert Philisti Leptinisque relegationis causam. Sed quoniam ex Diodoro illud saltem colligendum videtur, Dionysii iram, quum Leptinis et Philisti collusio detegeretur, nondum defervisse: bibliothecæ conditor, nisi forte is animi ardor per biennium tenuit, parum verisimili ratione viros illos non ante *Ol.* 98, 3 in exilium actos fecit. Nam qui Diodori mos est ut ad servandam narrationis perpetuitatem juxta ponat re nexa, temporibus discreta: Philistum Leptinemque quo anno in patriam reductos, eodem item exilio affectos videtur retulisse. Ac Leptinem quidem, ut qui recrudescente bello Punico *Ol.* 99, 2 in prælio ad Cronium commisso caderet (*Diod.* XV, 17; *Ælian.* V. H. XIII, 45; *Plutarch.* Mor. p. 738, B), revera circa illud tempus domum revocatum putem; de Philisti autem reditu ad Diodor. XV, 7 jam Weselingius dubitavit. Nam Diodori testimonium contra Plutarchi et Corn. Nepotis auctoritates eo

minus stabit, quo proclivior erat, levi præsertim scriptori, error, ut quos simul e civitate pulsos, eosdem simul esse in patriam reductos scriberet. Quocirca quam diu Leptines exulabat, Philistus habitasse una cum eo videtur, ut Diodorus ait, Thuriis: qua in urbe domus fuisse, quæ hospitibus Syracusanis paterent, neutiquam est cur diffidamus (*Schiller.* De rebb. Thuriorum p. 35). Posteaquam autem Leptines Syracusas rediit, Philistus relictus in exilio solus sedem ac domicilium subinde mutasse videtur. Nam præter hospitium Hadrianum Plutarchus Epirum quoque memorat, *De exil.* c. 14, p. 637: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελ. καὶ Ἀθ. ἐν Θράκῃ περὶ τὴν Σκαπτήν ὕλην, Ξενοφῶν ἐν Σκυλλοῦντι τῆς Ἠλείας, Φίλιστος ἐν Ἡπείρῳ κτλ. »

P. XLII, a, not. 2. — Adde Marcellin. Vit. Thuc. § 27: Οἱ πολλοὶ τοῖς ἰδίοις πάθει συνέθεσαν τὰς ἱστορίας, ἥκιστα μελήσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας... Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερεπήνεσε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας, Φίλιστος δὲ τῷ νέῳ Διονυσίῳ τοῖς λόγοις πολεμεῖ (προσπολεμεῖ conj. Grauert; an κολακεύει?).

P. XLVII, b, lin. 19 ab ima. — Post: *Cum Timonide facit etiam Tzetzes*, adde: *Eadem magis etiam exaggerat Timæus ap. Plutarch. l. laudato.*

P. XLVIII, b, lin. 16. — Dele verba: quos neque Diodorus XV, 94 in computum suum refert. Vide tom. II, p. 81 sq.

P. XLIX, a, lin. 24. — Pro: *retractavit eam et ad finem perduxit*, lege: *eam ad finem perduxit.*

P. XLIX, a, lin. 29. — Quod ei ridicule sane crimini vertit Dionysius Hal.] Succurrere Dionysio studet Krügerus in Dionys. Historiographicis p. 46. Etenim quæ in Dionysio leguntur: Φίλιστος δὲ μιμητὴς ἐστὶ Θουκυδίδου... Ἐξήλωκε δὲ πρῶτον μὲν τὸ τὴν ὑπόθεσιν ἀτελῆ καταλιπεῖν τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ τρόπον, ea ita mutanda esse censet, ut pro ἀτελῆ καταλιπεῖν legendum sit ἀτελῆ ἐκλέγειν, *argumentum simplex sibi eligere.* « Nam quum ineptum sit credere, inquit, historicum de industria opus suum non absolvisse, tum longe ineptius est, hanc primam ejus cum Thucydide similitudinis notam ponere, quum potius de argumenti, quod elegerit, natura dicendum fuisse videatur. » Equidem ejusmodi ineptias quæ ab historiæ ignorantia proficiscuntur, minime alienas esse a Dionysio, leviusculo sane historico, usu doctus dudum mihi persuasi.

TIMÆUS. P. I, not. 3. — Dele verba: nisi forte Neanthes Cyzicenus et quæ sequuntur.

Pag. II b, lin. 36. — Libri tres De regibus Syriæ, quos Timæo Suidas affingit, probabiliter re-

ferendi sunt ad *Athenæum*, quem de iis scripsisse compertum habemus. Vide tom. III, p. 657.

Pag. LIV, not. 1. — Adde : Anecd. Paris. I, p. 392, cod. 2610 fol. 31 : Τίμαιος ὁ Ταυρομένιος γρασουλλέκτρια ἐλέγετο διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν.

Pag. LVI, a, lin. 10 ab ima. — Ad Agatharchidis testimonium adde : Vitruv. VIII, 4 : *Theophrastus, Timæus, Posidonius, Hegesias, Herodotus, Aristides, Metrodorus, qui magna vigilantia et infinito studio locorum proprietates, aquarum virtutes, ab inclinatione cæli regionum qualitates, ita distributas esse scriptis declaraverunt.*

Pag. LVI, b, not., lin. 4 ab ima. — Dele verba : *ita tamen emendari potest etc.* Nihil emendandum, quum omnia sana sint. Vide Fragm. Chonol. p. 124 sq., ubi de computu Timæi exposui.

EPHORUS. P. LVII, b, et LVIII, a. — Quod ibi probare studuimus apud Suidam pro ἐννεακοστῆς τρίτης Ὀλ. legendum esse ἑκατοστῆς τρίτης, confirmatur loco Eudociæ p. 230, ubi : ἐπὶ τῆς ργ' Ὀλυμπ.

P. LXIII, b, lin. 2. Pro *mutuata lege mutuatum.*

THEOPOMPUS. P. LXV, b, not., lin. 8 ab ima. — Pro Θεογόνῳ Welckerus restitui voluit Θεοπόμπῳ. Potius corrigendum videtur Θεογένη. Vide tom. II, p. 12.

P. LXVII a, not. 2. — De his v. Welcker. Gr. Trag. p. 1070 sq.

P. LXVII, b, lin. 6 ab ima. — Pro : *Isocratis discipulus lege : Metrodori Isocratici disc.*

P. LXVIII, a. — In vita Theopompi fabulam non commemoravi quam narrat Josephus A. J. XII, 2, 13. Etenim Ptolemæus rex cum Demetrio Phalereo confabulans mirari se ait qui fiat ut admirabiles istas leges Judæorum neque historicus unquam neque poeta attigisset. Ὁ δὲ Δημήτριος μηδὲνα τολμῆσαι τῆς τῶν νόμων τούτων ἀναγραφῆς ἄψασθαι, διὰ τὸ θείαν αὐτὴν εἶναι καὶ σεμνὴν, ἔφασκε, καὶ ὅτι βλαβεῖεν ἥδη τινὲς τούτοις ἐπιχειρήσαντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, δηλῶν ὡς Θεόπομπος βουλευθεὶς ἱστορῆσαι τι περὶ τούτων ἐταράχθη τὴν διάνοιαν πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἡμέραις, καὶ παρὰ τὰς ἀνέσεις ἐξιλίσχετο τὸν Θεὸν, ἐντεῦθεν αὐτῷ γενέσθαι τὴν παραφροσύνην ὑπονοῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὄνυχρ εἶδεν, ὅτι τοῦτ' αὐτῷ συμβαίη περιεργαζομένῳ τὰ θεῖα καὶ ταῦτ' ἐκφέρειν ἐπὶ κοινούς ἀνθρώπους θελήσαντι· καὶ ἀποσχόμενος κατέστη τὴν διάνοιαν. Eadem narrant Euseb. P. Ev. VIII, p. 354; Cedren. p. 165 ed. Paris. et Anonym. in Chron. cod. Parisin. 854 in Cram. Anecd. Par. II, p. 272. — Denique inter historicos una cum Charace καὶ ἄλλοις ἀναρίθμους Theopompum recenset Euagrius H. Eccl. V, 24.

Pag. LXVIII, a, not. 6. — De Theopompi Epitome Historiarum Herodoti quæ scripsit Frommelius in Creuzeri Meletum. III, p. 136 sqq. sero nactus sum. Nihil auctor dubitat quin libellus ille sit genuinus sœtus Theopompi Chii, in Suidæ testimonio locisque duobus ubi laudatur Th. ἐν Ἡρ. Ἐπιτομῇ bona fide acquiescens; nihil tamen attulit, quo res per se parum probabilis ad maiorem veri speciem adduceretur. Nam quod Theopompus in historiis suis Hellenicis vel Philippicis interdum de rebus exponit quas Herodotus quoque vel tractavit vel attigit, id ne minimum quidem facit, ut Xenophontis jam ætate exstitisse virum oratorem nobis persuadeamus, qui excerpto modici ambitus opere excerptisque in publicum edendis obscuram inferioris ævi sedulitatem æmulatus sit. Ceterum Epitomen istam non tam junioris alicujus Theopompi fuisse opellam, sed a seriore quodam grammatico sub Theopompi Chii nomine dividentam esse crediderim.

Pag. LXVIII, b, lin. 5. — Ipsa verba Anonymi, de cuius loco sermo est, adscribam. Anonym. Vit. Thuc. § 5, p. 201 in Bioy. Westermanni : Πέπαιται δὲ τὸ τῆς συγγραφῆς ἐν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ Κυνὸς σῆμα, τουτέστι περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἐνθα δοκοῦσι καὶ νενικηχέναι Ἀθηναῖοι. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἐτέροις γράφειν κατέλιπε, Ξενοφῶντι καὶ Θεοπόμπῳ· εἰσὶ δ' αἱ ἐφετῆς μάχαι· οὔτε γὰρ τὴν δευτέραν ναυμαχίαν τὴν περὶ Κυνὸς σῆμα, ἣν Θεόπομπος εἶπεν, οὔτε τὴν περὶ Κύζικον, ἣν ἐνίκα Θρασύβουλος καὶ Θηραμένης καὶ Ἀλκιδιδῆς, οὔτε τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν, ἐνθα νίκησιν Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίους, οὔτε τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν τῶν Ἀττικῶν, τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, ὅπου καὶ τὰς ναῦς ἀπώλεσαν Ἀθηναῖοι καὶ τὰς ἐξῆς ἐλπίδας· καὶ γὰρ τὸ τεῖχος αὐτῶν καθρέθη καὶ τῶν λ' τυραννὶς κατέστη καὶ πολλαῖς συμφοραῖς περιέπεσεν ἡ πόλις, ἃς ἠκρίβωσε Θεόπομπος. Conferri Westermannus jubet Spilleri Quæst. De Xenophont. Hist. Gr. p. 22.

P. LXX, a, lin. 17 ab ima. — Pro *quorum lege quarum.*

PHYLARCHUS. P. LXX, b, lin. 29. — Post vocem *Plutarchus* adde : *De gloria Athen.* c. 1 p. 423 ed. Didot.

DEMO. Pag. LXXXIII. De Demone lin. 3, ad verba : *Demone Sicyonio, philosopho Pythagorico, cui vindicanda nobis esse videntur, quæ apud schol. ad Lucian. Icaromen. 19 leguntur.* — Erravit frater meus. Apud schol. Lucian. l. 1. legitur allegorica interpretatio fabulæ de Oto et Ephialte, ὡς ἱστορεῖ Δημῶ (sic). Quibus verbis neque Atthidis scriptor Δημῶν laudatur, neque philosophus quem

Iamblichus V. Pyth. 36 inter Pythagoreos recenset, nisi forte virum cum femina confundi putaveris. Etenim schol. Luc. laudat Δημὴν feminam, quæ mythos allegorice interpretata est, quamque de aliis fabulis laudat Eustathius ad Hom. p. 1154, C, et schol. Il. β', 205, et ε', 727.

FRAGMENTA.

HECATÆUS. Pag. 8, fr. 123. — Cf. Hellanici fr. 110.

P. 11, fr. 160. — Hæc Hecatæo Abderitæ vindicavi in tom. II, p. 388, fr. 6 a.

P. 17, fr. 254. — Cf. Chæroboscus in Bekker. An. p. 1181: 'Ο Χνᾶς, τοῦ Χνᾶ· οὕτω γὰρ ἐλέγετο δ' Ἀγήνωρ, θένει καὶ ἡ Φοινίκη 'Οχνα (Χνᾶ? Canaan.) λέγεται, de quibus v. Buttmann. *Mytholog.* I, p. 233, citante Fr. Creuzero in *Wiener. Jahrb.* 1844, tom. CIV, p. 35. Ceterum nescio an aptius fr. 254 referatur ad Hecatæum Abderitam, quem istam regionem adiisse deque ea scripsisse constat.

P. 20, fr. 291. — Hoc quoque Hecatæo Abderitæ tribui in tom. II, p. 389, fr. 10. Ibidem in annot. inter Abderitæ fragmenta posui locum Damascii, ubi de Ægyptiorum placito philosophico Hecatæus laudatur. Creuzerus eum ad Milesium Hecatæum refert l. I. itemque in *Anseigen d. Münchner Academ.* 1848, Num. 110. Verum etiamsi placitum illud (τὸν ἥλιον εἶναι τὸν νοῦν τὸν νοερόν), quod Ægyptiis affingunt, ab Ionicis philosophis non alienum est, tamen ad Abderitam locum istum referri malui, quippe quem constat Περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας scripsisse, dum simile quid de Milesio compertum non habemus.

P. 25, fr. 333. — Cf. not. ad Characis fr. 48 in tom. III, p. 644.

P. 26, fr. 341. — Ibi addas schol. Thucyd. I, 3, quod in Prolegg. p. xvi adscripsimus. Rem tractat Creuzerus in *Briefe über Homer u. Hes.* p. 218, et in *Symbolik* tom. IV, p. 186 ed. tert.; Welcker. *Æsch. Tril.* p. 20.

P. 28, fr. 357. — Hæc plenius exhibet schol. codicis Veneti (ed. Cobet) : .. γράφωιν οὕτως· α' 'Ο δὲ Αἰγυπτὸς αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς Ἄργος. Παῖδας μὲν, ὡς μὲν Ἡσίοδος, ἐποίησε πεντήκοντα, ὡς λέγω δὲ (l. ὡς ἐγὼ δὲ λέγω), οὐδὲ εἰσίν. » Καὶ Διονύσιος δ' κυκλογράφος ἐν τῷ πρώτῳ τὰ παραπλήσια φησι. Λέγεται δὲ τις κτλ. ut in editis. Novum hoc exemplum est, quod de crisi, quam vetustissimus historicus fabulis adhibuerit, nos doceat. Cf. fr. 332.

P. 29. — Post fragm. 361 insere hæc: Schol. Sophocl. O. C. 1320 : 'Ενιοὶ οὐ τὸν Ἀταλάντης φασί

Παρβеноπαῖον στρατεῦσαι (sc. ἐπὶ Θηδῶν), ἀλλὰ τὸν Ταλαοῦ, θνένιοι διὰ τοῦ κ Καλαὸν προσαγορεύουσι, καθάπερ Ἀρίσταρχος δ' Τεγεάτης καὶ Φιλοκλῆς ἱστοροῦσι, συγγραφέων δὲ Ἐκαταῖος δ' Μιλήσιος. Cf. Apollod. I, 9, 13.

P. 30. — Post fr. 371 adde Apollon. De pronom. p. 118 ed. Bekk. : Αἱ πληθυντικαὶ καὶ κοινολεκτοῦνται κατ' εὐθείαν πρὸς τε Ἴωνων καὶ Ἀττικῶν, ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς. Ἔστι πιστώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ' Ἴωσιν ἐκ τῶν περὶ Δημόκριτον, Φερεκύδην, Ἐκαταίων· τὸ γὰρ ἐν Εἰδωλοφανεὶ ὑμέες, αἰόλιον. — Præterea memorasse liceat glossam Hesychii, quæ vulgo sic habet : ὑπ' αὐν ἤν· παρ' Ἐκαταῖω Φιλητᾶς. At codex : ὑπ' αὐν ἤν, παρεκατέω φιλιτάς. Reponendum esse Φιλητᾶς pro Φιλιτάς, forma ap. Hesych. constanter obvia (uti Bachius Phil. carm. p. 77 ait), certum sit; reliqua quid sibi velint, nondum liquet.

CHARON. P. 34, a. — Ante fragm. 8 addas hæc, quæ ex Ὁροις Λαμψακηνῶν sive ex libris Περὶ Λαμψακοῦ, quorum primam partem Κτίσεων nomine signatam reperisse alicubi Suidas videtur, deprompta fuerint :

Phot. Lex. : Κύβητος, δ' κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, θεοφόρος. Χάρων δὲ δ' Λαμψακηνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῇ Ἀφροδίτῃ ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν Κυβήτην λέγεσθαι (sc. φησίν). Cf. Steph. Thes. v. κυβήτειν.

Idem ib. : Ὁστακός, οἱ δὲ ἀστακός· καράβου εἶδος καὶ τὴν πόλιν τὴν Ἀστακόν, Ὁστακόν Ἰωνες. Παρ' δ' (κάρ' ὃ cod.; ejicienda cens. Dobræus) Χάρων· » Ὁστακος ἐκτίσθη ὑπὸ Χαλκηδονίων. » Mela I, 19, Strabo XII, p. 563 et Memnon. c. 21 Astacum Megarensium coloniam dicunt, quod quidem nihil morarer, quum Chalcedonii item essent Megarenses, nisi Eusebius Astacum 33 annis ante Chalcedonem esse conditam diceret. Sc. Astacum ait conditam Ol. 18, 2. 707; Chalcedonem Ol. 26, 3. 674. Memnon. c. 21 (tom. III. p. 536) Astaci origines refert ad Ol. 17, 1. 712. Aliter de his statuere debet Charon Lampsacenus; nisi forte ad tralaticium istud refugeris, non de primis conditoribus Charonem hoc loco dixisse censens, sed de iis, qui postmodum urbem bellis accisam denuo incolis frequentasse videantur. — De ἀστακῷ ἢ ὀστακῷ cf. Athen. III, p. 105, B.

P. 35, b, fr. 12. — Post verba συγγενέσθαι αὐτῇ schol. Apoll. Rh. sic habet : ὑπέσχετο δοῦναι τοῦτο, φυλάσασθαι μέντοι γε ἑτέρας γυναικὸς ὁμιλίαν παρήγαλιν· ἔσεσθαι δὲ μετὰ αὐτῶν ἄγγελον μέλισσαν etc., ut ap. Etym. M., nisi quod in fine habet : περρωθῆναι αὐτόν.

P. 35, b, fr. 13. — Καὶ τὴν γῆν χῶματι] lege

ferendi sunt ad *Athenæum*, quem de iis scripsisse compertum habemus. Vide tom. III, p. 657.

Pag. LIV, not. 1. — Adde : Anecd. Paris. I, p. 392, cod. 2610 fol. 31 : Τίμαιος δ Ταυρομένιος γρασουλλέκτρια ἐλέγετο διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν.

Pag. LVI, a, lin. 10ab ima. — Ad Agatharchidis testimonium adde : Vitruv. VIII, 4 : *Theophrastus, Timæus, Posidonius, Hegesias, Herodotus, Aristides, Metrodorus, qui magna vigilantia et infinito studio locorum proprietates, aquarum virtutes, ab inclinatione cæli regionum qualitates, ita distributas esse scriptis declaraverunt.*

Pag. LVI, b, not., lin. 4 ab ima. — Dele verba : *ita tamen emendari potest* etc. Nihil emendandum, quum omnia sana sint. Vide Fragm. Chonol. p. 124 sq., ubi de computu Timæi exposui.

EPHORUS. P. LVII, b, et LVIII, a. — Quod ibi probare studuimus apud Suidam pro ἐνεακοστῆς τρίτης Ὀλ. legendum esse ἑκατοστῆς τρίτης, confirmatur loco Eudociæ p. 230, ubi : ἐπὶ τῆς ργ' Ὀλυμπ.

P. LXIII, b, lin. 2. Pro *mutuata lege mutuatum*.

THEOPOMPUS. P. LXV, b, not., lin. 8ab ima. — Pro Θεογόνῳ Welckerus restitui voluit Θεοπόμπῳ. Potius corrigendum videtur Θεογένῃ. Vide tom. II, p. 12.

P. LXVII a, not. 2. — De his v. Welcker. *Gr. Trag.* p. 1070 sq.

P. LXVII, b, lin. 6 ab ima. — Pro : *Isocratis discipulus* lege : *Metrodori Isocratici disc.*

P. LXVIII, a. — In vita Theopompi fabulam non commemoravi quam narrat Josephus A. J. XII, 2, 13. Etenim Ptolemæus rex cum Demetrio Phalereo confabulans mirari se ait qui fiat ut admirabiles istas leges Judæorum neque historicus unquam neque poeta attigisset. Ὁ δὲ Δημήτριος μηδένα τολμῆσαι τῆς τῶν νόμων τούτων ἀναγραφῆς ἀψασθαι, διὰ τὸ θεῖαν αὐτὴν εἶναι καὶ σεμνήν, ἔφασκε, καὶ ὅτι βλαβεῖεν ἥδη τινὲς τούτοις ἐπιχειρήσαντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, δηλῶν ὡς Θεόπομπος βουλευθεὶς ἱστορῆσαι τι περὶ τούτων ἐταράχθη τὴν διάνοιαν πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἡμέραις, καὶ παρὰ τὰς ἀνέσεις ἐξιλίσκετο τὸν Θεὸν, ἐντεῦθεν αὐτῷ γενέσθαι τὴν παραφροσύνην ὑπονοῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὄναι εἶδεν, ὅτι τοῦτ' αὐτῷ συμβαίη περιεργαζομένῳ τὰ θεῖα καὶ ταῦτ' ἐκφέρειν ἐπὶ κοινούς ἀνθρώπους θελήσαντι· καὶ ἀπασχόμενος κατέστη τὴν διάνοιαν. Eadem narrant Euseb. P. Ev. VIII, p. 354; Cedren. p. 165 ed. Paris. et Anonym. in Chron. cod. Parisin. 854 in Cram. Anecd. Par. II, p. 272. — Denique inter historicos una cum Charace καὶ ἄλλοις ἀναριθμοὺς Theopompum recenset Euagrius H. Eccl. V, 24.

Pag. LXVIII, a, not. 6. — De Theopompi Epitome Historiarum Herodoti quæ scripsit Frommelius in Creuzeri Meletem. III, p. 136 sqq. sero nactus sum. Nihil auctor dubitat quin libellus ille sit genuinus sætus Theopompi Chii, in Suidæ testimonio locisque duobus ubi laudatur Th. ἐν Ἡρ. Ἐπιτομῇ bona fide acquiescens; nihil tamen attulit, quo res per se parum probabilis ad maiorem veri speciem adduceretur. Nam quod Theopompus in historiis suis Hellenicis vel Philippicis interdum de rebus exponit quas Herodotus quoque vel tractavit vel attigit, id ne minimum quidem facit, ut Xenophontis jam ætate exstitisse virum oratorem nobis persuadeamus, qui excerpando modici ambitus opere excerptisque in publicum edendis obscuram inferioris ævi sedulitatem æmulatus sit. Ceterum Epitomen istam non tam junioris alicujus Theopompi fuisse opellam, sed a seriore quodam grammatico sub Theopompi Chii nomine dividentam esse crediderim.

Pag. LXVIII, b, lin. 5. — Ipsa verba Anonymi, de cuius loco sermo est, adscribam. Anonym. Vit. Thuc. § 5, p. 201 in Bion. Westermanni : Πέπαιται δὲ τὸ τῆς συγγραφῆς ἐν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ Κυνὸς σῆμα, ταυτέστι περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἐνθα δοκοῦσι καὶ νενικηκέναι Ἀθηναῖοι. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἐτέροις γράφειν κατέλιπε, Ξενοφῶντι καὶ Θεοπόμπῳ· εἰς δ' αἱ ἐφεξῆς μάχαι· οὔτε γὰρ τὴν δευτέραν ναυμαχίαν τὴν περὶ Κυνὸς σῆμα, ἣν Θεόπομπος εἶπεν, οὔτε τὴν περὶ Κύζικον, ἣν ἐνίκησεν Θρασύβουλος καὶ Θηραμένης καὶ Ἀλκιβιάδης, οὔτε τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν, ἐνθα νικῶσιν Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίους, οὔτε τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν τῶν Ἀττικῶν, τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, ὅπου καὶ τὰς ναῦς ἀπώλεσαν Ἀθηναῖοι καὶ τὰς ἐξῆς ἐλπίδας· καὶ γὰρ τὸ τεῖχος αὐτῶν καθήρηθη καὶ ἡ τῶν λ' τυραννὶς κατέστη καὶ πολλαῖς συμφοραῖς περιέπεσεν ἡ πόλις, ἃς ἠκρίβωσε Θεόπομπος. Conferri Westermannus jubet Spilleri Quæst. De Xenophont. Hist. Gr. p. 22.

P. LXX, a, lin. 17 ab ima. — Pro *quorum lege quarum*.

PHYLARCHUS. P. LXX, b, lin. 29. — Post vocem *Plutarchus* adde : *De gloria Athen. c. 1 p. 423 ed. Didot.*

DEMO. Pag. LXXXIII. De Demone lin. 3, ad verba : *Demone Sicynio, philosopho Pythagorico, cui vindicanda nobis esse videntur, quæ apud schol. ad Lucian. Icaromen. 19 leguntur.* — Erravit frater meus. Apud schol. Lucian. I. I. legitur allegorica interpretatio fabulæ de Oto et Ephialte, ὡς ἱστορεῖ Δημῶν (sic). Quibus verbis neque Attididis scriptor Δῆμων laudatur, neque philosophus quem

Iamblichus V. Pyth. 36 inter Pythagoreos recenset, nisi forte virum cum femina confundi putaveris. Etenim schol. Luc. laudat Δημῷ feminam, quæ mythos allegorice interpretata est, quamque de aliis fabulis laudat Eustathius ad Hom. p. 1154, C, et schol. Il. β', 205, et ε', 727.

FRAGMENTA.

HECATÆUS. Pag. 8, fr. 123. — Cf. Hellanici fr. 110.

P. 11, fr. 160. — Hæc Hecatæo Abderitæ vindicavi in tom. II, p. 388, fr. 6 a.

P. 17, fr. 254. — Cf. Chæroboscus in Bekker. An. p. 1181: 'Ο Χνᾶς, τοῦ Χνᾶ· οὕτω γὰρ ἐλέγετο δ' Ἀγλήνωρ, θένει καὶ ἡ Φοινίκη 'Οχνα (Χνᾶ? Canaan.) λέγεται, de quibus v. Buttmann. *Mytholog.* I, p. 233, citante Fr. Creuzero in *Wiener. Jahrb.* 1844, tom. CIV, p. 35. Ceterum nescio an aptius fr. 254 referatur ad Hecatæum Abderitam, quem istam regionem adiisse deque ea scripsisse constat.

P. 20, fr. 291. — Hoc quoque Hecatæo Abderitæ tribui in tom. II, p. 389, fr. 10. Ibidem in annot. inter Abderitæ fragmenta posui locum Damascii, ubi de Ægyptiorum placito philosophico Hecatæus laudatur. Creuzerus eum ad Milesium Hecatæum refert l. I. itemque in *Anseigen d. Münchner Academ.* 1848, Num. 110. Verum etiamsi placitum illud (τὸν ἥλιον εἶναι τὸν νοῦν τὸν νοερόν), quod Ægyptiis affingunt, ab Ionicis philosophis non alienum est, tamen ad Abderitam locum istum referri malui, quippe quem constat Περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας scripsisse, dum simile quid de Milesio compertum non habemus.

P. 25, fr. 333. — Cf. not. ad Characis fr. 48 in tom. III, p. 644.

P. 26, fr. 341. — Ibi addas schol. Thucyd. I, 3, quod in Prolegg. p. xvi adscripsimus. Rem tractat Creuzerus in *Briefe über Homer u. Hes.* p. 218, et in *Symbolik* tom. IV, p. 186 ed. tert.; Welcker. *Æsch. Tril.* p. 20.

P. 28, fr. 357. — Hæc plenius exhibet schol. codicis Veneti (ed. Cobet) : .. γράφον οὕτως· « Ὁ δὲ Αἰγυπτὸς αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς Ἄργος. Παῖδας μὲν, ὡς μὲν Ἡσίοδος, ἐποίησε πεντήκοντα, ὡς λέγω δὲ (l. ὡς ἐγὼ δὲ λέγω), οὐδὲ εἰσίν. » Καὶ Διονύσιος δὲ κυκλογράφος ἐν τῷ πρώτῳ τὰ παραπλήσια φησι. Λέγεται δὲ τις κτλ. ut in editis. Novum hoc exemplum est, quod de crisi, quam vetustissimus historicus fabulis adhibuerit, nos doceat. Cf. fr. 332.

P. 29. — Post fragm. 361 inserte hæc· Schol. Sophocli. O. C. 1320 : Ἴωνιοι οὐ τὸν Ἀταλάντης φασί

Παρθενοπαῖον στρατεῦσαι (sc. ἐπὶ Θηβῶν), ἀλλὰ τὸν Ταλαοῦ, δν ἐνίοι διὰ τοῦ κ Καλαὸν προσαγορεύουσι, καθάπερ Ἀρίσταρχος δὲ Τεγεάτης καὶ Φιλοκλῆς ἱστοροῦσι, συγγραφέων δὲ Ἐκαταῖος δὲ Μιλήσιος. Cf. Apollod. I, 9, 13.

P. 30. — Post fr. 371 adde Apollon. De pronom. p. 118 ed. Bekk. : Αἱ πληθυντικαὶ καὶ κοινολεκτοῦνται κατ' εὐθείαν πρὸς τε Ἴωνων καὶ Ἀττικῶν, ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς. Ἔστι πιστώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ' Ἴωσιν ἐκ τῶν περὶ Δημόκριτον, Φερεκύδην, Ἐκαταίων· τὸ γὰρ ἐν Εἰδωλοφανεῖ ὑμέες, αἰδολιον. — Præterea memorasse liceat glossam Hesychii, quæ vulgo sic habet : ὕπ' αὐν ἤν· παρ' Ἐκαταίῳ Φιλητᾶς. At codex : ὕπ' αὐν ἤν, παρεκατέω φιλιτάς. Reponendum esse Φιλητᾶς pro Φιλιτάς, forma ap. Hesych. constanter obvia (uti Bachius Phil. carm. p. 77 ait), certum sit; reliqua quid sibi velint, nondum liquet.

CHARON. P. 34, a. — Ante fragm. 8 addas hæc, quæ ex Ὠροῖς Λαμψακηνῶν sive ex libris Περὶ Λαμψακοῦ, quorum primam partem Κτίσεων nomine signatam reperisse alicubi Suidas videtur, deprompta fuerint :

Phot. Lex. : Κύβητος, δ κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, θεοφόρος. Χάρων δὲ δ Λαμψακηνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῇ Ἀφροδίτῃ ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν Κυβήτην λέγεσθαι (sc. φησίν). Cf. Steph. Thes. v. κυβήτειν.

Idem ib. : Ὀστακός, οἱ δὲ ἀστακός· καράβου εἶδος· καὶ τὴν πόλιν τὴν Ἀστακον, Ὀστακον Ἰωνες. Παρ' δ (κάρ' ὧ cod.; ejicienda cens. Dobræus) Χάρων· « Ὀστακος ἐκτίσθη ὑπὸ Χαλκηδονίων. » Mela I, 19, Strabo XII, p. 563 et Memnon. c. 21 Astacum Megarensium coloniam dicunt; quod quidem nihil morarer, quum Chalcedonii item essent Megarenses, nisi Eusebius Astacum 33 annis ante Chalcedonem esse conditam diceret. Sc. Astacum ait conditam Ol. 18, 2. 707; Chalcedonem Ol. 26, 3. 674. Memnon. c. 21 (tom. III, p. 536) Astaci origines refert ad Ol. 17, 1. 712. Aliter de his statuere debet Charon Lampsacenus; nisi forte ad tralaticium istud refugeris, non de primis conditoribus Charoneni hoc loco dixisse censens, sed de iis, qui postmodum urbem bellis accisam denuo incolis frequentasse videantur. — De ἀστακῷ ἢ ὀστακῷ cf. Athen. III, p. 105, B.

P. 35, b, fr. 12. — Post verba συγγενέσθαι αὐτῇ schol. Apoll. Rh. sic habet : ὑπέσχετο δοῦναι τοῦτο, φυλάξασθαι μέντοι γε ἐτέρας γυναῖκας ὁμιλίαν παρήγειν· ἔσεσθαι δὲ μετὰ αὐτῶν ἄγγελον μέλισσαν etc., ut ap. Etym. M., nisi quod in fine habet : πηρωθῆναι αὐτόν.

P. 35, b, fr. 13. — Καὶ τὴν γῆν χῶματι] lege

καὶ τὴν δρῶν γ. e cod. Vit. et Ciz. In fine pro ὡς καὶ φησι Ἀπολλωνίος lege ὡς φησι Ἀπ. Ceterum cum Sebastiano (ap. Müller. ad schol. Tzetz. p. 633) statuo Tzetzem Charonis narrationem (fr. 12), qualem habet schol. Apollonii cum alia confudisse, perperamque ab eo citari Charonem, cujus mentionem non aliunde nisi ex ipsis scholl. ad Apoll. arripuerit. Nec minus negligenter Tzetzes ipsum Apollonium citat; is enim narrat Parrhæbii patrem quercum, hamadryadis sedem, spretis nymphæ precibus cecidisse, idque ob facinus iram nymphæ expertum esse. Porro quæ de Arcade, Jovis vel Apollinis filio, deque ejus ex Chrysopelia liberis Tz. habet, ea sumpsit ex Apollodoro I, 9, 1, ex quo pro Προσπείλεια corrigendum est Χρυσόπείλεια. Quodsi quis miretur ejusmodi rerum confusionem, parum ille novit qualis Tzetzes vir sit.

XANTHUS. Cum Xanthi fragmentis de rebus Lydorum omnino comparanda sunt quæ de iisdem leguntur in Nicolai Damasceni fragm. 22-29, 62-65. 68, præ ceteris vero luculentissimum fr. 49 (tom. III, p. 380-386). Satis enim liquet Damascenum sua ex Nostro esse mutuatum.

P. 36, fr. 2 *extr.* scribendum est: καὶ αὐτὸς τοὺς Λυδοὺς ἐδίδαξε, καὶ τὰ μέλη διὰ τοῦτο Τορρήθια ἐκαλεῖτο. Vide not. ad Nicolai Dam. fr. 22, p. 370.

Pag. 37. fr. 5 a. — Schol. Venet. et Vatican. (ed. Cobet.) ad Eurip. Androm. 10, ubi Andromeda dicit: πόσιν μὲν Ἔκτορ' ἐξ Ἀχιλλέως Θανόντ' ἐσείδον, παῖδα θ' ὃν τίκτω πόσει Ῥιζθέντα πύργων Ἀστυάνακτ' ἀπ' ὀρθίων. Ad hæc schol.: Λυσανίας κατηγορεῖ Εὐριπίδου, κακῶς λέγων αὐτὸν ἐξειληφέναι τὸ παρ' Ὀμήρῳ (II. ω, 734) λεχθέν.

ἢ τις Ἀχαιῶν
ρίψει χειρὸς ἐλὼν ἀπὸ πύργου

οὗχ ὡς πάντας γενησόμενον (sic Cob.; γενόμενον Ven., γιγνόμενον Vat.), ἀλλ' εἰκαζόμενόν ἐστιν ὑπ' αὐτῆς, ὡς εἰ ἔλεγε κατακαυθῆσθαι τὸν παῖδα ἢ τι ἄλλο. [Ξάνθον δὲ τὸν Λυδιακὰ [συντάξαν] τὰ φασιν εἶναι Εὐριπίδῃ σύνθητες προσέχειν περὶ τοῖς Τρωικοῖς..... τοῖς δὲ χρησιμωτέροις..... φοις. Σησίχορον μόνον ἱστορεῖν εἶναι τεθνήκοι, καὶ τὸν τὴν Περσίδα συντεταχότα... ποιητὴν εἶναι καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ῥιζεῖν. Supplementa sunt Cobeti. Igitur dixit scholiasta Xanthum, Lydicorum auctorem, de rebus Troicis plerumque facere cum Euripide. Quid vero deinde auctor voluerit ob lacunas est ambiguum. Scribi ita potest: .. περὶ τῶν Τρωικῶν· οὐχ οὕτως δὲ τὴν ἱστορίαν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔχειν τοῖς γε χρησιμωτέροις ἱστοριογράφοις, vel similem in sententiam, ut dicat auctor: Xanthum quoque pro more suo ipsum Euripidem secutum narrare Astyanactem periisse; verum non

ita se rem habere apud melioris notæ scriptores; quamquam poetæ Stesichorus et Arctinus (v. Cyclic ep. fr. ad calcem Homeri p. 584 Didot.) eum periisse de turri dejectum finxissent (cf. schol. Hom. I. I.). Ita vero si statuamus, aut falsa tradidit scholiasta, aut Homericus ille Ἀστυάναξ δ καὶ Σκαμάνδριος, Hectoris et Andromaches filius, distinguendus est ab alio Scamandrio, Hectoris filio notho, uti fecit Anaxicrates in Ἀργολοῖς ap. schol. Venet. in Androm. 224 (vid. tom. IV, p. 301), ipseque Euripides finxisse debet v. 224, ubi spurii Hectoris filii a poeta memorantur. Nimirum Strabo e Xantho (fr. 5) refert Scamandrium post Troica Phryges ex Europa in Asiam transduxisse. Porro ex Asia in Europam profectum Scamandrium dicit Xanthi sector Nicolaus Damascenus fr. 29 (tom. III, p. 373). Sed ne spurium hunc Hectoris filium Xanthus dixerit illud videtur obstare, quod diserte apud Nicolaum appellatur δ Ἐκτορος καὶ Ἀνδρομάχης. Fieri tamen potest ut Andromaches mentio ab ipso Nicolao vel ejus excerptore addita sit. Et hoc fere crediderim. Sin minus, scholium ita foret refingendum, ut sensus sit: Xanthum dicunt, etsi plerumque de Troicis rebus Euripidem sequi soleat, in hac tamen re probatoribus se addixisse auctoribus. Ceterum quod Xanthum attinet Lydica sua ad Euripidis fabulas accommodantem, noli cogitare de vetusto historico, qui Herodoto τὰς ἀφορμὰς δεδωκέναι dicitur, sed istum intellige Pseudoxanthum, qualem Dionysius Scytobrachion efformavit. Denique Lysanias, qui ap. scholiastam citatur, magnopere vereor ne esse debeat Lysimachus, quem sæpius in iisdem scholiis laudatum videmus, ut in sqq. ad Androm. v. 24 (Lys. fr. 13), 33 (fr. 14), 888 (fr. 18) et in schol. Vat. ad Troad. 31, ubi Persis Arctini ex eo laudatur, sicuti nostro loco; quem si totum ad Lysaniam qui dicitur referendum esse concesseris, sequitur non posse intelligi Lysaniam Cyrenæum, operis de poetis auctorem, quippe qui Eratosthenis præceptor fuit (Suidas v. Ἐρατοσθ.), ideoque ætate longe superare debuit Pseudoxanthum sive Dionysium Scytobrachionem. Sponte igitur se offert Lysimachus.

P. 37, fr. 6. — Ξάνθος... δς καὶ διὰ τοῦ ξ γράφει ἐν τόποις, Λοκοῖς (τας τούτους καλῶν.)] Scribendum puto ἐντοπίως vel ἐντοπίῳ τύπῳ.

P. 38, fr. 9. — Cf. Anticlidis fr. 18 in Scriptt. Rerum Alex. M. p. 151. In versione dele verba: *dicis causacædis pœnam sumentes*. — In fragm. 10 post v. Suidas adde v. Ξάνθος. Cf. Nicolai Dam. fr. 49, p. 382, not. 29.

P. 38, fr. 11. — Pro Μόφου corrige Μόξου. Cf. Nicolaus fr. 24, p. 374 not. — Deinde adde glossam

Hesychii : Ἀτταγάθη, Ἀθάρη, παρὰ τῷ Ξάνθῳ.
« Primitus scriptum fuerit Ἀτταγάθη pro Ἀταργάθη
vel Ἀταργάτις. V. Strabo XIV, p. 1085 sq. ed.
Alm. Cf. Heyn. De sacerdot. Comanensi p. 108;
Hisely. Hist. Cappadociæ p. 98 et *Symbolik u.
Mythol.* II, p. 349, 403 sqq. ed. tert. » CREUZER.
in *Wiener Jahrb.* tom. 106, p. 41.

Hesychius : Βουλεψίη· ἡ λέξις παρὰ Ξάνθῳ· λέ-
γει δὲ τὰς Ἀμαζόνας, ἐπειδὴν τέκωσιν ἄρρεν, ἐξορύσ-
σιν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοχειρία. Creuzerus,
cui hunc sicuti antecedentem locum debeo, con-
ferri jubet *Symbolik* II, p. 573 sqq. et præ ceteris
p. 672 ed. tertiæ.

Ibid. fr. 12. — Cf. Nicolai fr. 28, p. 372.

Ibid. fr. 13. — Initio scribe : Parthenius Erot.
c. 33 : Περὶ Ἀσασάνος. Ἰστορεῖ Ξάνθος Λυδια-
κοῖς καὶ Νεάνθης β' καὶ Σιμμία δ' Ῥόδιος. Διαφόρως
κτλ. Cf. Neanthis fr. 28, tom. III, p. 9. Subjunge
schol. Eurip. Phæn. 159 : Ξάνθος δὲ ὁ Λύδιος (sc.
τὴν Νιόβην φησὶ παῖδας εἶχειν) δέκα καὶ δέκα ἐκ Φιλό-
του τοῦ Ἀσσυρίου, δς ὄκει ἐν Σιπύλῳ· [δς ἀνῆρέθη ἐν
κυνηγεσίῳ ὑπὸ ἄρκτου.] Postrema addit codex Flo-
rent., qui in antec. omittit verba καὶ δέκα. Vul-
gata significat : δέκα ἄρρενας καὶ δέκα θηλείας.
Nomen Φιλότου ex Parthenio reposuit Valckena-
rius pro vg. Φιλοξένου. Idem deinde pro τοῦ Ἀσ-
συρίου ex eodem Parth. scribendum proponit : θυ
(i. e. θυγατέρα) οὖσαν Ἀσασάνος. De re v. Creuzer.
Symbolik IV, p. 553, 781 sq.

Post fr. 14 insere : Joann. Lydus De mensib.
III, c. 14 : Ὅτι δὲ τὸν ἐνιαυτὸν ὡς θεὸν ἐτίμησαν, δῆ-
λον ἐξ αὐτῆς τῆς Λυδῶν βασιλίδος πόλεως. Σάρδιν γὰρ
αὐτὴν καὶ Ξῶριν δ' Ξάνθος καλεῖ· τὸ δὲ Σάρδιν ὄνομα
εἴ τις κατὰ ἀριθμὸν ἀπολογίσεται, πέντε καὶ ἐξήκοντα
καὶ τριακοσίας εὐρήσει συνάγων μονάδας ὡς κἀντεῦθεν
εἶναι ὄηλον, πρὸς τιμὴν Ἡλίου, τοῦ τσαύταις ἡμέραις
τὸν ἐνιαυτὸν συνάγοντος, Σάρδιν ὀνομασθῆναι τὴν πό-
λιν. Νέον δὲ Σάρδιν τὸ νέον ἔτος ἐστὶ καὶ νῦν λέγεσθαι
τῷ πληθει συνομολογεῖται· εἰσὶ δὲ οἱ φασὶ τῇ Λυδῶν
ἀρχαίᾳ φωνῇ τὸν ἐνιαυτὸν καλεῖσθαι Σάρδιν. « Eodem
modo Nilus pro anno accipiebatur, computatis
huius nominis literis item efficientibus anni dierum
numerus. Cf. Heliodor. Æthiop. IX, 22, p. 381
ed. Coray., quem locum tractat Creuzer. in Com-
mentatt. Herodot. I, p. 184, nostri quoque facta
mentionē. » ROETHEN. Cf. Creuzer. *Symbolik* II,
p. 624, 632.

Ibid. fr. 16. — Cf. not. 38 ad Nicolai fr. 49, p. 383.

Ibid. fr. 17. — Cf. Nicol. l. l. not. 55, p. 384.

Pag. 40, b. lin. 5 sqq. Vide not. 7 ad Nicolai
fr. 62, pag. 396.

P. 43, fr. 27. — Scribe : Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς περὶ
τὴν ὀκτωκαιδεκάτην, ὡς δὲ Διονύσιος περὶ τὴν πεντε-
καιδεκάτην, Θάσον ἐκτίσθη.

Ibid. post fragm. 27 inserendus locus Hephæ-
stion. De metris p. 14 ed. Gaisf. : Προτάσσε-
ται δὲ ἡμίφωνον ὕγροῦ.. καὶ τὸ σ τοῦ λ, κατὰ πάθος,
ὡς ἐν τῷ μάσλης, καὶ σπανίως τοῦ ν, ὡς Πάσνης
καὶ Μάσνης, ἃ δὲ ὀνόματα (sc. ποταμῶν) παρὰ
Ξάνθῳ εἰσὶν ἐν τοῖς Λυδιακοῖς. Eadem, omissa Xanthi
mentionē, grammat. cod. Barocc. ap. Gaisford. ad
Hephæst., et Etym. M. p. 249, 18 : Δάσληρα.
Δεῖ γινώσκειν ὅτι τὸ Δάσληρα (ὄνομα ἐστὶ λίμνης)
καὶ Βρυσμὸς (ἐστὶ δὲ ὄνομα βασιλείας) καὶ Πάσνης καὶ
Μάσνης (ὀνόματα ποταμῶν) καὶ Ὀσροήνη (ὅπερ τινὲς
Ὀρροήνη λέγουσιν· ἐστὶ δὲ χώρα οὕτω καλουμένη ἐν
Συρίᾳ) τὸ σ ἐν συλλήψει ἔχει μετὰ τῶν ἐπιφερομένων
συμφώνων. —

Μάσνης nomen, uti inter fluvios, sic etiam inter
antiquissimos Lydiæ reges occurrit. Certe Μάσνεω
formam codex Vat. habet ap. Dionys. I, 27, ubi ce-
teri Μάνεω, a Μάνης, quæ usitata Græcis forma est.
V. Steph. Thes. v. Μάνης. Pro Μάσνης alii dixisse
videntur Μάσσης. Plutarch. Moral. p. 360, B :
Φρύγες μέχρι νῦν τὰ λαμπρὰ καὶ θαυμαστὰ τῶν ἑρ-
γῶν μανικὰ καλοῦσι, διὰ τὸ Μάνιν (Μάνην) τινὰ τῶν
παλαιῶν βασιλέων ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ δυνατὸν γενέσθαι,
ὃν ἐνιοὶ Μάσσην (sic Dübnerus e codd. pro vg.
Μάσδην, quæ manu lenissima mutari possit in
Μάσλην) καλοῦσι. Idem Plutarchus De mus. c. 7.
p. 1033, D : Τὸν δὲ Μαρσύαν φασὶ τινες Μάσσην κα-
λεῖσθαι. Hinc nescio an coniecere liceat Μάσσην
fluvium eundem esse cum *Marsya fluvio*, sive ille sit
qui prope Celænas ex Aulucrene lacu oritur, sive
ille qui iuxta Harpasum fluv. e Caria in Mæandrum
influit e regione *Nasli* urbis, quæ hodie est (v. *For-
biger*. II, 341, 211). Mitto Marsyam Syriæ fluv.

HELLANICUS. Sturziana operum Hellanici dis-
tinctio fragmentorumque distributio secundum
ea quæ ipse in Prolegomenis disputavi atque Prel-
lerus in egregio De Hellanici scriptis libello expo-
suit, hunc fere in modum mutanda est :

I. ΦΟΡΩΝΙΣ βιβλ. β'. In libro primo auctor
post antiquissimas Argolidis fabulas tractavit stir-
pem Agenoris; in altero Beli prosapiam. LIBER I :
Fr. 37 (Ἑλ. ἐν Ἀργολικοῖς), Phoronei filii, Pelasgus,
Iasus, Agenor. Divisum inter eos imperium. Pe-
lasgus *Arcadiam* obtinet. Quare Prellerus ex eo-
dem libro petita esse censet quæ leguntur fr. 79.
(Ἑλ. ἐν τῷ Περὶ Ἀρχαίδας) de Cephleo Arcade,
et fr. 60 de Mænalo monte. Quibus adde fr. 77 de
Arcade autochthone. (Possis hæc etiam ad *At-
lantidem* referre). — Fr. 1 (ἐν Φορωνίδι), de Pe-
lasgorum migratione in Italiam, ex Dionys. H. I,
28 (*). — Fr. 29 (De Pelasgis in Thessalia). Larissa

(*) De hoc Dionysii loco Prellerus p. 16 : « Vides, ait,
Hellanicum opponere Hellenes, h. e. genus Deucalionis, et

ab Acrisio condita, nomen habet a Pelasgi filia. Fr. 2 et 9 (Φορων. α'). Cadmus, Agenoris f.; Sparti. — Fr. 8. Thebarum κτίσεις ('Ελ. ἐν Βοιωτικοῖς). — • Eodem retuleris schol. Vatican. Eur. Rhes. 28 : 'Ο δὲ Ἡσίοδος Εὐρώπης μὲν φησιν αὐτὸν (sc. τὸν Σαρπηδόνα), ὡς Ἑλλάνικος. Quamquam malim cogitare de Hellanico chorizonte. » Preller. — LIBER II. Beli stirps. Hercules historia : Fr. 4 (ἐν δευτέρῳ [δεκάτῳ codd.] Φορ.) Hercules Stephanephori pater ex una Thespiadum. — Fr. 3. (β' Φορ.) Archiam talitro necat. — Nemeæum leonem debellat. Quo pertinet locus Stephani B. (v. Prolegg. p. xxxiii not.) : Βεμδῖνα, κόμη τῆς Νεμέας. Ἑλλάνικος δὲ Βέμβινον καὶ πόλιν φησίν... Πανύσας (fr. 1 ed. Dübner.) ἐν Ἡρακλείας πρώτῃ. • Δέρμα δὲ θῆριον Βεμδινήτῳ λέοντος κτλ. » Cf. Müller. Dor. II, p. 472. — Fr. 40. Hydra Lernæa. Iolaus. — Fr. 61. Stymphalides aves. — Fr. 98. Diomedis equæ. Abderus. — Fr. 33. Amazones. — 97. Bores Geryonis. — Fr. 39. Hylas. — Fr. 102. Hercules e Malide apud Omphalen serva filius Aceles, qui in Lycia urbem condit. — Fr. 90, de primo Hellanodicarum numero, peti potuit ex narratione de ludis Olymp. ab Hercule institutis. — Præterea Phoronidi diserte adscribitur fr. 5 de Hesiodo Orpheo postero; cui adde fr. 6 de Homæro item ab Orpheo genus ducente. Mirum est hoc ex Phoronide afferri, quum de Homeridis in Atlantide sermo fuisse dicatur. V. infra.

II. ΔΕΥΚΑΛΙΩΝΙΑ β6λ. β'. LIBER I : Fr. 15. (Δευκ. α') Prometheus. Deucalion. Cf. Apollodor. I, 7, 2. — Fr. 16. Diluvium. Navigium ad Othryn in Thessalia appellit. Deucalion et Pyrrha in Cyno deinde habitant, ubi nata Protogenia. (Vulgo Deucalionem appulisse narrant ad Parnassum, quem Hellanicus fr. 94 ab heroe indigena nomen

habere refert.) — Fr. 88. De priscorum hominum longævitate. — Fr. 17. (Δευκ. α') Erysichthon, Myrmidonis f. (ex Pisidice Æoli f., Deucalionis neptide). — Porro ex Deucalionea prosapia civitatum plurimarum repetebantur origines. Memorantur Thessaliæ urbes : *Thegonium* fr. 21 (Δευκ. α'); *Misgomenæ* fr. 24 (Δ. α'); *Phemiæ* fr. 25 (Δευκ. α'), ἀπὸ Φημίου τοῦ Ἀμρυκος (Amryx vel Ampyces f. Peliae, Salmonei, Æoli, Deucalionis). Ampyx pater est Mopsi (Pausan. V, 17, 10). A Mopso, opinor, genus duxerit Aspendus, qui fr. 20 (Δευκ. α') Aspendum in Pamphylia condidisse dicitur. — Fr. 23 (Δ. α') *Laceria*, Magnesiae urbs. — Fr. 22 (Δ. α') *Calliarus*, ἀπὸ Καλλιάρου Oedodoci et Laonomes f.; fr. 19 (Δ. α') *Alpones*; fr. 106 *Oeanthe*, quæ tres sunt Locridis urbes. — Fr. 18 (Δ. α') *Agathia* in Phocide. — E LIBRO SECUNDO : Fr. 27 et 13 (Δ. β'), Bæotiæ urbs *Salmos* vel *Salmon*, aliis *Almon* vel *Olmon* (ἀπὸ Ὀλμοῦ τοῦ Σισύρου St. B. s. v.). — Fr. 26 (Δ. β'), *Midæum* in Phrygia. — Ad Deucalioniam pertinent etiam quæ de tetrarchia Thessalica ἐκ τῶν Θετταλικῶν Ἑλ. citantur fr. 28; et probabiliter schol. in Aristid. Panath. p. 83 ed. Frommel. : Καὶ γὰρ Δωριεῖς ὄντες (οἱ Λακεδαιμόνιοι), Πελοποννήσιοι ὕστερον γεγόνاسι, ὡς Ἑλλάνικος λέγει καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν. A Deucalionis progenie etiam Ætoliae civitates insigniores conditæ esse dicuntur (v. Apollod. I, 7, 6). Quare Deucalioniam respexerit Strabo (fr. 111), carpens Hellenicum quod *Macyntiam* et *Molycrion* Ætoliae urbes, post Heraclidarum reditum demum conditas, ἐν ταῖς ἀρχαῖαις recenseat; contra vero *Olenum* et *Pylenen* urbes, dudum ab Ætolis dirutas, ita memoret, quasi steterint adhuc. — Ab urbiū originibus revertamur ad fabulas nobiliores. De *Pelie* et *Nelei* historia Hellenicus citatur in Epimer. Hom. ap. Cramer. An. I, p. 344 : Ἑλλάνικος δέ· « Καὶ τὸν (τὸν μὲν;) Περίαν ὠνόμαζέτο (ὠνόμαζεν? ὠνόμαζον?), ἐπεὶ ἐπελιώθη αὐτῷ ἡ ὄψις λακτισθέντι ὑπὸ τοῦ ἵππου (*). —

Pelasgos, h. e. genus Phoronei; nam Deucalion cum Hellenibus suis Pelasgos ex Thessalia eiecit, quod narratur apud Dionys. A. R. I, 17, quæ maximam partem ex eodem Hellenico fluxisse videntur : Πρῶτον μὲν γὰρ περὶ τὸ καλούμενον νῦν Ἀχαϊκὸν Ἄργος ὤκησαν (Pelasgi) αὐτόχθονες ὄντες, τὴν δὲ ἐπωνομίαν ἔλαβον ἀπὸ τοῦ Πελασγοῦ βασιλέως. Ἦν δὲ ὁ Πελασγὸς ἐκ Διὸς καὶ τῆς Νιόβης τῆς Φορωνέως, ἡ πρώτη γυναικὶ θνητῇ μίσγεται ὁ Ζεὺς κτλ. Deinde narratur de Pelasgorum sedibus in Thessalia, deque dispersione eorum, qua alii in Cretam delati sint, alii in Cycladas insulas, alii Hestiaeon propter Olympum et Ossam tenuerint, alii in Bæotiam, Phocidem, Euboeam transmigraverint, alii denique in Asiæ oram, quæ Hellesponto propinqua est, vicinasque insulas et Lesbum primam cum Æolibus mixti coloniam duxerint. Quibus narratis sic pergitur : Τὸ δὲ πλεῖον αὐτοῖς μέρος διὰ τῆς μεσογείου τραπόμενοι πρὸς τοὺς ἐν Δωδώνῃ κατοικοῦντας σφῶν συγγενεῖς κτλ., quibuscum aretissime cohaerent quæ modo laudata sunt de protectione in Italiam. Sed ita in universum adumbratis originibus earum regionum, quæ a Pelasgis antiquitus incolebantur, singularium fabulam secutam esse suspicor. »

(*) Preller. l. I. p. 9 scribit : καὶ Περίαν ὠνόμαζεν αὐτόν. Schneidewin. Conject. crit. p. 99 (a Prellero p. 14 citatus) καὶ τὸν II. ὠνόμαζον, adeo ut τὸν sit ionice dictum pro τοῦτον. Nescio an μὲν post τὸν supplendum sit, adeo ut in media enuntiatione excerptor substituerit, pergendumque fuisset : τὸν δὲ Νηλέα ἐκάλεσεν etc. Cf. Apollodor. I, 9, 8 : Ὁ δὲ ὑποφορβὸς ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας ἀγελόμενος ἐθρεψέ, καὶ τὸν μὲν πελειώθεντα Περίαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ ἕτερον Νηλέα. Schol. II. x, 334 : Τυρῶ γὰρ ἡ Σαλμωνέως γεννήσασα δύο παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος, παρὰ τοῖς Ἐνιέως τοῦ ποταμοῦ βίηθροις κατέλιπε. Τὸν μὲν οὖν ἕτερον κύων, ἀφαιρεθέντων αὐτῆς τῶν πόνων (l. γάνων; τέκνων Did.), παρέχουσα θηλὴν ἐθρεψέ τὸν δὲ ἕτερον ἵππου κατὰ τὸ μέτωπον ἐπάτησεν. Ἐπελθόντες οὖν οἱ ἵπποφορβοὶ ἀνελάμενοι τε τὰ παῖδια ἐθρεφον, καὶ ὠνόμασαν τὸν μὲν, ἐπεὶ ἐκ συνδρομῆς αἵματος ἐπελιώθη, Περίαν, τὸν δ' ἕτερον, ἐπεὶ κύων κατηλέησεν, Νηλέα. Quæ probabiliter ex Hellenico derivata.

Pag. 149, not. 1, lin. 3 lege : fr. 6. 15. 33. 39. Linea 6 lege : fr. 5. 9. 35. 46. — Illis locis Mnaseas Πατρεὺς, his Παταρεὺς appellatur. In fragm. 38 in plurimis codd. est Πατρεὺς, in Vaticano Παταρεὺς. Prellerus adoptavit formam Παταρεὺς, itemque Mehlus, qui formam Πατρεὺς errori tribuendam censet, « quod (ait) quum vel ex exiguo locorum istorum pateat numero, eos tacite licebit corrigere. » Sed numerus testimoniorum idem est ab parte utraque; codicum vero numerus et auctoritas major est ab parte eorum scriptorum, qui formam Πατρεὺς exhibent. Aliunde vero nihil afferri licebit, cur ex Lycia potius quam ex Peloponneso oriundum esse scriptorem volueris. — Ibidem lin. 11 pro *Mnaseas Corcyraeus* lege : *Mnaseas* (*Corcyraeus, uti videtur*).

Pag. 149, ad fr. 2. — Cf. Suidas et Etym. M. s. ead. v. et Bachm. Anecd. I, p. 38.

Pag. 150, fr. 3, lin. 5. — Ap. Zenobium pro νομισαντες ἀναμένειν Wytttenbach. et Mehlus legunt δόξαντες ἀναμένειν, recte, puto.

Ib. fr. 6, lin. ult. — Pro σάκρον ex Aristot. H. An. IV, 9 et Ael. H. An. X, 11 leg. κάκρον. Cf. Pausan. VIII, 21, 1; Plin. XI, 112. IX, 34.

Pag. 151, ad fr. 8. — Ead. Eudocia p. 379 et 213. Priore loco pro τοὺς Μολίωνας legitur notum illud τοὺς Μολιονίδας, quod etiam n. l. reponendum esse videtur.

Ibid. fr. 11, lin. 2. — Prellerus vulgatam Διὸς Ἡρακλέους tueri studet. « Effinxit novum deum Jovem-Herculem, ortum Jovis Herculisque e conjunctione, licet analogiis eum studeat fulcire (cf. Heinrich. De hermaphroditis p. 14). » Mehlus, qui ipse in textu verborum dedit : Ἡρακλέους τοῦ Διὸς, Schneideri legens vestigia. In annotatione tamen hanc rejectit conjecturam, urbisque nomen (Διον) latere suspicatur.

Ibid. fr. 12. — Cf. Stephan. v. Σύμη.

Pag. 152, fr. 16. — Mehlus pro *Apollinem*

leg. proponit *Apopidem*. coll. Plutarch. De Is. et Os. tom. VII, p. 442 R.: ἄλλος δὲ λόγος ἐστὶν Αἰγυπτίων, ὡς Ἀποκίς ἡλίου ὢν ἀδελφὸς ἐπολέμει τῷ Διὶ κατὰ. Sed *Ægyptia* hæc male quadrarent cum *tertio libro Europæ*, nec quidquam inest vulgatæ, quod ab euhemeristica Nostri doctrina abhorret. Aliorum de hac re silentium nullius est momenti. Ceterum meminit hujus loci Müller. Prolegg. in myth. p. 307, monente Mehlus.

Ib. fr. 17. — Pro Θελξίνειαν vel Θελξινίαν Mehl. scr. Θελξίνειαν, probabiliter, quamquam Θελξινία nomen habet etiam Hesych. : Θελξινία Ἥρα τιμαῖται παρὰ Ἀθηναίους.

P. 153, fr. 20. — Pro Ἰταλίᾳ Mehl. scripsit Θεσσαλίᾳ, quæ emendatio extra dubitationis alcami posita est.

Ibid. fr. 22. — Pro ὑπὲρ τὸν Ἄθω Mehlus legi vult : ὑπὸ τ. Ἀ., absque causa idonea.

Pag. 153, ad fr. 23. — Eadem Suidas s. v. Cf. Hellanici fr. 173.

P. 154, fr. 25 b. — Cf. Eudocia p. 306.

Pag. 154, post fragm. 31 adde schol. Æsch. Pers. 742 : Ἱερὸν δὲ τοῦτον (sc. τὸν Ἑλλησποντον Αἰσχύλος) φησὶ διὰ τὸ ἰδρῶσθαι αὐτόθι Διὸς Ἱερὸν, ὡς Μνασέας.

P. 155, fr. 35. — Pro Ἑρμαπρόδιτον Mehlus leg. putat Ἑρμοῦ καὶ Ἀπροδίτης, probabiliter. Vulgatam tuetur Heinrichus De hermaphroditis p. 33, quamquam nihil afferens quod ad tuendam eam valeat.

Pag. 156, ad fr. 42, not. — Apud Hygin. I, 23 *Mnaseam* pro *Musæo* reposuit jam Valesius Emen-datt. lib. V, 13, p. 134, notante Mehlus. Si admittis conjecturam (neque enim tam certa est quam videri possit), consequitur eodem modo corrigendum esse ap. schol. Germanici p. 103, ubi de eadem re hæc : *Musæus* (Mnaseas) *de capra hoc refert. Datur Jovis infans nutriendus Themidi et Amaltheæ, quæ fuit domina capræ, quæ ex ea Jovem nutrit. Esse autem hanc capram filiam Jovis dicunt, cujus aspectus tam atrox fuisse dicitur, ut Titanes eam timerent, rogarentque matrem Terram, ut eam abderet. Terra autem in antro clausam Amaltheæ tradidit custodiendam, ibique Jovem cum cura Amalthea educavit. Qui quum esset juvenis, et ille contra Titanas vellet inermis pugnare, ejus pellem dicitur acceptam pro scuto habuisse, quod semper Titanibus agitator timoris fuerit.* Hinc sua Lactantius De f. rel. I, 21, qui item laudat *Musæum*.

Pag. 156, fr. 44. — Eadem in Cramer. An. IV, p. 318.

Pag. 157, fr. 46 : — Εὐρυστέρνας] εὐρυστέρνου Ruhnken. Ep. crit. I, p. 91. Locus mutilus. Ceterum in latinis pro Eurysternas scribe *Eurysternæ*.

Fort. scribendum est :... συναγωγῇ, [Γῆν.] Εὐρυ-
στέρνας vel Εὐρυστέρου κτλ.; sin minus, cum Ruhn-
kenio pro ἀναστῆσαι in seqq. lege ἀναστῆναι.

P. 158. — Apud Plutarchum Qu. Gr. c. 19.
in v. Μνυσσιγείων latere nomen *Mnaseæ* Hülle-
mannus quoque ap. Mehl. l. l. p. 113 coniecit. —
Ceterum fragmentis sedis incertæ adde locum du-
biæ auctoritatis ap. Apulejum De orthogr. p. 5
Osann., de Furiarum parentibus : *Filiæ, secun-
dum Eudemum, Acheruntis et Noctis fuerunt; Or-
pheus Phutonis et Proserpinæ. Virgilius modo hunc
modo illum secutus. Athenodorus et Mnaseas* (*Mnaseas*
cod.; *Mnaseas* em. Mai.) *Orci et Stygis. Eude-
mum Osannus intelligit peripateticum, e cujus
Theologumenis Damascius De princip. xiv, in
Wolfii Anecd. t. III, p. 236, placita de rerum prin-
cipio a Nocte derivando citat.*

Pag. 164, ad fragm. 17 adde locum Hieronymi
in Jovinianum (Opp. Hier. tom. IV, p. 207) : *Re-
fert Satyrus qui illustrium virorum scribit historias,
quod Diogenes palliolo duplici usus sit propter fri-
gus; peram pro cellario habuerit, secumque por-
tarit clavam ob corpusculi fragilitatem, qua jam
senex membra sustentare solitus erat; et ἡμερό-
βιος vulgo appellatus sit, in præsentem horam po-
scens a quolibet et accipiens cibum. Habitavit autem
in portarum vestibulis et porticibus civitatum. Quum-
que se contorqueret in dolio, volubilem se habere
domum jocabatur et se cum temporibus immutan-
tem. Frigore enim us dolii vertebat in meridiem,
æstate ad septemtrionem : et utcunque sol se in-
clinaverat, Diogenes simul prætorium vertebatur.
Quodam vero tempore habens ad potandum cavum
lignum, vidit puerum manu concava bibere, et
elisisse illud fertur ad terram, dicens : « Nescie-
bam quod natura haberet poculum. » Virtutem ejus
et continentiam mors quoque indicat. Nam quum ad
agonem Olympicum qui magna frequentia Græciæ
celebrabatur, jam senex pergeret, febris in itinere
dicitur apprehensus, accubuisse in crepidine viæ;
volentibusque cum amicis aut in jumentum aut in
vehiculum tollere, non acquievit; sed transiens ad
arboris umbram locutus est : « Abite quæso, et spe-
ctatum pergite : hæc me nox aut victorem probabit
aut victum. Si febre vicerō, ad agonem veniam;
si me vicerit, ad inferna descendam. » Ibiq[ue]
per noctem eliso gutture, non tam mori se ait,
quam febre morte excludere.*

Pag. 164, fr. 21. — Eundem locum usque ad
verba συγγένεια οὕτως περιέχει eodem modo, paullo
corruptius tamen, habet Eudocia p. 366, et Du-
cangius in notis ad Zonaram (tom. I, p. 677 ed.
Bonn.). Ceterum initio fragmenti, linea 5, post
verba πρώτῃν κατέστησεν Eudocia addidit τὴν Διο-

νυσίαν, quam vocem ap. Theophilum excidisse mo-
nuimus. Meinek. Anal. Alex. p. 346 τὴν Διονυ-
σίδα dedit, quamquam in seqq. vulgatam τῇ Διο-
νυσίᾳ φιλῇ retinuit. Præterea pro ἐν Κυρήνῃ βασι-
λεύοντος Eudocia melius habet ἐν Κυρήνῃ βασιλεύ-
σαντος. Quæ sequuntur apud Eudociam De regibus
Persarum, Syriæ et Ægyptii usque ad Cleopatram,
ad Satyrum nihil pertinent.

Pag. 165 a, lin. 21 verba Ὅθεν καὶ... ὅῃμοι, quæ
uncis inclusi, transponenda esse ante verba ὅθεν
καὶ ἐν τῇ Διονυσίᾳ κτλ., bene monet Meinek. l. l.
Deinde verba Ἀριάδνης ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Μίνω, γυ-
ναϊκὸς δὲ Διονύσου, παιδὸς πατροφίλης τῆς μιγθέσης
Διονύσου ἐν μορῇ πρυμνίδι, ita dedit, ut in post.
scripserit ἐν ὁροφῇ πρυμναίᾳ. Quæ nimis quæ-
sita verba sunt quam ut cum reliquo loci tenore
conciliari possint. Neque fabulæ ejusmodi quid
suppeditant. Diodorus V, 51, 4 : Διόνυσος δὲ νυ-
κτὸς ἀπήγαγε τὴν Ἀριάδνην εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον
Δρίος (in Naxo ins.). Hinc nostro loco refingere
possis : ἐν κορυφῇ δρυμώδει. At hoc quoque parum
placet. Vereor ne verba παιδὸς... πρυμνίδι, ex glossa
fluxerint, quæ in textum irrumpens corrupta est.
Annotaverit aliquis : τῆς Μίνω παιδὸς καὶ Παισι-
φῆς τῆς μιγθέσης [Μινωταύρω] ἐν [βοδὸς] μορῇ πρι-
νίῃ. In postremis Meinek. pro Εὐατὶς ἀπὸ Εὐνόος,
quod libri habent, scripsit Εὐνεὶς ἀπὸ Εὐνέω. At
Bacchi filium Euneum non novimus.

Pag. 168 a, lin. i. — Pro *Serapionis Sotionis*
f., lege *Serapionis f., Sotionis.*

P. 169, fr. 5, not., lin. 3. — Pro *ab Alexandro*
condita lege ab Alexarcho condita.

P. 196, post fr. 15 non fuerit nefas memi-
nisse Natalis Comititis, qui ita habet lib. IX, 3 :
Scriptis Agatharchides Cnidius libro tertio Rerum
Asiaticarum Chimæram mulierem fuisse Amiso-
dari, qui imperavit Lyciæ, quæ duos fratres habe-
ret, Leonem et Draconem. Hi quum Lyciæ loca in-
cursionibus et insidiis opportuna cum magna manu
juvenum occupassent, adeuntes ea loca obtrunca-
bant; ob concordiam igitur fratrum et sororis cor-
pus unum tria habere illa capita fabulati sunt. Hos
Bellerophontes vi superavit et in servitutem redegit.
Quare dictus est plumbum in eos intrusisse, quod
etiam testatur Isacius in Lycophronem. Verbotenus
fere hæc c. Tzetze ad Lyc. 17, p. 300 ed. M. trans-
lata sunt, nisi quod Agatharchidis mentionem de
suo addidisse Natalis videtur.

Pag. 236, fr. 94. — In hoc fragmento pro
Ἀλέξανδρος ἐν τῷ Περὶ Κύπρου scribendum vide-
tur Μένανδρος etc. Vide Menandri Ephesii fr.
tom. IV, p. 448.

Pag. 248, not. 1. — Idem cum Posidonio Ari-
starchi anagnosta vel alius grammaticus est *Posido-*

nus Apolloniata, cujus meminit Tzetzes in Exeges. ad II. p. 4, 10 :... ὥσπερ καὶ Ποσειδώνιος ὁ Ἀπολλωνιάτης ὁ τῷ Ἡσιόδῳ μέμψιν ἐπάγων ὡς παραφθοί-ραντί τινας τῶν Ὀμήρου λέξεων, τὸν Ὀϊλέα Ἰλέα εἰπόντι, καὶ τὸν νῆδυμον ἡδυμον, καὶ ἄλλα ἅτα τοιαῦτα. Cf. id. p. 19, 2. 126, 20. — Adde Posi- donium nescio quem ap. Etym. M. p. 645, 52 : Ὅψις, ὡς μὲν Ποσειδώνιος, παρὰ τὸ ἄπτω, ἄψω, ἄψις τις οὔσα ἢ φῶς ἐμποιούσα καὶ καταυγάζουσα τῶν ὑποκειμένων ἕκαστα, ὡς πῦρ.

Pag. 251, b, lin. 4 ab ima. — *Ex ipso M. Bruti facinore duxit originem*] Hoc nimium est (v. Cicero Tusc. IV, 1; Brutus c. 4; ad Att. XIII, 4); attamen ex facinore ita quasi confirmata est, ut in severiorem historiam irrepere potuerit.

Pag. 259, not. ad fr. 20. — Error Athenæi in eo potius quærendus est quod Seleucum illum βασιλέα fuisse dicit. Nimirum sermo est de Seleuco Antiochi Sidetis regis filio, qui patrem in expeditione Parthica comitatus ab Arsace captus est, uti discimus ex Porphyrio. Vide tom. III, p. 713, not. 7.

Pag. 272, fr. 47, not. — Post eadem leguntur adde : *ex Joanne Antiocheno*.

Pag. 277. — Posidonii historiarum fragmentis, quorum incerta sedes est, adde Exc. De sent. Eunarii (fr. 35) p. 268 ed. Mai. : Ὅτι ὁ Ποσειδώνιος ἔλεγεν, ἀπελθόντος Ἀλεξάνδρου τὸ στρατόπεδον εὐκέναι τῶν Μακεδόνων ἐκτετυφλωμένῳ Κύκλωπι.

Pag. 287, fragm. 80 a. — Schol. Basilii minoris ad Gregor. Nazianzen. in cod. Paris. 573, fol. 216 vso, quod edidit E. Millerus in *Périple de Marcien*, p. 137 : Ποσειδώνιος δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ἐκ τῶν σκιαθηρικῶν, τοῦτέστι τῶν τὰς σκιάς θηρεύοντων ὀργάνων καὶ ὠρολογίων, καὶ πλάτος αὐτῆς (sc. τῆς γῆς) καὶ μήκος παραδιδόασιν. Ποσειδώνιος μὲν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν μεσημβρίαν Κανώβου ἀστέρος σημειοῦται, ὃς μὲν ἐν Ἑλλάδι οὐδὲ ὁρᾶται, ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτικῶν εἰς μεσημβρίαν ἰούσιν, ἐν Ῥόδῳ φησὶν ὁφθεῖς μόνον ἐπὶ τοῦ ὀρίζοντος, εὐθὺς τῇ στροφῇ καταδύεται τοῦ κόσμου· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ, ἐπειδὴν μεσουρανήσῃ, τέταρτον ζωδίου ἐπέγει, ὃ ἐστὶ τεσσαρακοστὸν ὄγδοον τοῦ διὰ Ῥόδου καὶ Ἀλεξανδρείας μεσημβρινοῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὑπερκείμενον αὐτοῦ μὴ μέρος αὐτοῦ ἐστίν. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ ὑπερκείμενον μέρος τῆς γῆς τῷ τμήματι σταδίων ἐστὶ, καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις ὑπερκείμενα ὁμοίως ἐκεῖ (leg. ε), ὃ ἄρα μέγιστος τῆς γῆς κύκλος εὐρίσκεται μυριάδιων χθ' (240000=5000×48; contra 5025×48=252000, qui computus est Eratosthenis).

Pag. 296, ad fr. 101 addere licet hæc ex Damascio p. 78 in Append. ad Stobæi Floril. edit. Gaisf. : Ποσειδώνιος ὑπὸ μὲν τῆς σελήνης κινεῖσθαι (φησὶ) τοὺς ἀνέμους, ὑπὸ δὲ τούτων τὰ πελάγη, ἐν οἷς τὰ προειρημένα γίνεσθαι πάθῃ.

Pag. 306. — Fort. Asclepiades Ægyptius Θεολογούμενος auctor idem est cum eo qui in inscriptione apud Falconer. (cujus meminit Bernhardt. Gr. Lit. I, p. 369) occurrit, ubi sic : Ἀσκληπιᾶδην Ἀλεξανδρέα, νεωκόρον τοῦ μεγάλου Σαράπιδος καὶ τῶν ἐν Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν φιλοσόφων.

Pag. 338, post. fr. 12 pone scholium Vatican. Eurip. Androm. 10, ubi pro Αυστανίας haud dubie scribendum est Αυσίμαχος. Vide locum in Addendis ad Hellanici fr. 5.

Pag. 345 a, lin. 27. — Attamen titulum Περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας recenset etiam Valesius in præfat. ad Exc. De virtut., adeo ut aliunde de eo constare videatur.

Pag. 348. — In Nicolai reliquiis præter ea quæ sero in arenam descendens, quasi ἔφεδρος, Federus præstitit (Cf. supra p. 650), largam emendationum et conjecturarum messem viri conjunctissimi præbuerunt, N. Piccolous et Fr. Dübnerus. Quorum hic quidem ἀνὴρ κριτικώτατος, quum jam olim haud pauca correxisset, nunc etiam δευτέρων φροντῶν ἁπτων edidit in Præfatione ad Himerium p. xxvi sqq.; ille vero, Adamantii Corais in hac urbe successor, amplissimum illud corruptissimumque Nicolai de vita Augusti fragmentum Escorialense peculiari libello tractandum sibi selegit, idque commentario instruxit bonæ frugis plenissimo, in quo etiam reliquis Damasceni excerptis, quæ medicum adhuc expectabant, manum admovit delinientem. In eodem denique libello de Nicolao et de ipso adeo Augusto imperatore optime meruit egregiæ spei juvenis, Alfredus Didotus, qui græcam historici lævitatem versionis gallicæ elegantia assequi studuit feliciter.

Pag. 349, fr. 2, lin. 9. — Καὶ δι' αὐτὴν ποιητικῆς] καὶ, [vñ] Δία, τῆς ποιητικῆς conj. Piccolo. Sequentia idem vir doctissimus ita legenda censet : τραγωδίας εἰποῖται καὶ κωμωδίας· ἡδοκίμησε δ' ἔτι μᾶλλον ὕστερον αὐξηθεῖς, ὥστε καὶ τὴν δύναμιν συνανθῆσαι βητορικῆς etc., omissa cum codd. B. C. voce ἐπεμελεῖτο. — Ib. not. 9. Vocem προσσυμβαίνει jure, ut puto, damnat Piccolo. Legerim πω, συμβαίνει.

Pag. 350, lin. 11. — Ἦκοντα δὲ τὸν Νικόλαον δεόμενοι] εἶχοντο δὲ τοῦ Νικολάου δεόμενοι leg. censet Piccolo probabiliter.

Pag. 352, lin. 17. — Γίνεται] γίνεται Feder. tacite.

Pag. 353, not. 22. — Συνέπλευσεν δ' οὖν] δὲ particulam tacite intulit Federus, quasi carere ea haud possis. Ceterum ne quis miretur confidentius me de codicis scriptura loqui. Etenim majorem Nicolai fragm. partem ex apographo E. Milleri, viri doctissimi et in legendis describendisque co-

dicibus exercitatissimi, jam transcripseram antequam in Hispaniam proficiscerer. Deinde ipse codicem cum apographo denuo accurate contuli, ac prae ceteris ea quae mendam traxisse videbantur, diligentissime excussi. — Ib. lin. ult. Federus scripsit αὐτῶ pro αὐτοῦ, quod tenor orationis non admittit.

Pag. 354, l. 3. — Ἐπεκάλουν... ἡξίου (αξίου cod.)] Federus ita : ἐπικαλῶν... ἀξίου, quod nescio an praeferendum sit.

Pag. 355, l. 20. — Καὶ διατριβῶν] καὶ δ. conj. Piccolo. — l. 22. πόνου] φρόνου conj. idem.

Pag. 356, fr. 7, lin. 10. — ὑποθάσαντας] ἀποθάσαντας codex ; quod notare omisi.

Pag. 357, l. 1. — Τούς γε (dē cod.) νεανίας] τοσούδε νεανίας Feder tacite perperamque. — Lin. 11. ἐπ' ἄκρου τοῦ ὅρους] ἐπ' ἄκρον τοῦ ὅρους leg. censet Dübnerus. De constructione verbi ἀναβαίνειν agens Bremius ad Lysiam Cont. Alc. § 10 p. 128 : « Plerumque, ait, scriptores addunt accusativo praepositionem ἐπὶ ; nec rejicitur genitivus cum ἐπὶ, quamquam is rarior est. » Ceterum in iis quae sub manu erant, locutionem ἀναβαίνειν ἐπὶ τινος quæsiῖν frustra. Quamquam facile credo constructionem verbi ἐπιβαίνειν interdum etiam in v. ἀναβαίνειν translatam esse. — Lin. 20. ὥσατε] ὥσατε Dübnerus legi vult secundum regulam. Indicativum futuri tuetur Federus, neque ego mutaverim.

Pag. 358, fr. 9, lin. 1. — Ἐπὶ] hanc vocem omisit Feder. — Lin. 3. εἰς τοῦν ἐνθάλετο καὶ ἐνεθυμήθη] εἰς τοῦν ἐθάλετο scribi vult Dübnerus. Quod foret elegantius vitata repetitione praepos. ἐν. Ceterum fuisse εἰς v. ἐνεθάλετο, quod per se bene habet, in codice, quem scribæ Constantini discerpserunt, probant Excerpta De virt., in quibus locus noster repetitur (fr. 8 extr.). — Lin. 6. Ἀσσύριον] Ἀσσυρικὸν tacite et absque causa Feder. — Lin. 14. μαντικῇ τῇ τε δι' ὀνειράτων] Praepositio διὰ excidit. Federum. — Lin. 18. ἐξεφατνίζοντο καὶ πως] De hoc loco Dübnerus : « Constructione nulla et medio verbo posito ubi activum oportebat. Scribo : ἐν τῇ δύο ἡπιοὶ ἐξεφατνίζον τὸ κάρπος, ἐν μισ. κτλ. Sequitur : ἐπιφορεῖν τῷ στόματι ἐπὶ τὸν Ἀρβάκην, καλεῦδοντα καὶ αὐτὸν, ἄγυρα. » Hæc optime Dübnerus. Ceterum vocem κάρπος suppleverim intacta relinquens verba καὶ πως, quæ minime librarium redolere videntur, sed apprimè huic narrandi genere conveniunt, et quemadmodum apud Herodotum sæpius adhibentur, sic in iis Nicolai fragmentis, quæ ex ionicis scriptoribus, Xantho et Ctesia, petita sunt, iterum iterumque occurrunt, ut p. 380, fr. 49 lin. 4, et ibid. lin. penult. ; p. 385, lin. 5 ab ult. ; p. 386, lin. 15 ; p. 397,

fr. 65, l. 6 ; p. 405, l. 37 ; adde p. 366, fr. 15, l. 13, ubi Hellenicum logographum ionicum fontem esse in not. statuimus. Orationi pendenti succurrere licet legendo : πρὸ τῶν θυρῶν [τῇ]. Idem Federus efficere studuit interpungendo hunc in modum : ... ἐν τῇ δύο ἡπιοὶ ἐξεφατνίζοντο, καὶ πως ἐν μεσημβρίᾳ, κατέδαρθεν αὐτόθι. — Lin. 26. Καὶ δὴ] καὶ εἰ δὴ servavit Federus notans : « εἰ δὴ, siquidem, quadam forte elegantia, tamquam minus fidenter ita e mente scilicet istius loquenti, prae magis usitato altero ὅα δὴ placuit. » Dübnerus ita : « Müllerus ei delevit, ego mutem in ὥς, cujus compendium paullo minus quam oportet curvatum simile fit compendio ei. Infra legitur πλέον γάρ τι εἰδὼς λέγω et πλέον τι τεκμαιρόμενος, ut hic quoque putem sic locutum esse Nicolaum : καὶ ὥς δὴ τι πλέον [κατὰ] τὰ θεῖα εἰδὼς. » Mihi olim in mentem venit : καὶ εἰ δὴ τις, et si quis alius. — Lin. 28. παρὰ τὸν Τίγριν] Diodorus (II, 3. 7. 26) Ninum ad Euphratem sitam fuisse dicit ; idque e Ctesia narrari eatenus erat probabile, quatenus hunc prae ceteris auctorem Diodorus in historia Assyriaca secutus esse, quamquam etiam Athenæum quendam et alios quosdam inter fontes suos recenset. Jam vero pro epitome Diodorea variis ex auctoribus consarcinata fragmenta habemus historiæ uberrimæ, quæ tam manifesto colorem ionicum toto narrandi genere singulisque adeo verbis prae se ferunt, ut verbotenus fere e fonte ionico, quem præter logographos unum Ctesiam novimus, descripta esse luce clarius sit. Vel hinc igitur dubitaveris num quæ de Nino Euphratea leguntur, diutius Ctesiani nominis præstigio ornanda putemus, an potius ex ignoto quodam auctore Diodorus accessiverit, an denique ipse ceteris oscitantiae et acrisiæ documentis etiam hancce fluviorum Mesopotamiæ confusionem tamquam coronidem adderit. Multo magis dubites, si rem ipsam spectaveris. Nam falsum esse Diodorum ex unanimi optimorum auctorum consensu viri eruditi collegerunt rectissime ; ejusmodi vero errorem ad Ctesiae ætatem nonnisi coactus retuleris ; ne cogamur, adest Nicolaus. Primus de Nino ad Tigrim sita nos docet Herodotus, qui tribus vix post eversionem urbis generationibus Mesopotamiam adiit. Eo vero tempore jam evanuisse memoriam locorum, in quibus celebratissima steterit metropolis, adeo ut ne de flumine quidem præterfluente constaret, quis tandem persuaderi sibi patiatur ! Ceterum cum Herodoto optime concinit Ctesias Nicolai. Quemadmodum enim ex Herod. II, 150 elicebunt viri docti regiam urbis haud procul a fluvio dissitam fuisse, sic idem etiam e nostro fragmento consequitur. — Porro Ctesiae historiæ Asiaticæ

tam secunda usæ sunt fortuna, ut posteriores scriptores pæne omnes, spreto Herodoto, Ctesiae vestigiis insisterent. Neque tamen seniorum quispiam capitale illud, si fuisset, de Nini situ inter Ctesiam et Herodotum dissidium vel uno verbo attigit. Inter comites Alexandri Nearchus ἐν Παράπλῳ ap. Arrian. Ind. 42 Ninum ad Tigrin memorat. Eodem ducit Diodorus (XVII, 53), quem in Alexandri historia Clitarchum sequi constat. Is enim Darium dicit Babylone profectum inter Euphratem et Tigrin per Mesopotamiam adscendisse, ut exercitum in campos duceret, qui circa Ninum late patentes aciei explicandæ accommodi essent, castraque ad Arbela posuisse, ubi praelium expectans milites exercisset. His adde Strabonem XVI, p. 738 et Plinium VI, 13 et qui Ninum recentiorum memorant, Tacitum An. XII, 13, Ptolemæum VI, 1, Marcellinum XXIII, 6 et 7, Theophrastum I, p. 494, Cedrenum I, p. 730 ed. Bonn. (Quos locos vide ap. Hœfer. *Premier mémoire sur les ruines de Ninive*. Par. 1850. Mitto alium locum Marcellini XIV, 8, 7, collat. Philostrato V. Ap. I, 3, ubi Hieropolis urbs *Vetus Ninus* nuncupatur. Nam hæc ad nostram quæstionem nihil pertinent.). — In hoc igitur auctorum concentu una dissona vox Diodori, quæ, si numeranda sunt testimonia, minimi est, sin recte ponderanda, nullius plane momenti. De duabus denique urbibus, quarum altera a Nino ad Euphratem, altera post Arbace condita sit, senior hodie cogitare nequit. Nam studiorum nostrorum commentum de duobus Assyriorum imperiis, quo chronologiarum discrepantias componendas esse censebant, severior crisis dudum repudiavit. Præterea cavendum est, ne in hac disquisitione Lucianum testem advocemus; id quod olim incauto mihi, (ad fr. Ctesiae p. 15), sicuti nuper Hœfero l. l. accidit. Etenim in Charonte dialogo c. 23, quem circa an. 547 a. C. (quo tempore Othryades contra Argivos pugnavit, c. 24 coll. c. 8) institutum esse Lucianus fingit, Mercurius de rerum humanarum vanitate et imbecillitate verba faciens, inter alia docturus est ipsas etiam urbes maximas haud secus quam singulos homines quasi emori. In eo igitur argumento versans, ἡ Νίνος μὲν, inquit, ἀπόλωλεν ᾗδη, καὶ οὐδὲ ἔγνων εἶτι λοιπὸν αὐτῆς· οὐδ' ἂν εἰποις ὅπου ποτ' ἦν. Hæc vero si quis putaverit non dicturum fuisse Lucianum, nisi probe compertum habuisset, reapse sexaginta post eversionem annis ne vestigium quidem urbis ingentis superfuisse nec de situ ejus amplius constituisse, adeo ut cuncta nostra antiquitatis de hac re testimonia meris niantur conjecturis: is, inquam, mirum in modum Luciano abuteretur, atque verbis a rhetore fuis-

majorem quam jejunæ historiæ vim tribueret; præsertim quum satis abunde constet, quanta Luciani circa geographica et historica sit levitas. Sic, ut unum proferam, simili modo ac Diodorus, Euphratem cum Tigride confundit, idque ipse Euphratensis homo. Etenim Seleuciam, urbem Babylonæ longe celeberrimam, non prope Tigrin, sed ad Euphratem conditam esse refert (De dea Syr. c. 18). Quo quid dici potuit oscitantius! Sic flocci facit historiam in Icaromenippo, ubi eodem temporis momento evenisse dicit quæ duarum fere generationum intervallo separata erant. Sed ne immoremur rei profligatæ. Nam vel ii qui post Dahlmanni (*Forschungen* I, p. 12-37) de Luciano judicium paullo severius tueri auctorem data opera studuerunt, ingenue tamen fatentur eum, utpote poetam, historiæ veritatem parum curasse, eamque pro re nata poeticis suis vel rhetoricis consiliis accommodasse. (V. Krüger. *Leb. d. Thuc.* p. 12 sqq. Heysius *Quæst. Herod.* p. 37 sqq.) Nihil igitur mirum rhetorem dicere Nini urbis ne levissimum quidem vestigium Cyri temporibus superfuisse. Id enim ad ea quæ probare voluit aptius erat, quam si cum Diodore (II, 8, 3) memorasset Nini regis tumulum, quanquam eversa urbe, adhuc superstitem vel si simile Sardanapalli monumentum ostendisset, quod Alexandri æquales viderunt Chærilus Iasensis et Anyntas.

Pag. 359, l. 9. — Τόδε μοι] τόδε [δέ] μοι Feder. et Dübner. — l. 13. σοι ἐπῆλθε] σου ἐ. Feder. nescio quo lapsus. — l. 26. Λεγε ἀδυνάτων αὐτὸν ἐρᾶν, ut Piccolo et Feder.

Pag. 366, l. 5. — Λεγε : πάσχοι... μόνῃ... εἶρχτο, monente Dübnero. — Ejusdem fragm. lin. ultima ante μῆτέρα excidit τῇν articulus; habet enim codex, eoque opus est. Contra in lin. 2, fragm. 15 Federus scripsit τῇν Ἐπικάστην, ubi codex articulum non præbet, neque eo. opus est. Ibidem pro ἐγίνοντο, quod rectissime codex exhibet, Federus ponit ἐγένοντο, et paullo post pro γίνεταί dedit γίνεταί. — Lin. 6 in nostris male est ἐπέθετο, lege ἀπέθαντο, quod non debebam tacite mutare.

Pag. 367, fr. 15 lin. ante penult. Ἀγαγών] ἄγων Feder. — Lin. penult. λευκαδί] typos. errore pro λευκίδα, in nota item lege : λευκίδα *codex*. • Conjecturas Feder. promittit has : ληίδα συγχῆν, vel παλλακίδι συῶν. vel, quod præfert, ἐνοικίδιος συῶν — Fr. 17, lin. 3. — Λεγ. τὸν Τρωὸς ut Feder.

Pag. 368, fr. 17, l. 6 ab ult. — ἐκείνην] τε addere placuit Federo.

Pag. 369, fr. 20, l. 7 ab ult. — ἐναγόντων] προσ-εναγόντων conj. Piccolo.

Pag. 371, not. lin. 7. — Λεγε : fluvium significari

monet, testante Etym. M. v. Δάσκληρα. Vid. Add. ad Xanthi fr.

Pag. 372, not. lin. 3. — Pro *Alcimius lege Alcimus*.

Pag. 376, not. 8. — Non erat cur mutarem vulg. ἐβουλεύθη; monet Dübner. — Not. 11. ἔξαρνοι ἦσαν] ἐξηγνήθησαν tacite Feder. — Fr. 39, lin. 2. στρατιωτῶν] lege Σπαρτιατῶν, uti codex; quod quum primo conatu in στρατιωτῶν mutassem, factum ut sic excuderetur. Hinc Piccolous proposuit: ἐβασίλευσε τῶν [Μεσσηνίων κρατήσας μετὰ τῶν αὐτοῦ] στρατιωτῶν.

Pag. 377, l. 7. — ἀνεχομένου] Dübnerus leg. censet ἀνεχόμενοι; quod in codice legisse sibi videtur Federus; falso utique. Ceterum Federus quoque edidit ἀνεχομένου, uti nexus narrationis et historia flagitare videntur. In seqq. vero non erat cur supplerem [οἱ ἔγχωροι]; nam hæc quoque ad Doreas Messeniæ referenda sunt. Videlicet Cresphontes statim ab initio res Messeniæ ita arbitrio suo ordinavit, ut Doriensium commoda floccipenderet. Nam regione in quinque civitates divisa, cum Messeniis pacta quædam iniit, deinde etiam prorsus ἰσονόμους Doriensibus esse voluit. Neque id coactus neque bonitate ingenii vel quadam in subditos clementia ductus fecisse putandus est; sed quemadmodum in reliquis tamquam vir vafer malæque in suos fidei apparet (v. Apollodor. II, 8, 4), sic etiam Doriensium in Messenia auctoritatem eo consilio minuit, ut ex rege, qualem mores Dorici patiebantur, tyrannus evaderet. Jam vero consentaneum est Dorienses, qui in singulis civitatibus una cum Messeniis res administrabant, mox detrectasse auctoritatem regis infestissimi, adeo ut complures quasi principatus per Messeniam existerent. Quo intellecto, Cresphontem cæpti pœnituit; mutatoque consilio τὴν ἰσονομίαν quidem tollere, simul vero nonnisi unam civitatem esse (μόνην τὴν Στενόκλαρον νομίσαι πόλιν), in eamque omnes Dorienses congregari voluit. Causam hujus conversionis prætexebat (ἐκ μὲν τοῦ εὐπρεποῦς λέγων) injustum esse Messenios eodem cum Doriensibus frui jure: *revera* autem quid machinaretur, excerptor quidem non enotavit, sed sponte patet regem non Doriensibus, sed suæ ipsius potestati voluisse prospicere. Tum igitur Dorienses τὰ καθεστῶτα omni contentione tuebantur, tantumque aberant ut antiquanda illa ἰσονομία allicerentur, ut violentiæ malæque fidei regem τὸ ἰσόμοιρον jam non amplius tolerandum esse censentem accusarent; denique tollere ipsum regem, et suo quisque loco manere, quam in unam regiam coacti unius viri arbitrio se committere malebant. — Ib. lin. 15 οὗς τότε] οὗς ποτε scripsit Feder., male. — L. 18.

ἔτεχνάσατο] ἔτεχναύσατο Feder. in cod. legit; non ego. Verbum τεχνάζειν habes etiam infra p. 395, l. 12.

Pag. 380, fr. 49, l. 2. — Κατέλιπε] κατέλειπε male Feder. et contra cod. — L. 5. Δαμονῶν] Δαμωνῶ Feder. ex marg. — L. 6. μοιχευθεῖσα] μοιχηθεῖσα tacite Feder., quasi ita codex. At μοιχεύειν, non vero μοιχᾶν habes etiam infra fr. 61, l. 5. — L. 10 φάρμακα] φάρμακον tacite Feder. Pluralis non erat mutandus propterea quod singularis l. l. usitatio foret. — L. 36. Σπέρμω] Σπέρμη tacite Feder. Codex bis habet dativum Σπέρμω, semel nominativum Σπέρμης; adeo ut de genuina nominativi forma possit dubitari. Ceterum ipse quoque malim formam Σπέρμης. — L. penult. ἡράσθη] Optime Dübnerus correxit: τὴν θυγατέρα... ἡγάσθη, collat. p. 313 lin. 3 ab ima.

Pag. 381, lin. 5. — Οἴκοι ἀναπεισθεῖς] ἤκοι ἀν. Feder. tacite. Idem conjecerat Piccolo. Possis etiam οἴκοι ἀναπεισθεῖν. Illud tamen malim. Quamquam etiam negligentiorem codicis orationem licet defendere. — L. 13. διαπύπραχται] in διαπύπραχθαι absque causa mutavit Feder. — L. 19. κειμένην] κείμενον Feder., absque sensu. — Lin. 28. Σπέρμω] Feder. addidit [οὖν], ut passim. — Lin. 38, not. 34. πῶς; Σπέρμω] vocem cod. παῖς ejecit Federus, addens: « Qualia plerumque monstra tacui. » Quod dolendum.

Pag. 382, l. 5. — ἐβασίλευσε] sic bene cod.; ἐβασίλευε Feder.

Pag. 383, ad not. 38. — De Tylone cf. quæ monet O. Müllerus *Kleine Schriften* tom. II, p. 157: « Die Athener sollte Triptolemus nach Syrien geführt haben, der auch in den Stadtsagen des benachbarten Kleinasien viel vorkommt, wo man einen Lydischen Gott oder Dæmon *Tylos* in diesen Eleusinischen Heros der Agricultur umdeutete. V. Annali dell' istit. di corrisp. archeol. tom. II, p. 157. » — L. 14. Σύραν] sic cod.; Federus tacite Συρίων, quasi eo careri non posset. — L. 18. ἀποχωρήσαντος] sic cod., non ἐπιγ., ut Feder. — L. 29. τοῦτον ἐλθόντα] iterum οὖν, et h. l. tacite, interposuit Feder.

Pag. 384, l. 14. — Ἐχθρὸν πατέρων] ἐχθρὸν πατρῶων tacite, ceterum bene dedit Federus. Idem vel ἐχθρὸν πατέρων proposuit Piccolous. — Paulo post Federus vocem ἀποδείξει absque ratione mutavit in ἀπέδειξε. Deinde vero pro ταῦτα λέγων bene correxit ταῦτὰ λέγων. — L. 20. [γαμῖν] ἐμελλε] Dübnerus scrib. censet ἔγημε, quod majusculis literis exaratum facillime abire potuerit in ἐμελλε. Federus supplet ἀγαγέσθαι. — Ibid. Ἀρῶσσο] Hoc Federus mutavit in Ἀρῶος, quia Mysiæ ille rex aliunde non notus Ἀρῶνιον condi-

disse dicitur. Fortasse igitur simili modo corrigendi sunt qui Antiochiam a Seleuco non vero ab Antiocho, et Arsinoen a Ptolemæo, non vero ab Arsinoe conditâs esse dicunt. Ceterum ex Arcadii præcepto oxytone scribendum est Ἀρῳσσός, sicuti Βηρῳσσός, Κηρῳσσός. — Lin. ult. ἡ δὲ] ἡ δὲ tac. Feder.

Pag. 385, l. 1. — Τοὺς φίλους] τοῖς φίλοις κοιν. bene emendavit Feder. — Lin. 21 interpunge : ἡγνῶει μάλιστα, τοῦ κτλ., uti Dübnerus et Feder., nisi malis cum Piccoloo legere : ἡγνῶει, μόλις ποτὶ τοῦ κτλ. — Lin. 5. θεός] Præstaret δ θεός, mōnente Piccoloo; sed constat sibi excerptor p. 388, fr. 54, l. 14. — Lin. 30. Αἰξὼν] Malim cum Piccoloo legere Αἰξω.

Pag. 386, l. 9. — Κατορύξαι] κατορύξαιν dedit Feder., uti est supra p. 385, l. 32. — Lin. 15 ita Federus : [πῶς ἔχοι] πῶς τε δειπνοίη.

Pag. 387, fr. 53. — Ὅτι Ἴωνες] Φωκεῖς repōndendum esse censet Federus. Idem lin. 7 post ἡγεμόνας αὐτῶν ex conjectura paullo audacius intulit nomina Φιλογένην καὶ Δάμωνα. Scilicet de bello ab Ionibus contra Orchomenios gesto non constare dicit. Deinde miratur prolem Ionum spuriam et a legitima prole pulsam postea tamen cum Ionibus in Asiam trajecisse. Censet igitur Iones illos excerptoris deberi oscitantæ. Deinde, « Hoc itaque concedentibus, inquit, anquirendum diligentius cujusnam gentis nomen pro falso huic Ionum substituendum videatur, relinquo; sin quid mihi conjectura tentandum sit, haud scio an finitimos Orchomeniis Φωκεῖς postliminio restituendos censeam, quippe de quibus, si Delphos excipias, omnibus Pausanias 7, 2, 2. (Φωκέες ἀποδάσμοι Herodoto I, 146 audiunt) admixtos Ionum expeditioni socios, acceptis a Philogene et Damone (quorum Strabo tantummodo priorem habet) navibus, eisdemque ducibus constitutis, Phocæam non armorum vi, sed pactione cum Cumæis facta condidisse auctor est. Quæ sane omnia prorsus iis convenire fatendum est, quæ hic de ἔξυλις nothis, quorum patres eclogarii vel librarii culpa Ἴωνες audiunt, explicatius narrata habemus; adeo ut ad hæc ἡγεμόνας αὐτῶν προστησάμενοι illorum potius apud Pausaniam ducum nomina quam τοὺς Κόδρου παῖδας vel Νηλεΐδας excidisse suspicer. » Hæc Federi conjectura probabilitatis aliquid habet ex iis quæ sub finem fragmenti leguntur, ubi Vantias postquam Cumæorum tyrannum nothorum istorum auxilio devicerat, εὐθὺς τὰς πρὸς Φωκαίας (Φωκέους cod.; Φωκαίους Feder., latinum nomen græco substituens) συνθήκας ἡξίου ἐμπεδοῦν, ἃς ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας συνέθετο· οἱ δ' ἐπείσθησαν καὶ τῆς γῆς ἔδοσαν. Etenim Phocæorum in antecedentibus nulla facta mentio est, adeo ut ipsi illi

advenæ intelligendi videantur, atque verba interpretanda sint hunc in modum : « Statim curavit ut rata fierent pacta, quibus libertatem Phocæensibus illis nothis promiserat. Obtemperarunt Cumani et regionis suæ partem illis dederunt. » Sed ne quid certius contendamus, eo impedimur, quod aperte excerptor Nicolai narrationem in breve contraxit. Nam primum non liquet quinam sint ἐκείνοι, quibuscum pacta iniisse nothi dicuntur; nam in antec. de uno Vatia sermo est. Deinde nescimus quid sibi velint verba ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας. Nihil enim præcedit de libertate amissa. Hinc igitur suspiceris agmen nothorum, quod a Cumæorum regione Mennes tyrannus arcuerat, in potestatem venisse Phocæorum, qui socii erant Cumæorum. Deinde Vatia in Mennem fratrem conspirante, inter hunc et Phocæenses convenisse, ut nothi illi pro auxilio suo libertati redditi partem agri acciperent Phocæensium, qui ipsi suos agros a Cumanis acceperant. Jam quod nothi isti dicuntur *Iones* fuisse, offendere sane possit; attamen, ut nunc res habet, a mutando abstinendum esse dixerim. Nam historiam Ionum, inde ab illo tempore quo Peloponneso expulsi in Græciam migrarunt, usque ad emigrationes eorum Asiaticas, prorsus ignoramus. Ac per se parum probabile est totam istam nationem per illud tempus inter angustos Atticæ terminos sese continuisse. Fieri que potuit ut pars eorum se adjungeret Æolensibus Bæotis, qui tum ex Thessalia ejecti in Bæotia ad lacum Copaidem novam Arnen cum Itoniæ Minervæ cultu condiderunt, atque hinc regna Thebanorum et Orchomeniorum everterunt. Spuria vero proles illa Ionico-Orchomenia e Bæotia pulsa in Atticam se contulerit, quod jam olim Orchomenii a Thracibus ejecti eo commigraverant (v. Hellenici fr. 71, tom. I, p. 56). Hinc deinceps quum iterum emigrandum esset ob locorum angustias, quid mirum illos in easdem oras enavigasse, quas reliqui Iones et qui variis e gentibus iis admixti erant, iteratis itineribus appetebant. Ceterum si qui peccatum a librario est, equidem Ionibus substituerem Æoles Itonios, non vero Phocenses, quos tunc non tam bello Orchomenios petisse, sed una cum illis Æoles illos Thessalicos tanquam hostem communem coercere studuisse consentaneum est. — Ib. l. 12. τὸ [δὲ] μεταξὺ] τὸ δὲ μ. dedit Feder.; τὸ διέχον μεταξὺ conj. Piccolo.

Pag. 388, l. 4. — Τοῖς Κυμαίοις] articulus ap. Federum excidit. — Lin. 8. τῆς γῆς ἔδοσαν] τὴν γῆν tacite Feder.; male; ceterum malim μετέδοσαν. — Fr. 54, l. 28. Οἷτινές τε εἶν] τε omisit Feder. — L. 29. ἐφ' ὅτῳ ἤκουεν] ἐφ' ὅτῳ ἤ. tacite Feder. — L. 31. τοῦ Λαοδάμαντος... ὅστις αὐτοῖς εἶπεν ὁ Λαοδά-

μας]. « Haud dubie scribendum *δστις ΔΗΠΟΤΕ* εἶη, ex quo sic obscurato *ΑΗΤΟΙC* ortum αὐτοῖς. » DÜBNER, acute, uti solet. Ceterum v. αὐτοῖς h. l. non molestum; et particula *δήποτε* vel *ποτε* etiam carere licet, ut in noto illo Euripidis Ζεὺς, *δστις* δ Ζεὺς et similibus.

Pag. 389, lin. 16. — *προεῖπεν*] lege *προεῖπεν* cum Federo et Piccolo. Nihil mutaveram ob locum Euripidis Iph. Taur. 370; sed ibi quoque nunc *προεῖπας* pro *προεῖπας* repositum est. — Fr. 55, lin. 6. *ἀναῶσαι*] Particulam *ἀν* addit Feder., quia non opus. — Lin. 8. *παλαί' ἄττα*] Hoc Dübnerus mihi proposuerat. Fortasse illud ἄλλα ortum ex dittographia vocis ἄττα. Cf. infra Add. ad p. 402, lin. 8. Contra Federus : « Illud *πρόβατα*, sane post ἄλλα ἄττα inficetum, pro glossemate recidas. » Quod non assequor. — Lin. 9. *αἱ δὲ διὰ τοῦτο*] ὡς δὲ διὰ τοῦτο tacite maleque Feder. — Lin. 10. *ἐγίνετο*] ἐγένετο tacite Feder. Imperfectum, quod codex habet, unice aptum. — Lin. 19. *Ἰτῶν*] *Ἰτῶν* Feder.; fort. typothetæ culpa.

Pag. 391, fr. 58, lin. 7. — *ἐπὶ τοῦτο*] Lege *ἐπὶ τοῦτῳ*, auctore Dübnero. — Lin. 14. *πολλῶν διαφέροντα*] *πολλῶν* δ. conj. Piccolo; [*τῶν*] *πολλῶν* δ. scripsit Feder.

Pag. 393, fr. 60, lin. 3. *ὦν Εὐαγ.*] ὦν se addidisse Feder ait; at est in codice. Ibidem pro *ἐξαγών* ap. Federum legitur *ἐξάγων*. — Lin. 10. lege *ἐπιθύντο* pro *ἐπιθύντο*. Ib. post v. *βασιλεύοντα* Federus addidit *ἀν*, bene.

Pag. 394, lin. 4. — *ὅστις ἦν Γόργου*] V. *δστις* Federus in apographo suo omisisse videtur; quare conjecit : *καὶ Γόργου μὲν ἦν*. — Lin. 16 pro corrupto *ἐστρατεύσατο* Piccolo fuisse censet *ἡύτρεπίσατο*. — Fr. 61, lin. 3 lege [*ἄς*] *οὐ λάθρα*, uti censent Piccolous et Federus. — Lin. 11 pro αὐτὸν *δράσαντα* lege cum Dübnero *ἀν τὸν δρ.*, vel simpliciter *τὸν δρ.*

Pag. 395, lin. 3. — *Ὁ Ἰσόδημος*] δ om. Feder. — Lin. 6. *θανόντι ὑπὸ τὰδελφῶν*] *ἀποθάνοντι ὑπὸ ἀδ.* tacite Fed. — Lin. 23. Feder. conjecit : *θύειν αὐτῷ καὶ τὰ ἱερὰ* [*ῥέζειν*], idque probabiliter. — Lin. 32. *στράτευμα*] *στράτον* Feder.

Pag. 398, lin. 7. — *Παρέχοι*] leg. *παρέχη*, auctore Piccolo. — Lin. 28 leg. *Ἀρτεμδάρεω*, uti est in ima pagina, pro *Ἀρτεμδάρου*. Monuit Dübnerus.

Pag. 399, lin. 5. *Μεγάλῳ ὄντι*] *μέγα φρονοῦντι* conj. Piccolo.

Pag. 400, l. 3. — Cum Dübnero leg. videtur [*δ*] *οἰωνισάμενος*. Eodem iubente, lege paullo post *ποδαπὸς* [*τὸ*] *γένος*. — Lin. 7. *Οἰδάρας*] Ubique reponendum *Οἰδάρας* cum spiritu aspero. Vide Appendixem in Piccoloi edit. fragm. Nicolai, ubi M. E. Burnouf, vir celeberrimus, quem Pic-

colous consuluit, fusius de hoc nomine exponit. Etenim *Οἰδάρας* Zendica lingua Zoroastri foret *hubdra*, i. e. *afferens bonum*, ἀγαθᾶγγελος; Indice idem nomen scriberetur *subhāra*, quibus responderet nomen *Sæbares* pro OEbares apud Justinum. Præterea Burnoufius monet vocem *hubdra*, *afferens bonum*, tropice etiam significare posse *fortunam*, *potestatem*, *πλοῦτον καὶ δυνάμιν*, utpote quæ bonorum auctores sint. Quare Piccolous in verbis ὥσπερ καὶ τοῦνομα λέγει excidisse censet verba τοῦ ἀνδρὸς s. τοῦ ἀνθρώπου. Alias hæc pertinerent ad vocem, quæ fumum equinum Persarum lingua significat.

Pag. 401, l. 1. — *Ἐνασουλῶτατος*] *ἐνασιμῶτατος* conj. Piccolo, *ἐναμιλλότατος* vel *εὐθουλότατος* Dübner. — Lin. 10 ab ima. *προελθόντα*] *προελθόντες* scribi vult. Dübner.

Pag. 402, l. 8 — *Ἄλλα δπλα*] Alterum utrum ex dittographia ortum esse recte procul dubio statuit Dübnerus. Cf. p. 389, fr. 55, lin. 8. — Lin. 29. *ἐπᾶνιοι*] l. *ἐπᾶνι*, auctore Piccolo.

Pag. 403, not. 47. — *Αἰπόλον κακὸν* conj. Dübnerus.

Pag. 404, lin. 27. — *Περὶ αὐτὸν*] l. π. αὐτὸν; monet Piccolo. — Ib. l. 8 ab ima Dübnerus ita legi vult : *ἡ [νικήσασιν ἡ] ἡττηθεῖσι*.

Pag. 405, lin. 19. — *Διὰ μέσου δὲ διεξίεναι*] δ. μ. δὲ *μηδὲνα διεξ.* conj. Piccolous; δ. μ. δὲ *διεξίει* Dübnerus.

Pag. 406, lin. 24. — *Ὀφέλου*] lege *ὠφελούντο*, corrigente Piccolo.

Pag. 408, not. 10. — *Ὡς μὴ συναπόληται* leg. censet Piccolo.

Pag. 413, lin. 33, not. 22. — *Ἀποίκων*] *ἀν ἀπειρηκότων*? Piccolo.

Pag. 430, cap. 6 vers. fin. : — cum Piccolo leg. censeo : *ὡς μὴ τὴν δίαίταν... μεταβαλὼν τὴν δλην ἔξιν κτλ.*

Pag. 433, not. 2. — Vulgatam ἐν τῇ μετὰ ταῦτα (sc. *ἡλικίᾳ*) recte, opinor, tuetur Piccolo. Idem linea sequente pro ἐν *ἐργοῖς* mallet ἐπ' *ἐργοῖς*.

Pag. 434, fr. 101, lin. 2. — Nisi plura exciderint, fortasse legendum esse Piccolo censet : *ἄγων ἐν Ἀπολλωνίᾳ* vel *disertius* : ἐν Ἀπολλ. *μῆνα μετὰ τὴν ἐκ Ῥώμης ἀποδημίαν*. — Lin. penult. *διατρίψοιεν*] l. *διατρίψειεν*.

Pag. 435, not. 16. — Lege ex Piccoloi correctione : *Τιμωροὶ δὲ ἐσ. Κ. προσεδόκυντο*. — Ib. cap. 17, not. 1. Apollodori nomen in textum reposituit Piccolo.

Pag. 436, not. 11. — *Οἱ τε τῆς*] *εἰ καὶ μὴ τῆς* scr. Picc.

Pag. 437, cap. 18, lin. 3. — *Ἐποίει*] *ἐπεί* Piccolo; recte, puto. — Ibid. post not. 3. Pro ἀπέ-

στείλε leg. ἐπέστειλε, monente Dübnero. — Ib. post not. 5. Piccolo scripsit, φανείσθαι, τοσοῦδε ὀνόματος καὶ ἀρχῆς [οὐ] παραχωρήσων.

Pag. 438, lin. 6. — Τῶν συμπάντων] 1. τῶ σ., corrigente Dübnero. — Not. 8. « Fort. leg. φίλων τινές ἀ καὶ » Piccolo. — Not. 9. « Fort. leg. : καὶ κείνους [προάγειν] εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπέξοδον, ἄλλως τε καὶ τοῦ ὀνόματος [οἰωνοῦ] μεγάλου [όντος] » Id. Post not. 10. Συναγωνίζειν] ἀνακαίνει conj. Dübner. — Lin. 3 ab ima : ὅπως] ὅποια Dübner. ὅποια Piccolo. — Lin. ult. οὔτε πρότερον] 1. οὔπω pr. cum Dübner., vel οὔποτε pr. ut Piccolo.

Pag. 439, lin. 4. — Κάσσιός τε καὶ] dele τε, mon. Picc. — Lin. 8. « εἰρην βλον εἶχον nihil sunt nisi εἰρηγνὸν εἶχον : nam in vetustis codicibus βι et ι figuram habent inversi w, sic ut in altero medius ductus emineat altior. De ceteris talem conjecturam propono : ἐκείνου δὲ ἡττηθέντος, γενόμενοι ὑπὸ Καίσαρι, τὸ ἀπ' αὐτοῦ εἰρηγνὸν εἶχον ἀδελῆς, πράως καὶ φιλανθρώπως προσαγομένου ἑκαστον. τὸ δ' ἐν τῇ διανοίᾳ δύσελπι αὐτῶν ἀφ' ἡρεῖτο ἀμνησίκακος ὢν τὸ ἦθος etc. In quibus πράως καὶ sunt meliora expstantis, sed ἀδελῆς pro οὐδὲ repositum exemplo nititur, cap. 31, not. 2, ubi οὐδελῆς codex pro ἀδελῆς, et cap. 30, not. 1, ubi ὁρῶν pro ὁρῶντα. » DÜBNERUS. Ex his proficiens Piccolo ita scripsit : τὸ ἀπ' αὐτοῦ εἰρηγνὸν εἶχον ἀδελῆς : [ὥς] οὐδελῆς γὰρ ἄλλος φιλανθρώπως προσαγομένος ἑκαστον, τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ δύσελπι αὐτῶν ἀφ' ἡρεῖτο, ἀμνησίκακος ὢν τὸ ἦθος κτλ.

— Lin. 33. Ἄσμενοί τε ἄν] ἄσμενοι κατένευσαν scripsit Piccolo. — Lin 3 ab ima. ἀλλ' ὦν] ἀλλ' οἶων scripsit Piccolo Linea seq. pro ἤχοντο τὸ... σεσῶσθαι πεποιηκότι, Dübner. et Picc. ἤχοντο τῶ... σεσῶσθαι. . πεποιηκότος. Quamquam ferri potest quod codex præbet.

Pag. 440, lin. 4. — « Ita scripserim : καὶ μὲν δὴ κακείνων (nimirum τῶν κρατούντων [?]) τὰ ἔθνη αὐτὰ διάφορα ἦδη ἦν, τῶν τε συστρατευομένων πάλαι ἐν ἰδιωτῶν μοίρα τῶν τε ἡγεμόνων καὶ (hoc deleverim) οὐ τιμῆς μεταποιουμένων τὸ νῦν (τὸ μὲν cod.), ὅτι συγκατετέτακτο εἰς τὸ ἀρχαῖον στρατιωτικὸν τὸ πολέμῳ ἄλλοις etc. » DÜBNERUS. Piccolous vero ita locum constituit : καὶ μὲν δὴ κακείνα τὰ ἔθνη αὐτῶν διάφορα ἦδη ἦν, τῶν τε συστρατευομένων πάλαι ἐν ἰδιωτῶν μοίρα [όντων], τῶν δὲ ἡγεμόνων οὐ τιμῆς μεταποιουμένων τὸ νῦν, ὅτι συγκατετέτακτο κτλ Quorum illud τὰ ἔθνη perelegans conjectura, cui tum ex aliis scriptoribus patrocinari possis (v. Steph. v. ἔθνος), tum etiam ipso Nicolao; nam paullo infra paucis comprehendens auctor classes vel, ut cum Cicerone dicere licet, nationes eorum, qui Cæsari irascebantur, similiter utitur verbo φύλα : Παντοδαπὰ οὖν συνέστη φύλα ἐπ' αὐτὸν κτλ. Ceterum etiam sic, non Nicolai, sed excerptoris verba nos

habere puto : nam illud κακείνα ad præcedentia referri usus communis postulat. Fortasse Nicolaus in hanc fere sententiam scripsit : καὶ μὲν δὴ κακείνα τὰ ἔθνη (δεινότηα διετέθη vel potius διετίθη, πρὸς) αὐτὸν διάφορα [δὲ] ἦδη ἦν [καὶ τὰ] τῶν κτλ. — In sequentibus nolim suppleri ὄντων, quum non de exauctoratis militibus, sed de gregariis, qui inde a longe tempore militabant (sυστρατευομένων πάλαι), sermo esse videatur. Denique τὸ μὲν nescio an non mutandum sit in τὸ νῦν; facilis enim conjectura est post τὸ μὲν εἶ etc. excidisse alterum colon : τὸ δὲ εἶ etc. Quæ servata sunt, spectant querelas gregariorum; quæ exciderunt de ducibus erant. — Ib. not. 16. ὑποτιμωμένων] sic Nicol. p. 435, cap. 17, lin. 2. ὑποτεινομένων Piccolo, quod propius a traditis abest. — Ib. cap. 20; not. 1. [ἀλλαις] ἐπ' ἀλλαις] sic Nicolaus etiam p. 449, lin. 6 ab ima; ἐπαλλήλοις eleganter conj. Dübnerus.

Pag. 441, l. 5. — Τόσον] 1. τοιόνδε ex conj. Dübneri. Καινοτόμον conj. Piccolo. — L. 8 δὲ πάνν] δὴ π. mavult Dübner. Deinde debebam πρὸς αὐτὸ cum Piccolo vel τοῦτο. In lat. leg. *id vero Romanis... suspectum esse solet.* — Lin. 10. ἐπελθ. δὲ] an δὴ? Picc. — Lin. 17. οὐκέτι] οὔτε Dübner. et Picc. — Lin. 20 ἐρῶντα] cod. hab. εὔροντα, non εὔρόντα. — Ib. lin. ultima, parentheses signum, quod est post sec. συναρχόντων pone post v. ἐδημηγόρει. Monuit Dübnerus.

Pag. 442, lin. 1. — Τίθεται] 1. τίθησι; correxit Piccolo; idem orationem aperte contractam fortasse hunc in modum refigendam esse censet... βοῶντος δὲ τοῦ δήμου ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τιθέναι. [Καὶ δὴ ἐποίησεν· Καίσαρος δὲ ἀγανακτοῦντος] καὶ ἐπὶ τοῦτον κτλ. Idem de sanitate verborum ἐπὶ τοῦτον dubius. — Lin. 32. τῆς... γλώττης] τῇ γλώττῃ reposuit Picc.

Pag. 443, lin. 4. — Ῥωμαῖοι ἀριστοὶ] 1. Ῥωμαίων ἀρ., mon. Piccolo. — Lin. 20. Συνόντες] συγγόντες conj. Piccolo. Idem lin. 24 pro βουλόμενοι supplet πεφυκότες. — Lin. 5 ab ima, lege ἐπιθήσονται καὶ ὁποῦ, auctore Dübner.

Pag. 444, lin. 7. — Verba οὐ γάρ... αὐτῆς parentheses signis include, præeunte Piccolo. — Lin. 29. μάλιστα φίλοις] præstat μ. φίλος, ut Piccolo scripsit.

Pag. 445, l. 5. — Πολλὴ μάλιστα] ἦδη μ. Dübner.; πάλιν μ. Piccolo. — Lin. 7. Ἐκέλευσε] leg. ἐπένευσε ex conj. Piccoloi. — Lin. 19. Τύλλιος] servandum est Τίλλιος, monente Piccolo. — Lin. 23. Piccolo succurrere loco studet interpungendo hunc in modum : καὶ τι θρασύτερον, εἰσω τὰς χεῖρας ἔχοντας ἐδόκει δρᾶν. Idem in nota addit : « Fortasse : εἰσω τὰς χεῖρας ἐλὼν ἄκοντας. » Malim καὶ τι θρ. αὐτὸν εἰσω τ. χ. ἔχοντα ἐδ. δρᾶν, vel τοῦ εἰσω... ἔχοντος ἐδό-

και δράσεσθαι. — Lin. 20. Ἀμυνόμενος] l. ἀμυτού-
μενος, Picco. — 42. ε' και λ'] e male exaratis K
και Γ orta esse probabiliter censet Piccolo. —
Lin. 3 ab ima. φυρόντων] l. φευγ. Piccolo.

Pag. 446, lin. 20. Leg. ἐναντιώσεσθαι, corr.
Dübner. — 22. Ἀποφανοῦς] ἀφανοῦς conj. Dübner;
ἀπὸ προφανοῦς Piccolo; fort. ἀπεμφανοῦς. — 29.
εὐρεῖται] μυρίαι conj. Dübner; εὐριπώδεις Piccolo
comparans Plutarch. Cæs. 60. — 35 ἐκεῖ] ἐτί Picc.
— 44. l. μεταμφειννύμενοι.

Pag. 447, l. 11. — Στενὸν] στόνος Dübner; οἰμωγῇ
και στόνω Piccolo. — 25. Προφάσεις] προφάσει
Dübner. — 31. Εἴ τι] εἰ τις conj. Dübner. Quod cod.
præbet Thucydidium est. — 40. l. ἐβουλεύθη, mo-
nente Dübnero.

Pag. 428, 5. — Ὁ χρῆ] ὅτι γ. Piccolo. — 10
comma quod est post Καίσαρος pone post v. μέρει
uti Piccolo. — 11. Ἐκεῖνοι] l. ἐκεῖνοι. Dübner. et
Picc. — 36. Dübnerus correxit : φιλότῃτα και κέρδη
ἴδια, [οἱ] δὲ και v. ἐρῶντες. — Lin. 3 ab ima.
πλέονι] πλεονεκτεῖν conj. Piccolo. — Lin. ult. εἰ-
δότες] εἰδότης conj. Dübner. Simpliciter scripse-
rim ἦσαν οἱ παρεκελεύοντο.

Pag. 449, l. 14. — Dele comina post v. Ἀεπίδω.
— Cap. 28, l. 6. Πρὸς ἀλλήλους inclusit Piccolo,
ut male repetita. — Lin. ult. γενόμενος] γενόμενον...
πρὸς ἑαυτὸν Dübner. et Picc.

Pag. 450, l. 2. — Γενόμενον] γέγονε vel ἐγένετο
conj. Dübner. Potius ex antecce. male repetita. —
15. ἀνάγοντες] l. ἀνάπτοντες cum Dübner. vel ἀναύον-
τες cum Piccolo. — 19. ὅπως αὐτῶν τῇν] δ. αὐτῶ
τινα Picc. — 16. Leg. καταστήσαιτο. — 31. τα-
ραχῇ] ἀρχῇ scrips. Piccolo, cujus vide annot. de
his vocibus passim confusis. — 34. Ex codicis ver-
bis τούτους δὲ κομάνους Λεύκιος optime Dübner.
eliciuit τοὺς δὲ Κομάτους Λεύκιος.

Pag. 451, l. 5. — Τῶν (τε) τῶν τότε Piccolo. —
Cap. 29, post not. 4. Καὶ ταῦτα δοκιμάζων]
ταῦτά και δοκ. Piccolo; idem mox corr. μεσιτεύ-
σειν. — Lin. penult. Piccolo conjecit οὐ γὰρ ἐγνώ-
ριζεν ἔτι.

Pag. 452, l. 11. — Piccolo scripsit : ἅμα και τῇ
βουλῇ τὰ πιστὰ φυλάττοι. Mox post ἐκεῖνοι μὲν inse-
ruit οὖν. — 24. l. οὐς δύναται cum Dübner. —
Cap. 30, l. 5. ἐποιοῦντο] ἐπέθοντο conj. Picc.; ἐπε-
νοοῦντο Dübner. Mox Piccolo γενναίαν δὲ pro γ. τε.

Pag. 453, l. 13 ab ima. — Ὡς οὐδὲ τοῦνομα] ὥς
σπουδῇ τοῦν. conj. Piccolo; ὥς πολὺ τοῦν., vel ὥς
οὐδὲ [προσθεῖη, και] τοῦν. Dübner. — Lin. penult.
ἐνδεῖνον] οὐ δεῖν conj. Picc.; μὴ δεῖν Dübner.

Pag. 454, l. 2. — Που] ποι Dübner. — 6. και
ἀστῶν... διελέγετό τε Dübner. — Cap. 31, l. 8 ἐθε-
λῆσαι] ἀπειθεῖν conj. Picc.; ἐλλοχῆσαι. Dübner. De ἔτι ἐξ
ἀρχῆς, jam inde ab initio, v. Steph. Thes. v. ἔτι

p. 2154, B. — Lin. penult., inserte τῇ ante δυνά-
μει, monente Piccolo.

Pag. 455, 6. — Ἀσφαλῆς] malim τὰσφαλῆς, ut
Piccolo scripsit. — 8. μᾶλλον περ] μὲθ' ὅπλων
παραβάλλεσθαι vel πολεμεῖν παραβαλλόμενον Pic-
colo. — 9. περιωθοῦν.] παρωθ. Picc. — 12. τύχης
ἀγαθῆς] l. τύχῃ ἀγαθῇ, præeunte Piccolo. — 15. ἦν
γὰρ ἐκεῖ ἡ] οὐ vel οὐπερ ἦν ἡ Dübner. — 32. Leg.
ἀναλώσειεν. — L. ult. οὐ πάντα] οὐ πάνυ Dübnerus;
οὐ πάνυ τι Piccolous.

Pag. 499 ad Chæremonis fr. 4. — Locus Hie-
ronymi (In Jovin. II, 13, Opp. tom. IV, p. 205),
quem in nota indicavimus, exscribi meretur. Sic
habet : *Chæremon stoicus, vir eloquentissimus, nar-
rat de vita antiquorum Ægypti sacerdotum, quod
omnibus mundi negotiis curisque postpositis sem-
per in templo fuerint, et rerum naturas causasque,
ac rationes siderum contemplati sint; numquam
mulieribus se miscuerint; numquam cognatos et
propinquos, ne liberos quidem viderint, ex eo tem-
pore quo cœpissent divino cultui deservire : carnibus
et vino se semper abstinerint, propter tenuitatem
sensus et vertiginem capitis, quam ex parvo cibo
patiebantur; et maxime propter appetitus libidinis,
qui ex his cibis et ex hac potione nascuntur. Pane
raro vescebantur, ne onerarent stomachum. Et si
quando comedebant, tusum pariter hyssopum su-
mebant in cibo, ut escam graviorem illius calore
decoquerent. Oleum tantum in oleribus noverant,
verum et ipsum parum, propter nauseam et aspe-
ritatem gustus leniendam. Quid loquar, inquit, de
volatilibus, quum ovum quoque pro carnibus vi-
taverint et lac? Quorum alterum carnes liquidas,
alterum sanguinem esse dicebant, colore mutato.
Cubile iis de foliis palmarum, quas baias vocant,
contextum erat; scabellum acclive et ex una parte
obliquum (ξύλινον δὲ ἡμικυλινδρῖον εὖ λελεασμένον
Porphyr.), in terra pro pulvillo capiti suppone-
bant, bidui triduique inedia sustinentes. Humo-
res corporis, qui nascuntur ex otio et ex mansione
unius loci, nimia victus castigatione siccabant.*

Pag. 499 b. — Post locum e Tzetz. Chil. peti-
tum adde hæc : Tzetzes Exeg. in II. p. 146, 12 :
Περὶ τῶν Αἰθιοπικῶν γραμμάτων Διό... (Διόδωρος?)
μὲν ἐπεμνήσθη και μερικῶς εἶπεν, ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἀκοῆς
ἄλλου μαθὼν και οὐκ ἀκριβῶς αὐτὸς ἐπιστάμενος [εἰ
δὲ] και τινα τούτων κατέλεξεν ὥσπερ ἐν οἷς οἶδε, παρ-
ρησιάζεται. Χαίρημων δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς δλην βί-
βλον περὶ τῶν τοιούτων γραμμάτων συνέταξεν ἅτινα
ἐν τοῖς προ... (προσῆκουσι?) τόποις τῶν Ὀμηρείων
ἐπὶν ἀ[χρ]ι βέστερον και πλατυτέρως ἐρῶ.

Idem p. 123 : Οἱ γὰρ Αἰθίοπες στοιχεῖα γραμμά-
των οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ἀντ' αὐτῶν ζῶα παντοῖα, και
μέλη τούτων και μόρια. Βουλόμενοι γὰρ οἱ ἀρχαῖοιτε-

 Eleutheria, Plataensium festum, II, 257, § 11. Samiorum, IV, 406. Sinyraeorum, IV, 402, 6.
 Eleutheriscus, Macedoniae urbs, IV, 509, 4
 Eleutherna, urbs Cretæ, IV, 529, 10
 Eleutheropolitani in Palaestina, IV, 55, 106.
 Eli, iudex Iudaeorum, IV, 549, 17.
 Eliaca philosophi secta, IV, 176, 68.
 Elibus Marudachum Baldanem interfecit, eique in Babyloniae imperio succedit; tertio anno post a Senecheribo captus in Assyriam abducitur, II, 504, 12.
 Elieus, Cephisi et Sciadis f., Tanagraeus, Eunosti pater, III, 78, 4.
 Elimææ regi filiam natu majorem despondet Archelaus Macedoniarum rex, II, 152, 154.
 Eliphas, Tharmanitarum rex, III, 220, 12.
 Elión in Phœnicum mythologia, III, 567, 12.
 Eliās, Barachelielis f., Zobites, III, 220, 12.
 Eloim, in Phœnicum mythol., III, 568, 18.
 Elpidia, Placidiae nutrix, IV, 66, 40.
 Elpinice, Cimonis soror et uxor legitima, deinde Calliae nupsit, II, 54, 3; pro Cimone fratre accusato apud Periclem deprecatur, II, 55, 4.
 Elymae tibiae vel scytaliae, III, 482, 79.
 Elymnum, ad Eubram insula; inde muribus pelluntur Chalcidenses, qui in Athlum montem emigrant, II, 222, 31.
 Elyrus, urbs Cretæ, IV, 528, 6.
 Elysia, quæ loca vocentur, III, 146, 93.
 Elysium campus in Ægypto, III, 511, 8.
 Emathion, pater Aeropi, IV, 445.
 Emathion, pater Romi, IV, 395, 11.
 Emeum, opp. Æthiopiarum, III, 477, 42.
 Ἑμμελία, saltatio tragica, II, 283, 44. 284, 50.
 Emmenides, Telemachi f., Xenodici frater, Ænesidami pater, avus Theronis, IV, 433, 5. 6.
 Eminor, Sychemi pater, III, 215, 217.
 Emodus mons, II, 402, 1. 408, 3.
 Empedocles, Metonis pater, Empedoris philosophi avus, Ol. 71 Olympionica, II, 183, 263. III, 42, 27.
 Empedocles, Metonis f., Xenophanis imitator; Pythagoreos audivit, Pantheum curavit, III, 42, 27. Exæneti f. et Exæneti pater; ejus victoria Olympica, III, 162, 11. 169, 6. Archytæ Tarentini discipulus, II, 300, 23. Hippasum et Brontinum audiens fertur; a Pythagoreorum consortio exclusus est, III, 6, 20. Gorgiae discipulus, Pausaniæ amator, III, 162, 12. Ejus divitiæ, vestitus, Καθάρμοι carmen; frater Callicratidas, III, 577, 3. Alia de ejus vita, ætate, moribus, dictis, mortis genere, III, 164, 29. II, 170, 215. 187, 276. II, 24, 6. III, 6, 22. II, 183, 263. Ejus scripta De natura et de femina exanima, III, 162, 12. Tragediæ num sint genuinae, III, 6, 21. Ejus καθάρμοις rhapsodus in Olympia recitavit, II, 249, 47.
 Empedotimus scriptor, II, 197, *not*.
 Empodus scriptor, IV, 403.
 Ἑμπορικαὶ δίκαι a thesmothetis introducuntur, II, 116, 31.
 Ἑμπορίου ἐπιμεληταὶ Athenis, II, 119, 42.
 Empusa appellabatur mater Æschinis, II, 493, 17.
 Empylus Rhodius hist., III, 527.
 Enalios, Neptuni f., Olympiæ vicus, III, 640, 18.
 Enalos Æolensis, Phineii filiam deperiens, cum illa se in mare dejecit; a delphino servatur, Neptuno carissimus, IV, 459, 12.
 Enchelanes s. Enchelenses, Illyriae gens, III, 152, 13.
 Enchelea, vicus Boeotiae, postea Thebæ, IV, 544, 8.
 Endeis Æaco parit Telamonem, IV, 316, 3.
 Endymionis fabula, III, 149, 1. Junonis amore captus, somnum æternum a Jove sibi expellit, IV, 405, 3. Arras lunæ rationes primus invenit, IV, 426, 2. Vir mysticus apud Cares, cur lunam amasse dicatur. Ejus sepulcrum, IV, 547, 11. Pater Ætoli, II, 442, 8; Eurypylæ, II, 189, 281.
 Ἐνν καὶ νέα Athenis quondam Demetrias vocabatur, III, 117, 8.
 Enentiphinaus (?), Æg. rex xxxv sec. Eratosth., II, 558.
 Eneubulus, animal quod e mari emergens Chaldaeis apparuit, IV, 280, 1.
 Eneugamus, animal divinum ap. Chaldaeos, IV, 280, 1.
 Engyium, Siciliae opp. cum Matrum deorum templo a Cretensibus exstructo; in eo Ulyssis et Merionis galeæ cleabus consecratae. Bello Punico secundo incolæ a Carthaginiensium partibus stant; Niciam civem ad Romanos ut deficiant suadentem Pœnis tradere volunt; postea a Romanis subacti servantur, Nicia illo pro iis apud Marcellum intercedente, III, 271, 45.
 Ἑγγυόχη quid sit, II, 440, 4. III, 133, 58.
 Enipo serva Archoli mater, II, 70, 12.
 Enna, urbs Siciliae, III, 288, 83, quam servi rebellantes

- occipare, et sedem dominationis suae facere instituunt, II, *præf.* xxi, 26.
- Enneachordum, instrum. mus., II, 286, 64.
- Enneacrunos, olim Callirrhoe, Athenis, III, 32, 27.
- Enochus, i. q. Atlas, Melhusalami pater, III, 212, 3.
- Ἐνοδία Diana, IV, 339, 7.
- Ἐνωτοκοῖται in India, II, 423, 29. 424, 30.
- Entimus, e Gortyne Cretensis, ab Artaxerxe donis cumulat, II, 296, 11.
- Enfuria Saturno parit Hymnum, Faustum, Felicem, IV, 372, 2.
- Enyalios Libyæ et Neptuni filius, IV, 544, 15; a Marte occisus, III, 597, 57. Enyalio Athenis sacra facit ὁ πολέμαρχος, II, 114, 28.
- Eon, arbor ex qua Argo fabricata, III, 243, 147.
- Ἐώρα, festum ap. Colophonios, II, 164, 197.
- Eordi, primi Amyricæ urbis in Thessalia incolæ, II, 465, 7.
- Ἐρανετες archon Atheniensis Olymp. 46, 1. I, 14, 5.
- Ἐπάκλα Laced., III, 20, 2. II, 242, 23.
- Epaminondæ indoles, II, 310, 23. πλείστα γινώσκων, ἐλάχιστα φεγγόμενος, II, 269. Ejus magister Lysis Pythagoreus, II, 275, 11. III, 5, 18; tibiis eum canere docent Olympiodorus et Orthagoras, II, 286, 60. Stesimbrotum filium inobedientem necasse fingitur, IV, 375, 1. Litem de Side argo quomodo diremerit, III, 192, 4. Τὸν ἱερὸν λόγον constituit, II, 200 a. Ad Mantineam ab Anticrate Lacone occisus, II, 192, 3. Ejus dictum, IV, 23, 22.
- Epaphroditus Neronem moribundum conficit, IV, 576, 91.
- Epaphus cum Baccho, Osiride et Sarapi compositus, III, 155, 37.
- Epaphus, historicus, IV, 404.
- Eparchides, historicus, IV, 404.
- Epel in Ætolia longævissimi, II, 66, 5. Cf. Epeus.
- Epeis, Ægyptius ἱερογγραμµατεὺς, theologia scripsit, III, 572.
- Epeus, Elei f., Eleos de se Epeos nominavit, II, 189, 281.
- Ephas, Madianæ f., III, 214, 7.
- Ephebia Attica, II, 111, 19. 112, 20.
- Ephesias, locus ad Pontum Euxinum, ubi Ephesii coloni urbem condere cœperunt, IV, 152, 31.
- Ἐφεσις in iudiciis Atticis quid?, II, 119, 41.
- Ephesus, II, 309, 16. III, 616, 32. Urbis origines, IV, 371; a servis Samiis condita, IV, 442; unde nomen habeat, III, 597, 58. II, 222, 34. Ephesii coloni in Ephesiade ad Pontum Eux. conseruerunt; hinc sub Timasia duce Byzantium transierunt, IV, 152, 32. Ephesiorum tyrannus Pythagoras a Basilidis imperio dejectus, IV, 348, 2. Ephesii contra Magnesios belligerant; victoriam iis conciliat Pherecydes, III, 40, 19. Ephesii Magnes ad Mæandrum in servitutem redegerunt, IV, 383. Ephesiæ Dianæ bona Sadyattæ mercatoris dedicavit Cræsus, III, 397, 65; Ephesiorum luxuria, IV, 383; tentorium Persicum Alcibiadi figunt, III, 160, 1. Ephesus submersa; a Lysinacho alio loco ædificata, et per tempus aliquod Arsinoe vocata, II, 466 *not.* Urbem tenet Ptolemæus Philadelphus, III, 710, 8. Brenno prodit Demonice, IV, 367, 3. Ephesii templi fundamenta, IV, 167, 34. Ephesiæ Dianæ in templo psalterium dedicavit Alexander Cytherius, III, 482, 77. Ephesi Veneri meretrici sanum est, IV, 406. Ephesia Sibylla Herophylla, III, 406, 67. Ephesii: Andro, Antisthenes, Aristonymus, Democritus, Leophantus, Hegesistratus, Menecrates, Menander, Musæus, Parrhasius, Pythermus, Themistagoras, Xenophon, quos vide.
- Ἐφέται, iudices, nominis origo, II, 107, 5.
- Ephialtes et Otus primi Musis in Helicone sacra fecerunt, IV, 352, 1.
- Ephialtes hortatur Athenienses ne Lacedæmoniiis contra Helotes auxilio sint, II, 70, 9. Ejus opera usus Pericles potentiam senatus Areopagici dissolvit, II, 126, 66. Nimis rigidus optimalibusque exosus clam occiditur opera Aristodici, II, 126, 67; instigante Pericle, II, 491, 7. Ephialtis (Cimonis ?) Athen. liberalitas, II, 209, 1, 8. Cf. etiam II, 621, 7. 107 b.
- Ephialtem Athen. tradi sibi postulat Alexander M., II, 472, 9.
- Ephorum ap. Laced. auctoritas, II, 209, 2, 5.
- Ephori Cumani scribendi genus reprehenditur, II, 469, 1. Ejus sententia de Cimbrorum migrationis causa, III, 234, 75.
- Ephorus Cumanus junior hist., III, 664.
- Ephotion, Manalius, periodonica, III, 131, 52.
- Ephraim, Josephi f., III, 216.
- Ephratha sive Bethleem, III, 215.
- Ephthalanus, Ephthalitarum rex, a quo gens illa nomen duxit, Persarum regem Perozem vicit, et Persas e Serum emporiis expulit; Ephthalitæ deinde a Turcis vici ex regionibus istis expulsi sunt, IV, 270.
- Ephthalitæ a Dizabulo, Turcorum duce, bello petuntur (c. 562), IV, 205, 10. Olim Sogditarum domini, IV, 225, 18. Turcis produntur a Catulpho, *ibid.* A Dizabulo Turco subiguntur, IV, 226, 270.
- Ephyra, Thessaliæ urbs, postea Cranon dicta, II, 463, 1.
- Ephyra, Elidis urbs, II, 61, 5.
- Ephyra, postea Corinthus, 212, 15.
- Ephyra, mater Aetæ, Corinthia, IV, 405, 4.
- Ἐπίδοιον, sacrificium apud Athenienses, IV, 506, 6.
- Epicarum, vetus nomen Epidauri, II, 137, 97.
- Epicaste, Laii uxor, III, 366, 15.
- Epicaste Agamedæ parit Trophonium et Cercyonem, III, 637, 6.
- Epicaste Clymeno parit Idam, Theragræum, Harpalycen, IV, 390, 12.
- Epicharmus Cous, Helothalis fil., III, 170, 8.
- Epicharmus Syracusanus e Ceraslo urbe oriundus, III, 4, 8; duabus literis alphabetum Græcorum auxil., II, 481, 256. Tres literas, ζ, ξ et ψ, Græcorum alphabeto addidit, II, 3 b. Ab eo multa in sua transtulit Plato, IV, 297, 7; Spes fabula, IV, 359, 17. Quod tribuitur ei carmen Ἡολιτεῖα inscriptum Chrysogoni tibicinis est, II, 289, 80.
- Epiclees, vir luxuriosus, cicuta vitam finit, II, 199 b.
- Epicles, pater Phrynes Thespiciæ, IV, 295, 1.
- Epicomus, Carneadis phil. p., III, 243, 144.
- Epocrates Atheniensis, ad Persarum regem legatus missus, villis adulator, IV, 414, 7.
- Epocrates, Achiarnensis, Themistocli apud Admetum versanti uxorem et liberos misit; quare a Cimone in iudicium vocatus, capitis damnatur, II, 54, 2.
- Epicuri philos. fratres Neocles, Chæredemus, Aristobulus; servus ejus Mys, IV, 455, 6. Epicurus primum grammaticus, deinde philosophus; ejus mors, III, 45, 40. Compla de ejus vita, III, 170, 9. IV, 163, 28; magister Idomeni Lampaseni, II, 489.
- Epidamnus, pater Melissa, avunculus Dyrrachii, III, 574, 15.
- Epidamnus, Illyrica urbs, unde dicta, III, 574, 15. Corcyraeorum colonia, *ibid.* Epidamniorum βασιλεῖς, II, 149, 140. Reipublicæ status mutatio, *ibid.* Epidamni locus Melissonianus, II, 574, 15. Epidamnus capta, III, 672, 6. Epidamno oriundus Anastasius imp., IV, 141, 5. Urbs a Sidimundo proditur Theudericho, IV, 126 *sq.*
- Epidaurus, olim Epicarum, a Caribus incolis, quibus postea se adjunxerunt Iones Atticæ, II, 137, 97. Æsculapii sedes, II, 15, 8. Epidauriorum rex Gorgophonus, IV, 361, 1. Epidauri androgynus fuit, III, 619, 37. Epidaura oriundus Procles et Pamphila, q. v.

- Epidius** (C.) Marullus tribunus, Cæsare auctore, exilio multatus, III, 441, 20; redit, 442, 22.
- Epidromus**, Andromachi f., Larissæus, Thessalorum prætor (192 et 188 a. C.), III, 703, 2.
- Epigenes** Byzantius, II, 510, 23.
- Epigenes** Plintham in legatione ad Attilam comitatur, IV, 72, 1.
- Epigeus** sive Autochthon in Phœnicum mythologia, III, 567, 12.
- Epigonus** Ambraciota, a Sicyoniis civitate donatus, musicus sollers, a quo epigonium instrum. nominatum est, III, 482, 77.
- Epileon**, Nelei f., III, 304, 19.
- Epilycus** Atheniensis, pater Tisandri, II, 56, 11.
- Epilycus**, Strattii f., Gargettius, III, 138, 78.
- Epimaranitæ** in Arabia ad sinum Persicum, III, 478, 45.
- Ἐπιμηλῆται** ἐμπορίου, Athenis, II, 119, 42.
- Epimenes**, Milesiorum æsymneta, III, 389, 54.
- Epimenides** (Atticus), qui postea Buzyges dictus, aratri inventor, II, 182, 258. III, 33, 28.
- Epimenides** Cretensis, III, 133, 88 b, alimo vescitur, III, 40, 18. Ejus anima exit redditque, VI, 162, 23. Curetem appellatum esse ferunt, IV, 454, 1. Unus ex septem sapientibus, II, 336, 4. III, 38, 8. Atticam lustrat, III, 8, 24. Quot annis vixerit, III, 610 *not.* Corpus ejus Lacedæmonii apud se servant, II, 628, 17. Opera quæ sub ejus nomine circumferebantur, II, 21, 6. 43 b IV, 404.
- Epimetheus** musices peritus, IV, 547, 13.
- Epiničius**, Verinæ domesticus, per sicarium Illo insidias struit; Illo traditus Verinam rei instigatricem fatetur, IV, 136 b. IV, 618, 211, 2 sq. In Zenonem conspirat, IV, 619, 211, 4.
- Epiničius** comicus. Ejus fabula Mnesiptolemus inscripta, IV, 418, 23. III, 71.
- Epione** Æsculapio parit Machaonem et Podalirium, IV, 324, 22.
- Epiphania**, Syriæ urbs, III, 644, 50; patria Joannis historici, IV, 272, 138.
- Epiphrades**, Euphemi f., Melanopis p., III, 641, 20. Charipemi filius, pater Melanopis, unus ex Homeri majoribus, II, 66, 10.
- Epirus** Campania dicta a Campo rege, IV, 299, 2. Epirum sibi subijcit Melaneus, Dryopum rex, IV, 344.
- Eam**, absente Pyrrho rege, vastat Lysimachus, II, 453, 6.
- Epirotarum** cum Ambraciotis bellum, IV, 344. In Epiro Aspetus Achilles cognominatur, II, 145, 21. Canes ibi egredit, II, 333, 2; boves, II, 370, 2. Populi: Chaones, Thesproti, Tymphæi, Parauæi, Amymones, Abantes, Casopi, II, 462, 4.
- Epis**, opp. Æthiopiæ, III, 478, 42. IV, 351, 2.
- Ἐπιστάτης** πρυτάνεων, ἐπιστάτης προέδρων, ap. Athen., II, 112, 22. 23. III, 635, 2.
- Epistrophus**, V. Hodius.
- Ἐπιτάφιον** ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ θανόντων Athenis procurat ὁ πολέμαρχος, II, 114, 26.
- Epitimus** Pharsalius in quinquertio a Charippo occiditur, II, 56, 11.
- Ἐπιτρόπων** καταστάσεις ad archontem eponymum pertinent, II, 114, 27 a.
- Epizephyriacæ** saltationes, II, 284, 49.
- Epochus** vel Epiochus, Lycurgi et Antinoes f., IV, 336.
- Epone**, Fulvii Stelli et equæ f., dea equorum curam habens, IV, 292.
- Ἐπώνυμοι**. Στρατεία ἐν τοῖς ἐπώνυμοις, II, 124, 59.
- Equæ** carnivoræ Glauci, III, 301, 1. Equi Celtiberorum, III, 274, 51. Parthorum, *id.*
- Equus**, locus (ad Pergamum, ut videtur), IV, 160, 14.
- Erannoboas** in Gangem influit, II, 413, 18. 421, 26.
- Erasippus** Locrus poeta, II, 221, 30.
- Erasixenus**, strenuus potator, III, 139, 79; in eum epigramma, *ibid.*
- Eratonius** ins. in sinu Arabico, III, 477, 41.
- Eratosthenes** cur Bῆτα?, IV, 163, 25.
- Eraus**, Neoptolemi et Lanassæ f., III, 338, 13.
- Erbessum** in Sicilia, III, 19, 3.
- Erchia**, Ægeidis demus, II, 355, 7.
- Erda**, Parthiæ urbs ad Euphratem, IV, 409, 1.
- Erechtheis** tribus. Ejus demi: Euonymus, Themacus, Lamptræ, II, 354, 6.
- Erechtheus** rex, II, 208, 1, § 1, contra Eleusinos et Thracæ eorum socios bellum gerit, II, 464 a. Filiam suam sacrificat, IV, 479, 4. Phorbantem occidit, II, 351, 10.
- Erechtheus** pater Alconis, quem a Chalcidensibus, ad quos confugerat, repetit frustra, II, 462, 5.
- Erembi**, qui ap. Hom. Od. 4, 84 memorantur, quinam sint, III, 288, 85. 86.
- Eresus**, III, 16, 17.
- Eretrienses** equitatu pollentes, oligarchice gubernantur, II, 142, 109. Oligarchiam sustulit Diagoras, II, 142, 109.
- Eretrienses** Diagoræ statnam ponunt, II, 217, 12. Circa Pallenen et Atho urbes condunt, II, 141, 106. A Chalcidensibus et Cleomacho prælio vincuntur, II, 141, 107. In bello Ionico Cyprios pugna navali vincunt, Sardesque obsederunt, ut Miletum Persarum obsidione liberarent, IV, 441. Persarum bello appetiti opes Athenas transferunt, II, 199 b. Eretriam num Menedemus Antigono prodiderit, III, 171, 15. Eretrienses: Athenodorus, Diomnestus, Menedemus, q. v. — Eretriaca phil. secta, IV, 176, 68. Eretriensis ludimagister, II, 46, 1.
- Ereuthalion**, Hippomedontis vel Aphidantis vel Xanthippi f., Arcadum rex, a Nestore Pylio occisus; tumuli ejus inscriptio, IV, 318, 2.
- Ergias** Rhodius, historicus, IV, 405.
- Erginus** Milesius post Tiphyn Argus gubernator, II, 41, 59. 38, 44.
- Erginus** Syrus, Arati dux, Piræum occupare tentat, III, 22, 3.
- Euribœa**, V. Peribœa.
- Erichthonius** quomodo natus sit; cistæ inclusus a Minerva custodiendus traditur Cecropis filius, II, 22, 1.
- Erichthonius**, Dardani et Batiæ f., III, 598, 64.
- Eridanus**, i. q. Padus fl., III, 166, 25; nunc Rhodanus, III, 32, 22. Cf. IV, 540, 2, § 9.
- Eridius**, Hæmi f., a quo fluvius dictus, III, 596, 54.
- Eridius**, postea Iris, Ponticus fluv., III, 596, 54.
- Erigone**, cujus historia in Ἑώρῳ festis cantilenis canitur, II, 164, 197.
- Eriope**, Æantis mater, IV, 638 a.
- Eriphanis**, poetria, Menalcæ venatoris amorem carminibus cecinit, quæ ab illa nomen habent, II, 315, 37.
- Eriphyle**, Talai f., quomodo Amphiarum coegerit contra Thebas proficisci; ab Alcæone interficitur, III, 305, 23.
- Eriulphus**, Gothorum princeps, auctor conjurationis quam Fravilla repressit, IV, 41, 60.
- Ermenerichus** s. Armenerichus, Asparis f., IV, 135 a, quo tempore pater et Ardaburius frater a Leone imp. cæsi sunt, peregre absens erat, IV, 135 b.
- Ermiuth**, i. e. Judæi, III, 212, 4.
- Ernas**, Attilæ filius natu minimus, cur ceteris carior patri fuerit, IV, 93.
- Ἐρεαδæ**, Hippolhoontidis demus, II, 356, 13.
- Eroensis**, Thersippus, II, 198 b.
- Ἐρως**, in Phœnicum mythol., III, 568 20.
- Errenysis** in Gangem influit, II, 413, 18.

- Erasmus Pollio (T.), e Bononia longævus, III, 609, 29.
 Erxias historicus, IV, 406.
 Erycini, in Sicilia, III, 19, 4. Eorum urbs, III, 90, 16.
 Erymanthii apri mater, III, 584, 45.
 Erymanthus, Arcad. opp., postea Phegea, III, 638, 7.
 Erymnæ, Lyciæ opp., III, 234, 66.
 Erymneus peripateticus, magister Athenionis, III, 267, 40.
 Erythia ad Gades insula, III, 100, 3. IV, 476, 1. 477, 3.
 Erythræ. Civitatis rex Cnopus interficitur ab Ortyge, Iro et Echaro, qui a Chiis adjuti tyrannidem occupant, et in cives sæviunt; tandem vero a filio Cnopi Hippote urbs in libertatem restituitur, IV, 431. Prope urbem locus Leopodium, *ib.* Erythræi Basilidarum oligarchiam sustulerunt, II, 163, 195. Milesiis contra Naxios sub Diogneto duce auxiliantur, II, 156, 168 *b.* IV, 203. Erythris Diana στροφαία, IV, 431. Dianæ statuam vinciunt, III, 146, 90. Herophyle Sibylla, II, 198 *a.* IV, 474; quot annos vixerit. De ea oraculum, III, 610, 4. Græcis prænuntiat Trojæ excidium, IV, 309. Erythræa poetria, Aristomache, III, 123, 27. Erythræi: Apollodorus hist., Hippias hist., Demetrius, Lamprus, q. v.
 Erythræum mare, unde sit dictum, III, 25, 4.
 Erythrius, Athamantis et Themistocles f., II, 37, 35.
 Erythrius, præfectus prætorio, sub Zenone munere se abdicat (475), IV, 116, 6. Ejus laus, *ibid.*
 Erythrus, Persei filius, mari nomen dat, III, 25, 4.
 Eryx, Siciliæ urbs, II, 480, 46, et quasi arx, III, 288, 83.
 Eryxis, Philoxeni pater, IV, 516.
 Eryxo, Arcesilai II regis uxor, Learchum, mariti interfecitorem, necat, III, 387, 52.
 Esar, Æthiopiarum opp., ab Ægyptiis conditum, qui Psammetichum fugerunt, IV, 333, 1. Bioni vocatur Sape, IV, 351, 3.
 Esau, III, 214, 8. 220, 12. Isaurorum stirpis auctor, IV, 136 *a.*
 Esca, Attilæ filia, quam pater uxorem duxit, IV, 83.
 Ἐσχα et βωυδ; diversa, III, 9, 29.
 Ἐσχαρία, vocatur Libya, III, 238, 17.
 Esias a Rua Hunno ad Theodosium II de reddendis transfugis legatus mittitur, IV, 71, 1. Denuo ad Theodosium ab Attila mittitur, IV, 81. 95. 96.
 Etazeta, altera Nicomedis regis uxor, Zeilam machinis suis Bithynia expellit; filiorum ejus tutores, III, 537, 22. Post mortem Nicomedis fratri ejus nupsit, *ib.*
 Eteobutadæ, gens sacerdotalis ap. Athen.; nominis etymologia, IV, 402. Eteobutadæ in Scirophoriis, III, 341, 23.
 Eteocretes, II, 319, 4. IV, 507, 12.
 Eteonus in Bœotia, ubi Cereris templum et Œdipi sepulcrum, III, 336, 6.
 Etesias; sic vocabatur Antipater, Philippi f., qui per 45 dies Macedoniæ rex fuit, III, 699, 6.
 Etnitas, panis genus, IV, 407.
 Etrusca dea, Nortia, III, 96, 7. Etruscorum rex Æolus, IV, 504, 1; Annius, III, 230, 26; vita voluptaria, IV, 296, 5; cœnæ sumtuosæ, III, 257, 1. Ex Etruria frumentum Romam conveyit Sp. Mælius, II, præf. xxxi. In Etruria terra reperitur aquæ innatans, III, 274, 52.
 Euagoras, Nelei f., III, 304, 19.
 Euagoras, Cleobuli Lindii pater, II, 482, 55.
 Euagoras, Periandri f., Potidæam coloniam deducens perit, III, 393, 60.
 Euagoras gibbus, Demetrii Poliorcetæ parasitus, III, 310, 7.
 Euagoras Cyprius rex ab Eunuchio interfectus, II, 166, 204.
 Eualces historicus, IV, 406.
 Eualeni, Arabiæ gens, IV, 409, 1.
 Euander, II, 84, *b.* Herculis disc., III, 470, 13.
 Euanoridas Eleus, Olympionica, Hellanodica, historicus, IV, 407.
 Euanthes, Bacchi f., III, 165, 21.
 Euanthes, Cænopionis f., II, 50, 13.
 Euanthes Cyzicenus, Milesius, Samius, etc., III, 2 *not.*
 Εὐανθίς, Alexandriæ tribus, III, 165, 21.
 Euathlus Calyces amorem repudiat, II, 287, 72.
 Eubœa e Mercurio mater Polybi, III, 202, 6.
 Eubœa, olim Chalcis, IV, 352, Chalcodontis aut Macris, IV, 395, 9. Olim Macris et Abantis, a Thracibus ex Aba Phorica profectis frequentata, II, 141, 105. Cf. IV, 333, 5. Abantes ex ea in Chium migrant, II, 50, 13.
 Eubœa, arx Briarei, III, 594, 42. In Eubœam fugit Eurytus, post expugnatam (in Peloponneso) Œchaliæ, II, 36, 33. In eandem ex Attica fugit Alcon, II, 462, 5. Ex Eubœa oriundi Macrones ad Pontum, IV, 395, 10. Eubœenses ante pugnam ad Salaminem verentes ne a Græcis destituerentur propter Eurybiadis ignaviam, Pelagontem cum pecuniæ vi ad Themistoclem mittunt, II, 295, 7. Eubœæ rex Alexander, Crateri f., III, 71. Insulæ terræ motu quassata, IV, 381, 2. Ejus promontorium Caphareum, III, 11, 36. Eubœus Archemachus, IV, 314.
 Eubœus, Parius, parodiarum poeta, III, 128, 45. II, 313, 27.
 Eubulides, Euphanti magister, III, 19. Pythagoreus, de Pythagora scripsit, II, 279, 23. III, 6, 19.
 Eubulus comicus, II, 248, 41.
 Eucarpia, Phrygiæ pagus vini feracissimus, IV, 453.
 Euchenor, Polyidi f., IV, 638 *a.*
 Eucherius, Stilichonis et Serenæ f., interfectus, IV, 59.
 Euchir, Dædali cognatus, picturam in Græcia invenit, II, 182, 257.
 Euclea, meretrix Athen., IV, 410, 1.
 Euclees, Orpheus nepos, pater Idmonidis, III, 641, 20.
 Eucleis, Dorionis f., II, 66, 10.
 Eucles, Diagoræ Rhodii nepos, Olympionica, II, 183, 264.
 Eucles, 24 an. ante Euclidem archon, II, 348, 7.
 Eucles. V. Thersippus.
 Euclides Megaris aut Gela oriundus, III, 243, 142. Ejus placita, IV, 163, 27; discipulus Stilpo, III, 170, 14.
 Euclides, Smilidis p., IV, 466.
 Euclides, Sentlus cogn., parasitus. Ejus dictum, IV, 415, 9.
 Euclides archon Athen., II, 348, 7.
 Eucrates, Athen. archon, III, 40, 17.
 Eucrates, historicus. IV, 407.
 Eucratidas, Bactriæ rex (140 a. Chr.), in India mille civitates subjectas sibi habet, IV, 309, 6.
 Eudicus scurra pugiles et luctatores imitans, II, 284, 48.
 Eudocia, amica Athenais, Theodosii II uxor, Saturninum interficiendum curat, IV, 94.
 Eudocia, Valentiniani III et Eudoxiæ f., soror Placidia, a Gensericho capta, frustra a Marciano repetita, IV, 101, 24; a Gensericho Honoricho filio despondetur, IV, 104, 29.
 Eudora, Hyas, III, 304, 19.
 Eudoxia, Theodosii filia, Valentiniani III uxor, cum filiabus Eudocia et Placidia a Gensericho capta, IV, 101, 24. 614, 200; libertati restituitur, IV, 104, 29.
 Eudoxi Cyziceni navigationes, III, 279 sq.
 Eudoxus Cnidius in Ægypto apud Chronophidem Heliopolitum, III, 579, 16; astronomus leges civibus suis scripsit, III, 40, 20. Ejus specula Cnidi, III, 287, 81.
 Eudoxus Rhodius, historicus, IV, 407.
 Euechous (Enexius Euseb.), primus rex Babyloniorum, qui post diluvium regnat annis 2400, II, 503, 11; filius ejus Chomasbelus, *ibid.*

- Euedochus animal quando apud Chaldaeos apparuerit, IV, 280, 1.
- Euegetes, Polemonis pater, III, 108.
- Euelpis Carystius, IV, 408.
- Euemeridas Cnidius, hist., IV, 408.
- Euenor Ephesius, Parrhasii pictoris pater, II, 304, 4. III, 481, 72.
- Euenus, Martia et Steropes f., Marpessae filiae raptorem Idam persequitur; non assecutus eum, in Lycormam fluvium se conjecit, IV, 401, 5.
- Euepes, Melesigenis f., Eumetidis pater, III, 641, 20.
- Eueres, Tiresiae mater, II, 244, 30.
- Euerodachus vel Erodanchus, Babylon. rex antediluvianus. II, 499, 5. 6.
- Euerodeschus, rex Chaldaeorum ante diluvium, IV, 280, 1.
- Eugenii imp. nex, IV, 610, 187.
- Euhages (Οὐάγης *Strabo*) apud Gallos, III, 323, 7.
- Evilmarodachus Nabucodrosoris filius et successor, II, 505. Altero regni anno necatur, II, 507.
- Euipe Theprotia Ulyssi parit Leontophronem vel Doryclum, III, 339, 17.
- Euipe, Dauni f., II, 371, 3.
- Euippus, Alabandi pater, III, 644, 48.
- Eulæus et Tigris fluv. ad Characem opp. lacum efficiunt, III, 476, 39. Cf. 478, 44.
- Eulæus eunuchus, nutricius Ptolemæi Philometoris, III, 720, 2 *not.*
- Eulimenis, Cydonia Cretensis filia; ejus amores et mors, III, 300, 1.
- Eulogius philosophus, cui Leo imp. stipendium dedit, IV, 114, 2 a.
- Eumachus Neapolitanus, historicus, III, 102, 1.
- Eumæus, a Telemacho civitate donatus, auctor gentis Coliadarum, II, 147, 133.
- Eumelus Corinthius, II, 20 a.
- Eumenes Cardianus, aurigæ filius, quem Philippus secum abduxit, II, 471, 7. Ei Cappadocia et Paphlagonia gentesque ad Pontum usque ad Trapezuntam assignantur, III, 668, 1. II, 452, 1.
- Eumenes I, Philætaris regis Pergameni ex fratre nepos, ebrietate mortuus est, IV, 375, 2.
- Eumenes II Amastrin urbem Ariobarzani Mithridatis filio gratis tradere mavult, quam pecunia revendere Heraclensisibus, III, 535, 16. Zenophanem Cilicem beneficio quodam affect, II, *præf.* XIII, 14. Assiorum porcos quanti emerit, III, 188, 9.
- Eumetis, Euepis f., Mæonis uxor, mater Homeri, III, 641, 20.
- Eumolpus, ex Thracia venit Eleusinem, contra Erechtheum auxiliatur, II, 464 a. Ceterum nonnulli tres distinguunt Eumolpos hunc in modum:
- Eumolpus I, Cerycis pater, II, 351, 11.
- Eumolpus II, Cerycis f., Musæi pater, II, 351, 11.
- Eumolpus III, Musæi f., initiationes invenit; II, 351, 11. Hic primo Eumolpo quinque generationibus junior est, II, 464 a. — Eumolpidarum unus ἐπιμέλητης τῶν μυστηρίων, una cum archonte rege, II, 114, 27 b.
- Eunapius Lydus ad Julianum imperatorem Lydorum legatus missus est. Coram eo causam dixit, IV, 21, 15.
- Musonio Asiæ proconsul (sub Valente imp.) ab ministris erat, IV, 33, 45.
- Eunapius Sardinianus, scriptor, III, 7.
- Euneus, Jasonis et Hypsipyles f., III, 304, 13. 368, 18.
- Euneus, Thesei Amazonem rapiens comes, II, 345, 8.
- Eunoe Dymanti parit Hecubam, IV, 345, 2.
- Eunomus pincerna apud Cæneum talitro ab Heracle occiditur, II, 36, 31.
- Eunomus, Polycleiti f., Larissæus, Thessalorum prætor (191 a. C.), III, 703, 2.
- Eunosta, nymphea, Eunosti nutrix, III, 78, 4.
- Eunostus, Eliei f., Tanagrorum heros. De eo historia, III, 78, 4.
- Eunostus, Pythagoræ frater, III, 10, 30.
- Eunus, servorum Siculorum, qui in dominos conspiciunt, dux, et præstigator, II, *præf.* XXI, 26.
- Euonymitæ, ad Æthiopiam, III, 237, 104.
- Euonymus, una ex ins. Lipareis, III, 285, 78. Inter eam et Hieram ins. nova insula emersit Posidonii ætate, III, 285, 78.
- Euonymus, Erechtheidis demus, II, 354, 6.
- Eupalamus, Simmiæ pater, III, 136, 73.
- Eupatoriam urbem Lucullus strategemate usus cepit, capitam diruit, III, 550, 45.
- Εὐπατρίδης Atheniensium, II, 106, 3.
- Euphantus Olynthius scriptor, III, 19.
- Euphemius, sub Marciano magister officiorum, vir prudens et eloquens, IV, 102, 28.
- Euphemus, Argus navis gubernator, IV, 517, 2. In Iaronica ad oram maritimam habitat; ejus posterl in Theram ins. et deinde in Cyrenaicam regionem migrant, II, 87 b. IV, 286, 6.
- Euphemus, Philoterpis f., Epiphradis pater, III, 641, 20.
- Euphemus ab Arcesilao IV ad ludos Pythios missus in Græcia moritur, IV, 517, 1.
- Euphenes, Macedo quidam, II, *præf.* XXIII, 3.
- Euphorbia herba describitur, III, 473, 26. 27.
- Euphorbus, postea Pythagoras, II, 244, 30.
- Euphorbus, Musæ frater, medicus Jubæ regis, III, 473, 27.
- Euphorio, Polymnesti f., Chalcidensis scriptor, III, 71. Apud Prytanim cœnans ciborio immingit, IV, 417, 21.
- Euphræus Orita a Platone ad Perdiccam missus, IV, 357, 1; multum valuit in aula Perdiccæ; ejus indoles; a Parmenione occisus est, IV, 357, 2.
- Euphranoris τοῦ ὀφθαλμοῦ dictum, III, 310, 10.
- Euphranta, Libyæ opp., III, 238, 125.
- Euphrantides, Atheniensis haruspex, II, 295, 8.
- Euphratas, Byzantinus, pater Menandri Protectoris, IV, 201, 1.
- Euphratem transgreditur Lucullus, III, 555, 56. Euphratis insula Syrbane, III, 660, 13. Euphratis lapis astiges vel ælites, et herba exalla vel axalla, IV, 362, 6.
- Euphratesiæ oppidum Germanicea, III, 659, 4.
- Euphrosyne, meretrix Athen., IV, 410, 1.
- Euplutijs magistrianus ab Honorio ad Valiam mittitur de reddenda Placidia, IV, 64, 31.
- Eupolia, Agesilai regis filia, II, 240, 17.
- Eupolis ab Alcibiade in mare dejicitur, II, 483, 61.
- Eupompi Samii draco, IV, 277, 1.
- Euripidis natales, IV, 163, 26. Euripides ad Archelaum regem venit, III, 591. Ei os male olens exprobrat Decamnichus, qui verberandus poetæ traditur ab Archelao rege, II, 152, 155. Euripides Neophronis Medea usus, II, 240, 16, 185, 269; in Medea ex Calliæ tragedia grammatica profecit, II, 321, 62. Euripidis versus ex Archelao fab., I, 248, 40. Ejus Andromeda causa fuit ut cholera morbo cives urbis alicujus (Abderitæ, ut videtur) affligerentur, IV, 37, 54. Simile quid Theodosii temporibus accidisse videtur, *ibid.* Euripides Telephum fab. correxit, II, 283, 43. De Etolorum more quodam falsa protulit, II, 187, 278. De Euripide Crantoris dictum, III, 167, 39. Versus poetæ laudantur, II, 264, 3. Euripidis in Icaro insula versantis epigramma, IV, 404, 1; epistolæ ejus quæ feruntur, sunt Asinii Pollionis opus, IV, 310;

- pugillares ejus post mortem poetæ emit Dionysius tyrannus, II, 52, 73 b.
- Euripides quidam Atheniensis, cujus uxorem stuprat Theogenes Samius, II, 216, 10, 7.
- Euripus, II, 261, 29, septies per diem reciprocatur, IV, 395, 8.
- Euromus, Cariæ oppidum, IV, 312, 12.
- Euromus, Idriæ f., Caris nepos, IV, 312, 12.
- Europæ tres; 1. Oceani f.; 2. Agenoris f.; tertia mulier Thracica, a qua Europa terra nomen habet, IV, 424, 6.
- Oceani et Parthenopes filia, II, 349, 1. Nili f., uxor Danaï, IV, 432, 1. Europa, Asiæ soror, Oceani filia, terræ parti nomen dedit, II, 61, 4. Europa, Agenoris et Tyrdus f., a Tauro Cretæ rege e Tyro urbe, quam cepit, abducta; mater Sarpedonis et Minois, III, 598, 63. IV, 544, 15.
- Europa terra unde dicta? V. sub v. antec.
- Europus, Syriæ opp. non longe ab Euphrate, ab Edessenis conditum, III, 652, 8; ibi prælium commissum a L. Veri ducibus, III, 653, 11.
- Europus; sic Seleucus Nicator appellavit Rhagam urbem ad portas Caspias, IV, 308, 4.
- Eurotas, Pelop. fl., III, 179. Ejus planta, III, 524, 4. IV, 504, 2.
- Eurotas, Pitanes Laconicæ pater, II, 627, 6.
- Euryanassa Tantalo parit Pelopem, IV, 402, 7.
- Eurybalus, Ulyssis comes, II, 478, 38. Cercopa, II, 478, 38.
- Eurybatus proditor, II, 478, 38.
- Eurybiades, Deballi f., Cleodæi pater, III, 690.
- Eurybiades ante pugnam Salaminiam in Peloponnesum recessurus pecunia a Themistocle accepta demulcetur, II, 295, 7.
- Eurybotes, Telemontis f., Argonauta, II, 38, 40.
- Euryclea, Ecphantis f., Laio parit Œdipum, IV, 405, 6.
- Euryclea, Athamantis et Ino f., a patre insaniente occiditur, II, 344, 6.
- Eurydamia, Phylei f.; ejus ex Polydo filii, IV, 638 a.
- Eurydice, Actoris f., Peleo Polydorum parit, IV, 506, 3.
- Eurydice, Antipatri f., uxor Ptolemæi Lagi, mater Ptolemæi Cerauni, III, 699, 5. 696, 6. Ejus liberis regnum Ægypti asserere studet Demetrius Phalereus, III, 47, 50.
- Eurydice, filia Cynnanes Illyriæ, apud quam in re bellica exercitata contra Olympiadem in pugnam prodit, II, 475, 24. 361, 3.
- Eurygyes. V. Androgeon.
- Euryleon, Æneæ f., III, 70, 8.
- Eurylochus Cychreum e Salamine ins. pellit, III, 599, 72.
- Eurylochus Cassandreus, IV, 169, 42.
- Eurylyte, Æetæ uxor, II, 40, 54.
- Eurymachus, Neoptolemi et Lanassæ f., III, 338, 13.
- Eurynedon Aristotelem impietatis accusat, III, 581, 28.
- Eurymenes Syracusanus, Dionis frater, III, 7, 22 a.
- Eurymenes athleta, III, 579, 17.
- Eurynoe, Chytirorum regis uxor, III, 236, 94.
- Euryodia e Jove mater Acrisii, II, 147, 130.
- Euryon, Soi f., Prytanidis p., III, 603, 1.
- Euryptolemus, Megacis f., Isodicæ pater, II, 354, 4.
- Eurypyle, Amazonum dux, III, 595, 48.
- Eurypyle, Endymionis f., Neptuno parit Eleum, II, 189, 281.
- Eurypylus, Neptuni et Celæntis f., frater Tritonis, ex Stenope pater Lycaonis et Leucippi, rex Libyæ Cyrenaicæ; post eum regnat Cyrene, IV, 285, 3 et 4. Eum Phylarchus appellat Eurytum, fratremque ejus Lycaonem, IV, 285, 4. Eurypylus regnum præmium proponit ei, qui leonem terram vastantem interfecerit. Præmium aufert Cyrene, III, 285, 5.
- Eurypylus, Hyperochi f., Ormeni pater, IV, p. 286.
- Euryrrhoe, Nili f., uxor Ægypti, IV, 432, 1.
- Eurysternæ sanum Delphicum, III, 157, 46.
- Eurystheus, Persei nepos, Sthenell f., frater Iphidis, II, 8, 6; Herculi Thebis Tirynthem profecto labores indicit, III, 369, 20. Admetæ pater, III, 103, 1.
- Eurytanes, Ætolicæ populus ab Euryto nominatus, II, 147, 131.
- Eurythemis, Timandri f. V. Cotto.
- Eurythemiste, Beoti uxor, II, 330, 2.
- Eurytia, Phinei uxor secunda, III, 302, 3.
- Eurytion, Antigonæ pater, IV, 506, 3.
- Eurytion Heracleensis, adulterio causa seditionis, II, 143, 113.
- Eurytus Phylarcho dicitur qui aliis est Eurypylus, Libyæ rex, IV, 285, 3.
- Eurytus, in Ætolia regulus, II, 147, 131.
- Eurytus, Melanei, Dryopum regis, f., frater Ambraciæ, IV, 344.
- Eurytus, Œchalicæ (in Peloponneso) princeps, Ioles nuptias Herculi recusat; quare Œchaliæ Hercules expugnat, filios ejus interficit; Eurytus fuga in Eubœam evadit, II, 36, 33. Ab Hercule occisus est, IV, 591.
- Pater Toxei, Clytii, Deionis, IV, 333, 6.
- Eurytus Tarentinus, Pythagoreus, II, 275, 12.
- Eurus ventus, III, 296, 101.
- Eusebius, præpositus Ravennæ Honori temporibus; ab Alarico Gotho fustibus necatur, IV, 60, 13.
- Eusebius, comes Petri patricii in legatione ad Chosroem (562), IV, 209, 212.
- Eusebius, dux Rom. in Asia (575), IV, 241, 38.
- Eusebius historicus, III, 728.
- Eustathius Epiphaniensis, histor., IV, 138.
- Eustochius, Cappadox, dux Armeniorum in Juliani expeditione Persica, quam descripsit, IV, 4.
- Euthenæ, urbs Cariæ, III, 125, 34.
- Euterpe Halicarnassensis, mater Themistoclis, III, 3, 2.
- Euthias rhetor Phrynem capitis ream agit, III, 50, 66. Ei quæ tribuitur contra Phrynem oratio Anaximenis est, II, 354, 5.
- Entychius, Rom. ad Turcos legatus, III, 245.
- Euthyocrates, Onomarchi f., Phocensis, II, 146, 125.
- Euthydemus, Bactriæ rex, Demetrii pater, IV, 308, 5.
- Euthymenes archon Athen., IV, 425, 1.
- Euthymenes Χρονίων auctor; et alius geographus ex Massilia, IV, 408.
- Εὐθύναι, Athenis, II, 122, 52.
- Enthynus, archon Athen. (Ol. 88, 3), II, 126, 70 a.
- Eutocius Thrax, pecuniam publicam furatus ad Craterum, principem Ascalonitarum, confugit, IV, 55, 106.
- Eutropio, Antigoni regis ἀρχιμάρτυς, II, 87 a.
- Eutropius eunuchus in Rufini locum succedit; ejus indoles, IV, 44, 66-69. Timasium ex Asia advocat, ut rebus gerendis præficeret, IV, 44, 70; Bargum ad honores evehit; ingratum deinde deprimit, IV, 45, 71; Timasium et Abundantium in exilium ejicit, IV, 45, 72. Contra Tribigildum in Asia rebellem mittit Leonem familiarem suum, IV, 48, 76. Eutropio fidelissimus dux erat Subarmachius, IV, 48, 77. Eutropii potestatem evertit Gainas, 47, 75. Ejus nex, IV, 610, 189.
- Euxantius, Minois f., Mileti p., IV, 334, 1. II, 38, 43.
- Euxenon, unus eorum qui cum Chione in Clearchum Heracleæ tyrannum conjurarunt, III, 527, 1.
- Euxenus Phocæensis Massiliam profectus ibi Nani filiam Pettam in matrimonium ducit, II, 176, 239.
- Euxitheii Pythagorei placitum de anima corpori poenæ causa illigata, II, 303, 2.

Exænetus, Myrmecis p., IV, 175, 61.
 Exænetus, Empedoclis pater, III, 162, 11.
 Exænetus, Empedoclis filius, Olympionica, III, 162, 11.
 Exalla planta, IV, 362, 6.
 Examyas, Thaletis pater ex Cleobulina, II, 482, 52. III, 336, 3.
 Execestidæ citharædi victoriæ, III, 130, 47.
 Execestus, Phocensium tyrannus, incantatos annulos possidet; dolo occiditur, II, 146, 124.
 Exisatus. V. Ditatus.
 Ἐξώσσοτος, piscis, II, 325, 73.
 Exuanun, Phrygiæ urbs, postea dicta Azanium, III, 524, 3.
 Ezechias, Judæorum rex, Senecheribi æqualis, II, 503, 11.
 Ezechias Judæus post pugnam ad Gazam cum Ptolemæo Lagi in Ægyptum proficiscitur; ibi Hecataei familiaris factus, cui res Judæorum exposuit, II, 393, 14

F

Fabas cur non edant Pythagorei, II, 197 *not.*
 Fabius absente Papirio dictatore, Samnitas clade affecti, spoliæque cremavit, III, 90, 13.
 Fabius Gurgis Samnitas prælio vincit, IV, 321, 3.
 Fabius (N.) Pictor, historicus, III, 80.
 Fabius (Q.) Cunctator; ejus in tutis consilii constantia Marcelli consuetudine temperat, III, 271, 44. IV, 557, 52. Ejus contra Hannibalem prælio certantis mors, IV, 322, 12.
 Fabius (Q.) proconsul in Lusitania (141), III, 98, 7.
 Fabius (Q.) Pictor, historicus, III, 80.
 Fabius Fabricianus, de quo est fabula IV, 401, 3.
 Fabricius consul Thurios a Bruttiiis et Lucanis obsessos liberat; Reginis relinquit præsidium sub Decio duce; quo urbe potito, Reginis patriam restituit, et in auctores cladis animadvertit, II, *præf.* p. xl sq.
 Falerii peste vexati virginem Junoni sacrificare jubentur, IV, 322, 10.
 Fatua, Bona dea, IV, 364.
 Faunus, Mercurii f., ab Hercule, cui insidias struxerat, occiditur, IV, 387, 6. Italiæ rex, IV, 542, 6. Latini pater, III, 244.
 Faustulus. De ejus historia v. III, 74, 1. 75, 2. 76, 2. 84 sqq. III, 410 sq.
 Faustus, Saturni et Entoriæ f., IV, 372, 2.
 Faustus, Adriani servus, longævus, III, 610, 4.
 Favonius ventus, III, 296, 101.
 Favorinus, Arelatensis scriptor, III, 577.
 Februarius, anni mensis ultimus, intercalationi deputatus, IV, 409. Unde dictus, III, 470, 9.
 Felix, Saturni et Entoriæ f., IV, 372, 2.
 Felix, militum dux dolo Aetii interfectus, IV, 615, 201, 3.
 Feslus, sub Valente imp. in Asia proconsul, sævit in eos qui Theodorea conjurationis participes fuisse artesque magicas exercere videbantur (374), IV, 29. 39.
 Fidenæ, urbs Albanorum, III, 644, 41.
 Fidentia urbs, ex qua T. Camorius Tertius, III, 609, 29.
 Fimbria in Asiam missus Valerium Flaccum collegam occidit; Mithridatis duces ingenti clade afficit, III, 543, 34.
 Fimbriani milites Archelaum in vincula conjiciunt, III, 546, 40.
 Firmus, Ebi filius, IV, 401, 2.
 Flamines Rom. unde dicti, III, 469, 7.
 Flamininus (T.), Siciliæ prætor, in Hiera ins. sacra facit diis marinis ob novam insulam quæ e mari emerserat, III, 286, 78.
 Follis tributum, IV, 154, 5.
 Fontes mirabiles, II, 373, 9. 10. 396, 2. 434, 39. III, 101, 6.

187, 5. 291, 95. 325, 5. 478, 48. IV, 436, 6-12. 437, 13 sqq.
 Formicæ aurum effodientes, II, 434, 39.
 Fortunatæ insulæ ad Mauritaniam, III, 473, 28.
 Fortunæ fanum Byzantii, IV, 149, 15.
 Francos Attila aggreditur a majore puerorum regionum contra Aetium auxilio advocatus, IV, 99, 16. Franci sub Ammigo duce bellum contra Romanos renovant (561), IV, 204, 8. Ab Avaribus appetuntur (565), IV, 219, 14. Sub Sigisberto Avaribus fœdere junctis comitatus præbent (568), IV, 230, 23.
 Fravitha, Gothus nobilis, in Rom. imp. apud Theodosium debebat. Vir probus. Conjunctionem quem Gothorum principes contra Rom. inierant, patefacit, IV, 41, 60.
 Latrones in Oriente coercent; Gainam ad Chersonesum devincit. Quod victum non sit persecutus a multis ei crimini vertitur; Constantinopolim reduci Arcadius dignitatem consularem desert, IV, 49, 80. 81. 82. 612, 190. Cum Scipione comparatur, *ibid.* Hieracis et Joannis machinis vita spoliatur, IV, 51, 85. 53, 87.
 Fronto, Albutii f., e Philippis Macedo, longævus, III, 609, 1.
 Fulvius (P.) Phryx, libertus, longævus, III, 608, 29.
 Fulvius Stellus ex equa Eponam gignit, IV, 292.
 Furiarum cultus Athenis, III, 131, 49. Furiarum templum θευρεπόροις ingredi non licet, III, 131, 50. Furiarum statuæ Athenis, III, 127, 41.
 Fuscus a Domitiano ad Decebalum missus (86), IV, 185, 4.

G

Gabba oppidum Syriæ, III, 479, 52. IV, 471, 8.
 Gabii, III, 74, 1. 76, 2.
 Gabii. V. Abii.
 Gabinius, Pompeji legatus, impedit ne Alexandrini advocatum e Syria Philippum ad imperium evehant, III, 716, 26.
 Gadagale, opp. Æthiopiæ, III, 477, 42.
 Gadda in Arabia, IV, 409, 4.
 Gades, ab Archaleo, Phœnicis f., condita; nominis etymologia, IV, 363, 2 a.; ejus situs astronomicus, III, 287, 81. Ibi Herculis templum in eoque fons memorabilis, III, 291, 95. 100, 5. et arbor, III, 293. Gades venit Eudoxus Cyzicenus, II, 280.
 Gaditanorum mercatorum naves, III, 280.
 Gadus, Jacobi f., III, 215, 9.
 Gæson, palus inter Prienen et Miletum, III, 3, 4.
 Gæstuli euphorbiam herbam legunt, III, 473, 27.
 Gagæ, Lyciæ opp., III, 234, 65.
 Gainas Eutropii eun. potestatem evertit, IV, 47, 75. Gainæ rebellio, IV, 49, 79; 610, 190; quam restinguit Fravitha, qui ad Chersonnesum prælio commisso Gainam vincit, IV, 49, 92.
 Galactophagorum mores, III, 460, 123.
 Galadene a Davide subacta, III, 225, 18.
 Galaditis Judæorum regio, III, 229, 24.
 Galæstes, Amynandri regis f., Ptolemæi Philometoris familiaris, in pugna contra Alexandrum Balam commissa Alexandrinorum dux, prodicionis insimulatus a Ptolemæo Physcone pessimeque habitus, in Græciam aufugit, ac collecto exercitu, regnum Ægypti vindicaturus est filio Ptolemæi Philometoris, quem sibi a patre traditum dicitabat, II, *præf.* xviii, 22.
 Galatæ. V. Galli.
 Galatææ fanum in Ætna a Polyphemo exstructum, II, 479, 43.
 Galatea, Dionysii junioris amasia, a Philoxeno poeta vi-tiata, II, 298, 13.

Galatiæ in Asia origo, III, 536, 19.
 Galba imperator, IV, 576, 93.
 Galeae, Hesychiæ filia, III, 155, 33.
 Galepsus Thracica, Thasiorum colonia, III, 32, 19. II, 197.
 Galerius Cæsar, victis Persia, cum Apharba Narsæi legato de pace agit (297), IV, 188, 13. Ipse legatum de pacis conditionibus ad Narsæum militi Sicorium Probum (297), IV, 189, 14. Cf. de Galerio, IV, 602, 168 sq.
 Galilæa, III, 229, 24.
 Galla, Theodosii I uxor, moritur, IV, 42, 61.
 Gallæ, opp. Æthiopiæ, III, 477, 42.
 Galli et gallinæ ad Herculis et Hebes templum, III, 151, 11.
 Galli Eorum origines; Bardi, Euhages, Druidæ, III, 323, 7. mores, III, 259, 23. 24, 25. 261, 26; eorum bardi, *ibid.*
 Galli sub Atepomaro rege Romanæ obsidentes Retana: ancillæ strategate repulsi, IV, 320, 1. In Italiam irrumpunt (a. 225 a. C.), III, 90, 17. Ptolemaeum Ceraunum clade afficiunt, III, 696, 5. 699, 5; captumque discernunt, III, 534, 14. Galli sub Brenno a Sosthene profligati, III, 699, 6; ad Lysimachiam ab Antigono Gonata victi, III, 44, 36. Byzantinos vexant; ab iis sæpius impediuntur, ne in Asiam trajicerent; tandem transitum iis Byzantini et Nicomedes permittunt; quibusnam conditionibus. Principes eorum erant septemdecim; inter eos eminebant Leonnoriæ et Lutaciæ; Nicomedæ contra Bithynos (quos Zipretes frater sibi subjunxerat) auxiliantur; deinde Asiam vastant; Galatiam regionem constituunt, ibique Trogmi Ancyram, Tolistobogii Tabiam, Tectosages Pessinuntem conduunt, III, 535 sq., 19. Galorum dux Pessinus, a quo urbs hujus nominis; et alter, de cuius nomine Tauriam urbem appellarunt, IV, 312, 13. Recens in Asiam transvehi Mithridati et Ariobarzani auxilantes Ptolemæi II copias ad mare usque persequuntur, ibique navium Ægyptiarum ancoris potiuntur; hinc Ancyra urbs nomen accepit, IV, 312, 13. In Asiam transgressi Ilium occupant, mox relinquunt, III, 70, 10. Eos vincit Antiochus Soter, III, 71. Galli in Antiochi Hieracis exercitu, III, 710, 8. Galli Tolistobogii, Zeilæ contra Bithynos auxiliantur, III, 537, 22. Heracliensium ditionem invadunt vastantque, III, 537, 22. Mithridatem Ponti regi bello premunt, ejusque sociorum, Heraclæotarum, regionem vastant; pecunia ab Heracleotis accepta placati retrocedunt, III, 538, 24. Heraclea potiri tentant; ingentique clade affecti repelluntur, III, 540, 28. Mithridatem profugum insectantes parum aberat quin vivum cepissent, III, 549, 44. Galli a Constantino M. in potestatem rediguntur, IV, 2. Gallia usque ad Alpes potitur Constantinum, qui in Britannia contra Honorium imperator renuntiatus erat, IV, 59, 12.
 Gallieni imp. uxor odit Ingennum. Belli contra Ingennum sævitia (261), IV, 194, 5. Gallieni ad Postumum, qui in Gallia purpuram sumserat (260-267) legationes, IV, 194, 6. Ejus dux Theodotus, IV, 193, 4. Cf. de Gallieno imp. IV, 598, 152.
 Gallus, Phrygiæ fl., olim Tyras, III, 233, 47. 202, 5.
 Gallus exconsul una cum Volusiano post necem Decii imperator ab exercitu creatur, III, 674, 16. IV, 598, 150 sq.
 Gallus, a quo Galli dicuntur castrati, III, 233, 47.
 Gambreves, opp. Æthiopiæ, III, 478, 42.
 Gaminus (L.), e Velia longævus, III, 608, 29.
 Gangaridæ ad Gangem elephantis abundant; hanc gentem intactam reliquit Alexander M., III, 403, § 12.
 Ganges; fluvii in eum influentes, II, 413, 18.
 Gangra urbs unde nomen habet, III, 232, 43.
 Ganymed, Phegei f., II, 144, 115.
 Ganymedes, Trois f., a Minoe captus, III, 370 *not.* 403; de rupe se præcipitem dedit, IV, 400, 3 a; quo anno

sit raptus, III, 503, 3. Ganymedes a Tantalo raptus, in venatione occisus, in Olympo Mysiæ ad Jovis templum sepultus, II, 154, 30. Ganymedes Catamitus, IV, 513.
 Garæthium, Libyæ castellum, III, 70, 11.
 Garamantes, Libyæ populus, IV, 295, 4.
 Garamas vel Amphithemis Acacallidis f., a quo Garamantes in Libya dicti, IV, 295, 4.
 Gargarenses in Asia m., III, 204, 4.
 Gargarus, Jovis f., III, 14, 10.
 Gargarus, Lelegum urbs in Ida monte, III, 14, 10.
 Garge, Libyæ opp., III, 238, 121.
 Gargetus pagus, III, 138, 78.
 Garmathone, Ægypti regina, mater Chrysochoæ, III, 502, 2.
 Garode, ins. et opp. Æthiopiæ, IV, 351, 3.
 Garrhæas, Indiæ fluvius, II, 413, 18.
 Γαρύρως, rapæ, ap. Laced., IV, 307, 3.
 Gauratæ, ins. sinus Persici, III, 476, 39.
 Gaza, Timonis filia, e Tio Bithyniæ longæva, III, 609, 1.
 Gaza, opp. Africae ad oram maris Erythræi, II, 477, 42.
 Gaza, urbs Phœniciæ, III, 237, 100. IV, 470, 6. 548, 15. Ad eam Demetrius Poliorcetes vincitur, II, 393, 14. Urbs ab Antiocho M. obsessa, III, 180.
 Gazaca, urbs Mediæ, III, 660, 10. 587, 3.
 Ge, Γῆ, in Phœnicum mythologia, III, 567, 13.
 Gea, Arabiæ opp., IV, 409, 4.
 Gebadei Arabes, III, 477, 41.
 Gedeon, judex Judæorum, IV, 548, 15, § 5.
 Gedrosia vel Cedrosia, III, 237, 97. Ejus præfectus Sibirius, III, 668, 1.
 Γηγενηίς, Pelagii Thessalici in Cyzicena regione, latrones, a Nemæo leone oriundi, II, 18 a. Cum iis Hercules pugnat, II, 38, 45.
 Gela urbs et Gelas fluv. Siciliæ, IV, 341, 5; II, 480, 46. Urbs ab Antiphemio Rhodio et Entimo Cretense condita, IV, 342, 5; III, 29, 1; IV, 319. 342, 5. Unde nomen habet, II, 463, 6; IV, 635 a. Oligarchia ibi mutata est in Cleandri tyrannidem, II, 170, 217; Gelorum coloni Agrigentini, IV, 342, 5. Geloi: Arcestratus, Pausanias, Euclides, g. v.
 Gelæ, gens Scythica, III, 315, 3.
 Gelamius, Asyasiæ f., pater Harmæ, rex Armeniæ, IV, 285, 12.
 Γέλας, i. e. rex lingua Carica. Hinc Suagela urbs, i. e. sepulcrum regis, IV, 474.
 Geli (Gelæi, Gelyes), gens Mediæ, III, 659, 1.
 Gelimerus Vandalus a Justiniano captus, IV, 203, 4.
 Gelon, Ἐλνὰς et Himari f., Gelæ urbi nomen dedit, II, 463, 6.
 Gelonis tyrannis, II, 171, 221. Gelon, prope Hipponium locum exstruxit, qui vocatur Amalthææ cornu, II, 479, 42. Gelonis statua; eam solam non vendunt Syracusani, reliquas dividentes ob pecuniæ penuriam, II, 82, 2.
 Gelo tripodem aureum ad Victoriæ Delphos misit donaria, II, 297, 12. Ad eum venit magus se Libyam circumnavigasse dicens, III, 279, 200 b. Gelonis mors, II, 170, 216.
 Γέννη, γεννηται, Atheniensium, II, 106, 3.
 Γενεά, Ἄονis filia, III, 565, 5.
 Genethlius Petræus, sophista, III, 663. Genethlius Palæstinus, declamator, memoriæ vi insignis, IV, 160, 13.
 Γένος, Ἄονis f., III, 565, 5; ejus liberi Φῶς, Ἰῆρ, Φλόξ, III, 566, 7.
 Gensericus Romam vastat; Valentiniani uxorem Eudociam ejusque filias Eudoxiam et Placidiam captivas abducit; Marciani et Aviti legatos re infecta dimittit; Italiam et Siciliam vastare pergit, IV, 101, 24. 614, 200 sq.

- Legatos ad Majorianum imp. mittit, amice transacturus; illo non obtemperante, sed bellum in Africam transferrente, Maurusiam terram vastat (460), IV, 103, 27. Vandalos et Maurusios ad vastandam Italiam et Siciliam transiit; Recimeri et Leontis ad eum legationes; Eudociam filio suo Honoricho despondet, Eudoxiam et Placidiam e captivitate dimittit; Olybrium ad imperium Occid. evehere studet, IV, 103, 29. Leo per Phylarchum legatum ab eo petit ut pacem cum Romanis colat; ille tum demum se obtemperaturum dicit, quando Valentiniani et Aetii bona sibi traderentur (463), IV, 104, 30, 616, 204. Ad eum denuo legatum misit Leo Tatianum pro Italis verba facturum (464), IV, 105, 31. Iterum ad eum venit Leontis legatus Phylarchus (467), bellum minitans, nisi ab ausis desisteret; non cedit Vandalus bellumque ipse parat, IV, 109, 40. A Basilisco Leonis duce saepius cladem patitur; tandem donis eum inducit ut vinci se patiatur, IV, 110, 42. Severus a Zenone legatus eum conyenit; G. pacem propositam admittit; legatum, virum integerrimum, admiratur et honorat (475?), IV, 114, 3. Genserichi post mortem, sub Honorio ejus filio, fractae et dissolutae vires Vandalorum, IV, 120, 13.
- Gensora, opp. Æthiopis, III, 478, 42. 351, 2.
- Gento Gothus, dux Rom. sub Zenone, IV, 130.
- Γεωμόροι Atheniensium, II, 106, 3.
- Georgius, Zemarcli in legatione ad Turcos comes (568), IV, 229, 21.
- Gepidae sub Cunimundo duce in bello contra Longobardos a Justino auxilia accipiunt; contra eos Avares excitat Alboinus Longobardorum dux (c. 568), IV, 230, 24. Gepidae iterum auxilium a Justino petentes non obtinent, IV, 231, 25. Omnes in Avarum dominium veniunt, IV, 234.
- Ger, Libyæ fluv., III, 473, 26.
- Gerastus, Mygdonis f., Parthenopolim in Macedonia condit, IV, 510, 12.
- Gerania, Megaridis mons, IV, 390, 11.
- Γέρωνος, Deliorum saltatio, II, 250, 49.
- Gerasa, Cœlesyriæ urbs, patria Cerycis sophistæ et Aristonis et Platonis rhetorum, III, 575, 17.
- Gerastratus, Tyriorum iudex, IV, 447, 2.
- Gergina, ad Idam urbs, postea Gergitha. Ejus origo, II, 311, 25.
- Gergini, κολλάων in Cypro genus; eorum origo Trojana; quidam ex iis in Æolidem reversus cum Mysis Gergina (postea Gergitha) urbem condit ad Idam montem, II, 311, 25.
- Gergitha. V. Gergina.
- Gergithes, Milesiorum plebecula, II, 199 b. V. Milesii.
- Gergithia Sibylla in numinis Gergithiorum una cum Spbinga, III, 604, 2.
- Gergithius, Alexandri M. assentator. Hujus nomen ut titulum libro de assentatione præfixit Clearchus, II, 230, 25.
- Germani a Constantino M. in potestatem rediguntur, IV, 2.
- Germanorum victus, II, 264, 32.
- Germaniæ adamantes, III, 205, 11.
- Germanicea, oppidum Euphratesiæ, III, 659, 4.
- Germanus, pater Justini sub Justiniano mil. ducis, IV, 203, 4.
- Gerontius, dux exercitus sub Honorio; Maximum domesticum imperatorem renuntiat; se ipse interficit, IV, 60, 16.
